



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>





This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.






III (7) - III







**GEO. HENRICI AUG. EWALD**

**GRAMMATICA CRITICA**

**LINGUAE ARABICAE**

**CUM BREVI METRORUM DOCTRINA.**

---

**VOLUMEN POSTERIUS**

**SYNTAXIN ET METRORUM DOCTRINAM COMPLECTENS.**

---

**LIPSIAE, 1833.**

**SUMTIBUS LIBRARIAE HAHNIANAE.**



---

GOTTINGÆ, typis expressum Dieterichianis.

---

## PRAEFATIO.

---

Quam in prioris voluminis praefatione linguae serioris et hodiernae cum antiquâ arabicâ comparatae descriptionem promiseram, eam crescente hujus libri mole nunc eo facilius omisi, quo magis spero fore ut alio loco defectum hunc suppleam. Hoc enim in votis est, ut aliquando totius linguarum semiticarum stirpis grammaticam et historiam uno conspectu proponere concedatur, quo omnes dialecti earumque variae e temporis rationibus formae mutuâ luce collustrentur. Ceterum cum ad libros intelligendos antiquae linguae grammatica sufficere videretur, nec qui ante me opus grammaticum condiderunt, de serioris linguae descriptione cogitaverunt.

Post volumen prius vulgatum maximamque posterioris hujus partem elaboratam altera prodiit operis Sacyani editio, in singulis multo et emendatior et auctior. Nihilominus indolem operis hujus non mutatum iri, ut facile erat conjecturâ opinari, ita experientia docuit. Ratio enim ejus mansit haec, ut Vir de literis arabicis meritissimus magistrorum arabicorum methodum sequeretur neque eam desereret nisi passim et



in levioribus; quâ eâdem mente alteri illi editioni tractatum de re metricâ adjunxit ex arabico conversum. Quae quidem studia ego haud improbo nec parvi facio; si tamen methodo illi aliam opponi posse tum verio-rem tum nobis utiliorem contendo, si viam inire ausus sum magis quidem primo obtutu arduam, at digniorem et, modo caute incedamus, tutiorem simul ac faciliorem: videor mihi non alienas, sed rei ipsius rationes sequi. Quodsi quis brevem quam proposui metrorum doctrinam bene perpenderit suamque fecerit, eum totius rei metricae peritiorem fore video, quam qui sine ratione, ut fit, spissos legerit de eâ re tractatus arabicos vel ex arabico conversos.

Contigit etiam hoc novissimo tempore, ut tractatus Arabum de suâ grammaticâ et metricâ plures tum Calcuttae impressos tum manuscriptos legerem. Quorum quidem mihi egregie placet brevis acuta et concisa rerumque gravium ubertas, modo teneas eos scriptos esse, ut ii qui linguam jam tenerent, legum ejus diligenter memores essent. Nec eorum usum puto fieri posse meliorem, quam ut optimi ex iis integri inter nos editi a doctis legantur. Quam editionem, nisi alius vir doctus, quod pergratum mihi accideret, operam suam interponat, ipse parare constitui. Scrib. Gottingae mense Junio 1833.

---

# ARGUMENTUM.

---

## LIBER TERTIUS.

### DE SYNTAXI.

#### §. 501-775.

§. 501. 502. De syntaxi universâ.

#### PARS PRIOR.

#### DE ENUNCIATIONUM PARTIBUS SINGULIS.

#### §. 503-654.

#### I. *De nomine.*

§. 503-510. De nomine universo et de articulo.

§. 511-538. 1. De statu constructo et genitivo.

§. 539-568. 2. De objecto et accusativo.

§. 569-600. 3. De praepositionibus.

§. 572-595. Praepositiones simplices.

§. 596. — — — compositae.

§. 601-614. De numeralium juncturâ.

#### II. *De verbo.*

§. 615-632. 1. De verbo finito.

§. 619-623. De modo imperfecti raf'ato.

§. 624-629. — — — — naçbato.

§. 630. — — — — g'ezmato.

§. 633-654. 2. De participio et infinitivo.

§. 633-645. De participio.

§. 646-651. De infinitivo.

§. 653. De adjectivo elativo.

## PARS ALTERA.

## DE ENUNCIATIONUM CONNEXU.

## §. 655-775.

I. *De enunciatione simplice.*

- §. 655-665. 1. De enunciationis partibus, sive de subjecto et praedicato eorumque complementis.
- §. 666-679. 2. De ordine et vi vocabulorum in enunciatione.
- §. 680-692. 3. De generis numerique in enunciatione concordia.
- §. 693-711. Variæ enunciationis simplicis formæ.
- §. 694-702. 1. De negativis enunciationibus.
- §. 703-707. 2. De interrogativis enunciationibus.
- §. 708-711. 3. De enunciatione interjectionali.

II. *De enunciatione adnexâ.*

- §. 712-725. 1. De enunciationibus relativis.
- §. 726-734. 2. De enunciationibus copulativis.
- §. 735-738. 3. De enunciatione adversativâ et restrictivâ.

III. *De enunciationibus conjunctis et correlativis.*

- §. 739-741. 1. De enunciatione temporis, rationis, consilii.
- §. 742-773. 2. De enunciatione conditionali.
- §. 774-775. 3. De enunciationibus correlativis.

## BREVIS METRORUM DOCTRINA.

## §. 776-819.

- §. 777-788. 1. De duplicis rhythmî poetici ratione.
- §. 789-806. 2. De metris singulis.
- §. 807-813. 3. De rhythmô finali.
- §. 814-819. De linguæ poeticæ licentiis.

---

Addenda p. 343-347.

- - - - ad Vol. 1. p. 347 sq.

---

## CORRIGENDA.

Pag. p. 11, 21. lege <sup>و</sup> **جِيعَهُمْ**. Pag. p. 23, penult. l. **أَوَّلَ**. — P. 24, antep. adde *feri post saepius*. — P. 47, 5 l. **فَدَا**. — v. 13. l. **إِذَا**. — P. 50, 17. l. **جِبِلٍ**. — P. 51, 11 l. **مَقَامُهُ**. — P. p. 55, 18 l. **سَبْكَانِكْ** sine **أ** inserto. P. 81, 11 l. **طَبِيبَةٌ**. — P. 84, 17 l. *tectum pro tecto*. — P. 91, 1 l. **أَرَايَتِكُمْ**. — v. 15 l. *pendenti et v. 20 للرويا*. — P. 101, pen. l. **الثَّالِثِ**. — P. p. 105, 3 l. **لَبَّالٍ**. — P. 112, 1 l. **فَتِيٍّ**. — P. 117, 11 l. *assecutus esse*. — P. 119, 11 l. **وَتَاتِي** pro **فَتَاتِي**. — P. p. 120, 20 l. **ذَا** sine **Teschdid**. — P. 121, 20 l. **نَفْسِكِ**. — P. 128, 14 l. **مَتَخَرَّزًا**. — P. 152, 13 **السَّامِعُونَ** sine **أ** inserto. — P. 161, 16 l. *dilucida sc. argu-menta, ut l. 14 mortui i. q. cadaveris est*. — P. 164, 2. l. **كَذَلِكَ** 18 l. **إِذَا**. — P. 165, 6 l. **أَبُوهُ**. — P. 166, 9 dele **Teschdid** in **مَسْتَقِيمٍ**. — P. 173, 24 l. *expandimus*. — P. 213, 3 l. **التَّاجِ**. — P. 269 not. ult. l. *Bhagav.* — P. 274, 4 adde *etiam ante praeviae*.

\* \* \*

Vol. I. p. 5, 4 l. **الْجَانِبِي**.


P. 12, 19 l. **النَّسْخِي**.

P. 109, 18 lege sic: *mortuus (a deo ablatu) est ex تَوَفِّي*  
*secum abstulit eum mors, deus Sur. 3, 54. 4, 14. 6, 59. 60. 47, 27. Tab.*  
p. 10, 17. 14, 1.

P. 122, 10 l. **قَبِيحَةٌ**.

P. 224, 19 l. **سَوْدَاءُ سَوْدَاءُ**.

P. 331, not. v. 4 adde *fere ante propriae*.



LIBER TERTIUS.  
DE SYNTAXI.

Syntaxeos arabicae quae sit indoles, e linguae universâ 501  
indole §. 4 sqq. descriptâ facile jam concludere licet. Nam  
in haud paucis lingua haec ad multo majorem, quam ceterae  
sorores, evecta est concinnitatem gratam et sensus perspi-  
cuitatem facilem. Sed simplicitatis antiquae fundamentum vel  
in cultiore linguâ intactum mansit; unde nobis ad id in sin-  
gulis, quantum unquam fieri possit, semper redeundum esse  
per se apparet.

Argumenti vero uberrimi distributionem aptam conside- 502  
rantibus nobis consultissimum visum est, prius de enuncia-  
tionum partibus singulis generaliora exponere; dein de enun-  
ciationis nexae ratione generibusque variis agere. Quod igitur  
parte priore explicaturi sumus, ad notiones generaliores  
*formis* expressas pertinet; poterantque haec sane jam in  
formarum doctrinâ exponi, modo non ibi seriem orationis  
nimis interrupissent. Placetque hac in parte a *nomine* ordiri,  
quippe in quo formarum notiones cognitu faciliores ipsoque  
usu propiores sunt.

PARS PRIOR.  
DE ENUNCIATIONUM PARTIBUS SINGULIS.

I. *De nomine.*

De nomine hic demonstrandum est, quam varie pro fle- 503  
xione formarum et vocum juncturâ nece possit, quasque no-  
tiones nexus hi varii teneant. Igitur cum nomen aut per se  
stare possit, aut aliunde pendere, prius de nominativo, de-

inde de ceteris casibus deque praepositionibus nomini junctis dicendum erit. Praemittamus tamen quaedam de articulo arabico, quae inferius exponere haud bene licebit.

504 *Articulus* §. 457 rem notam ut animo nunc obversantem repraesentat, sive quod jam nominata est, sive quod nota statim vel e nexu satis perspicienda sumitur. Usus ejus frequentissimus idem fere est qui in hebraismo <sup>1)</sup>. In linguâ familiari vel frequentior est quam in poeticâ. Licetque nonnunquam nomen, quod dilucidius suffixo determinatum esset, solo articulo insignire, ut <sup>و-ح-ر-ط</sup> <sup>و-ع-ن-ا-د</sup> <sup>و-ح-ر-ط</sup> *arbor tragacanthae et rami nudi* (ejus), quod scholiasta pro <sup>و-ح-ر-ط-ه</sup> positum autumat, Ibn. Khacan ed. Weyers p. 40, 4. In adverbia brevia abiere haecce nomina cum articulo composita, quae articuli vim demonstrativam insigniter monstrant: <sup>ال-ي-وم</sup> *hodie*, <sup>ال-ل-ي-لة</sup> *hac nocte* Tabari ann. p. 70, pen. <sup>ال-غ-د-اء</sup> *mane* hoc p. 212, 3. <sup>ال-ع-ام</sup> *anno hoc* Taâlibi c. 7.

505 *Nomina propria* cum per se rem certam notent, articulo facile carent; carentque hoc eo frequentius, quo minus significatio etymi formaeque aut dilucida permansit aut linguae tenenda esse videbatur; cf. §. 340. Peregrina <sup>2)</sup> maxime ab eo abhorrent, nec nisi *sectarum* vel *populorum* nomina peregrina constantius eum servant, ut <sup>ال-ي-هود</sup> *Judaei*, <sup>ال-ق-بط</sup> *Copti*, <sup>ال-ن-ص-اري</sup> *Christiani*. Arabica quoque multa eum abjecerunt, personarum praecipue, ut <sup>ع-لي</sup>, <sup>م-حم-د</sup>, <sup>م-حم-ود</sup>, <sup>ه-ند</sup>.

1) cf. gr. hebr. p. 566 sqq.

2) in peregrinis syllabam *al*, *el* initialem, quasi articulus sit, omitti posse, supra jam T. 1. p. 220 dictum est. Cf. praeterea <sup>ع-ان-ر</sup> *عائير* ex <sup>ك-ع-ان-ر</sup> *Καζαρός*, <sup>ع-ا-ي-س-اع</sup> *عائيساع* forsā ex *Ελισαβέτ* Abulf. ann. anteisl. ed. Fleisch. p. 56. 58. -

et locorum, ut مَكَّةُ, صَنْعَاءُ, conservarunt tamen multa locorum, cum nominum locorum origo multo sit saepe dilucidior, ut المَدِينَةُ Medina (pr. Urbs prophetae), الْقَاهِرَةُ Káhira (pr. victrix), الْمَجْدَلَةُ Mesopotamia (pr. Insula), quae omnia vides nomina esse recens orta, porro الْعُورُ Vallis Jordanis, الْقُدْسُ Hierosolyma (pr. τὸ ἱερόν) et alia innumera; personarum quoque nonnulla, quorum significatio primitiva linguae constitit, vt الْحَارِثُ pr. Arator, الْعَدْلُ pr. Justus, الْغَضُّ pr. Praestans الْوَلِيدُ etc. Sed vel in his linguae usus jam ambiguus factus est, ut articulus facile omittatur, id quod in numis saepe fit <sup>1)</sup>).

Quo melius de nominum personarum ortu et vi constet, 506 operae videtur hic brevibus varia eorum genera describere. Tria vero eorum sunt genera. Proximum, de quo hucusque diximus, nomen proprium, عَلَمٌ <sup>2)</sup> Arabibus dictum, non familiae est, sed personae, estque vel simplex vel duabus vocibus compositum, cf. §. 340. 341. Id liberis inde a teneris inditum postea per totam servatur vitam, quanquam multa quoque reperiantur mutati serius nominis exempla. — Homo ubi adultus fuerit, agnomen كَلْبَةٌ <sup>3)</sup> (seu ex etymologià blan-

1) in quibusdam articulus, qui jamjam omitti coepit, post demonstrativum redire videtur, ut — رَافِعُ بْنُ رَافِعٍ Rafi filius — sed deinde هَذَا الرَّافِعُ hic Rafi Sacy chr. I. p. 11. In alterâ editione p. 9. mutatum quidem id est in رَافِعٌ (conservatum tamen الرَّافِعُ in alterâ gr. edit. T. 1. p. 160), sed nescio quâ auctoritate nixum.

2) a عَلِمَ novisse, ut lat. nomen a rad. gno, γνω.



*dum familiae nomen*) recens oriens adipisci potest; estque id plerumque a filio vel filiâ natu maximo aut clarissimo ita deductum, ut patri vel matri honor inde et decus accedat.

Quare e lege e statu constr. <sup>أبو</sup> *pater* vel <sup>أم</sup> *mater* et genitivo nominis unius e liberis compositis agnomen oritur, ut

<sup>أبو</sup> <sup>القاسم</sup> <sup>أبو</sup> <sup>يعقوب</sup>, <sup>أبو</sup> <sup>الحسين</sup>, <sup>أم</sup> <sup>المحسنين</sup> *mater utriusque Hasani* etc. Multa ex his non adhibentur nisi in oratione ad eum, cui grato hoc agnomine blandiri quis vult, directâ, ut <sup>أبو</sup> <sup>القاسم</sup> <sup>يا</sup> <sup>أبا</sup> <sup>القاسم</sup> *o pater Kasimi!* <sup>1)</sup> In quibusdam agnomen

nomine ipso solennius factum est, ut <sup>أبو</sup> <sup>طالب</sup>, <sup>أبو</sup> <sup>بكر</sup>.

Quae omnia tam frequentia sunt, ut in sermone jocosio vel poetico bestiae quoque aliaeque res non humanae tali agnomine

salutentur, ut <sup>أبو</sup> <sup>الحصن</sup> <sup>يا</sup> <sup>أبا</sup> <sup>الحصن</sup> *o pater castelli!* (vel in diminutivo <sup>أبو</sup> <sup>الحصن</sup>) i. e. vulpes, quae castelli instar antra habitat,

<sup>أبو</sup> <sup>الخبائث</sup> <sup>أم</sup> <sup>الخبائث</sup> *mater peccatorum* i. e. vinum, cum <sup>أبو</sup> <sup>خمير</sup> fem. sit §. 293. Multo rarius agnomen a fratre, sorore, parentibus aliisque cognatis clarioribus ductum est, ut in statu constr.

<sup>أبو</sup> <sup>أخو</sup>, <sup>أبو</sup> <sup>أخت</sup>, <sup>أبو</sup> <sup>ابن</sup> etc. sequentis nominis genitivo praemittatur <sup>2)</sup>.

1) at contra a matre, nisi admodum nobilis est, agnomen ductum probrosi quid continet, ut <sup>أبو</sup> <sup>عكرمة</sup> <sup>يا</sup> <sup>ابن</sup> <sup>أم</sup> <sup>عكرمة</sup> *o fili matris Ikrimae!* Tab. p. 148, 5.

2) at nomina animalium perpetua, ut <sup>أبو</sup> <sup>ابن</sup> <sup>أوي</sup> pl. in fem. <sup>بنات</sup> <sup>أوي</sup> *hylax* <sup>أبو</sup> <sup>ابن</sup> <sup>عريس</sup> *mustela*, cf. <sup>בית</sup> <sup>ילדה</sup>, huc cave cum grammaticis referas.

Ceterum agnomen, si cum nomine conjungitur, semper ei proxime praeponendum est. —

His tertium accedere potest *cognomen* لَقَبٌ. Id antiquitus non ita frequens usitatum deductum erat a re quadam mirâ, quae personam distinguere videretur, sive forma sive vita et historia hominis ansam praeberet, poteratque unâ vel pluribus vocibus contineri, ut جَدِيْمَةُ الْاِبْرَشِ G'adîma

Leprosus, اَكْلُ الْمِرْرِ Hog'r Esor fruticis murar, عَمْرُو بِنِ

هَرُونَ الرَّشِيْدِ 'Amr filius Hog'ri Contentus, المقصود

Harun Justus; nonnulla ex his cum origo vocum paulatim obscura fieret, nominum propriorum instar articulum amise-

runt, ut بَطَّةٌ Anser, كَرْنِ Pera, قَفَّةٌ Lepus. Talia antiquitus nomini postponi solebant. Sed serius cum Islamismus

diu jam viguisset, novus hic ingruit mos. Nam cognomina adamari coeperunt dignitatem personae vel religiosam vel civilem et bellicam denotantia splendida quam maxime et fastuosa, in quibus plerumque inanem conspicias seniorum temporum jactantiam. Haec recens omnia formata plerumque pluribus vocibus constant, neque articulum unquam

amittunt, ut فَخْرُ الدِّيْنِ Gloria religionis, صَلَاحُ الدِّيْنِ

Saladin, عَضْدُ الدَّوْلَةِ Fulcimen Imperii et plurima cum

et دِيْنِ composita, ذُو الوِزَارَةِ دِيْنِ Veziratu utro-

que ornatus, شَمْسُ الْمَكَارِمِ Sol virtutum, تَاجُ الْاِسْلَامِ Corona

Islamismi, نَزْبِنِ الْعَابِدِيْنَ Decus piorum etc. Inveniuntur

et longius composita, ut الظَّاهِرُ الْمُتَوَكِّلُ بِاللَّهِ Confidens deo,

لَاعْتِزَالِ دِيْنِ اللَّهِ Clarus honorando dei religionem

<sup>و</sup><sub>الدولة</sub> <sup>و</sup><sub>بها</sub> <sup>و</sup><sub>الدِّين</sub> <sup>و</sup><sub>الدولة</sub> *Gloria religionis et imperii*, quae tamen in sermone vulgari contrahi solent retento tantum nomine primo, uti et alias usu frequenti, v. c. *Nizam* pro <sup>و</sup><sub>نظام</sub> <sup>و</sup><sub>المَلِكِ</sub> *Ordo regni*. Satisque frequenter cognomen pro ipso nomine invaluit. Ubi vero cum reliquis nominibus jungitur, et nomini et agnomini praeponitur <sup>1</sup>).

507 Nomina propria sine articulo usitata e vi et notione sua nomina articulo determinata prorsus aequant. Eodemque e jure pronomina demonstrativa, interrogativa, personalia et suffixa, cum semper certum quid innuant, eadem prorsus vi valent qua nomina articulo aucta. Quod quam grave sit in nominum nexu, infra e multis apparebit.

508 In ceteris autem, quae per se determinata non sunt, nominibus omnibus notio indefiniti articulo haud praeposito tam dilucide exprimitur, ut nullà voce praeterea opus sit neque usus voculae numeralis *unus* ad indefinitum significandum in arabismo invaluerit, ut <sup>و</sup><sub>رجل</sub> *vir*, <sup>و</sup><sub>امرأة</sub> *quidam*, <sup>و</sup><sub>امرأة</sub> *femina* quaedam, <sup>و</sup><sub>مدينة</sub> *urbs* quaedam. Imo eo usque haec nominis articulo vacui oppositio valet, ut vel ad temporis definitionem translata indefinitum *aliquid* notet, velut <sup>و</sup><sub>مرة</sub> *vicem* aliquam i. e. aliquando, vel <sup>و</sup><sub>بوما</sub> *semel*, <sup>و</sup><sub>بوما</sub> *die* quodam, <sup>و</sup><sub>بوما</sub> *post tempus* aliquod, non nimis longum; utque continuo ad *pluralem* quoque vel collectivum translata idem innuat quod Latini per *aliquot* exprimunt, Germani voce huc apprime pertinente *einige*; nam si singularis indefinitus nostrum *ein* exprimit, pluralis jure jam nostrum *einige* inde

1) cf. de nominibus propriis quae profert Elnavavi ed. Wüstenf. (Gott. 1832) p. 28. 30.

derivatum notare potest, ut <sup>أبام</sup> *dies aliquot*, <sup>للهند ممالك</sup> *Indiae sunt regna aliquot*, plura, nescio quot Abulf. ann. anteisl. p. 172, 6 f. Id notatu est dignissimum. Derivandum hinc et illud, quod apud grammaticos saepe duo vocabula dicuntur esse <sup>بمعني</sup> *significatione una*, pro quo brevissime dicto distinctius alibi dicitur <sup>واحد</sup> <sup>بمعني</sup>.

Ceterum cf. usum vocis <sup>بعض</sup> §. 517 et praepositionis <sup>من</sup> §. 576 sq.

Hactenus de articulo. Transeamus jam ad nomina ipsa.

*Nominativus* ponitur, ubicunque nomen per se stat, a 509 nullo vocabulo vel notione dependens, sive subjectum eo enuncietur siue praedicatum proximum, ut <sup>قال الله</sup> *dixit deus*, <sup>الله الأكبر</sup> *deus est maximus*. Idem fit in enunciationibus interjectionis vi prolatis, de quibus v. §. 349 sq. Sed quousque haec nominativi vis se extendat quosque intra fines consistat, id e ceteris casibus collatis melius elucet. Infra igitur, ubicunque opus videbitur, ad nominativum simul respiciemus.

In omnibus, quae praeterea cogitari possunt, nominis 510 jungendi rationibus nomen aliunde pendens ponitur. Constat vero ex §. 330, id in arabismo duplici tantum modo fieri posse. Nam nomen aut a nomine vel praepositione proxime annexâ in *genitivo* pendere potest, aut in *accusativo* liberius per se positum subjungi. Hae nominis aliunde pendentes relationes notionis sunt maxime universae et vagae, utpote quae ideâ potius quam re seu verbo distincto vertitur. At *praepositiones* relationes tum has, sicubi opus videtur, tum ceteras omnes quam exactissime describunt, ut in multis discrimen, quod juncturam nominis simplicem inter et prae-

positionis interventum intercedit, diligenter explorandum sit. Nec praepositionum usus frequens in arabismo invaluit; lingua enim nervosior et concinnior, ubicunque externâ relationis notâ seu praepositione egere potest, idealem relationem potiore ducit. De his igitur tribus nominis jungendi rationibus sigillatim jam est uberius dicendum.

511

1. *De statu constructo et genitivo.*

*Statu constructo* nomen nexu intimo et necessario sequenti *genitivo* definiri et circumscribi ex §. 330. 35 constat; prius seu antecedens nomen *definitum*, sequens *definiens* dici potest, Arabes illud المضاف (annexum), hoc المضاف إليه (id cui annexum est), ipsam juncturam إضافة nominant. Quâ juncturâ cum notiones duae per se diversae suique utraque juris (v. c. rex — terra, pulcher — facies) ita subnectantur, ut compositam efficiant notionem unicam (ut rex terrae, pulcher faciei), definiens seu sequens nomen semper esse debet substantivum vel substantivi vi praeditum, definitum vero maxime varium esse potest. Potestque definitum ad sequens diversum relatum definiens simul vice fungi, ut دَارُ مَلِكِ الْبَلَدِ domus regis terrae. Usus autem juncturae hujus quam late pateat, ut certius constet, singula, quae potissimi sunt usus, jam enumeremus.

512

## I. Si substantivum substantivo circumscribitur,

1) duo *concreta* necti possunt, ut مَلِكُ الْأَرْضِ rex terrae; e quâ ratione nomen quoque proprium alio definiri se sinit, et frequentius quidem id fit ut nomina urbium et locorum dilucidius discernantur, ut طَرَابُلُسُ الشَّامِ Tripolis Syriae, اِبِلْيَا فَلَسْطِينَ Aelia, Palaestinae, حَبْرَةَ الْعُمَانِ Hira

(sedes regia) *Nu'manis*, quà in re linguam nonnunquam ambigere praepositionem quoque immiscentem, monstrat *رَقَّةُ الشَّمْسِ بِرَقَّةِ الشَّمْسِ* ille *الرَّقَّةُ بِالشَّمْسِ* Kos. chr. p. 108, 4. et penult. Idem personarum nominibus accidere potest, ut *فِرْعَوْنُ مُوسَى* *Pharao Mosis*, notus ille e Mosis historia Abulf. Ann. anteisl. p. 70, 9. 72, 17; et data occasione, ut: *ضَبَّتْهَا رِبَاتٌ* (tribus) *haec audivisset, congregati sunt* *وَعَبْدٌ مَّتَانِهَا* *Dabbá et Abd-menat ejus* i. e. ii ex *Dabbitis* et *Abdm.*, qui ad illam pertinebant Tab. p. 130, 11. Praecipue notandum, in multis frequentius usitatis ortum e tribu hac brevi juncturâ exprimi, ut *الْأَعَشِيُّ أَعَشِي قَيْسٍ* *Ascha*, *Ascha* scilicet *Kaisi* (e tribu K.) Kos. chr. p. 139, 11, *تَغْلِبُ وَابِلٍ* *Tagleb Vâili*, *حَاتِمٌ طَيْيِّ* *Hatim Tai*, *Taiensis*, e *Tai* ortus, cf. Abulf. Ann. anteisl. p. 144, 3. 14. 18. 188, 9. 194, 5. 6. Tab. p. 188, 9. 164, 1. 2. 172, 10. Talia loquendi compendia e linguae genio esse indicasse sufficit.

2) Prius *abstractum* esse potest. Quod si sensum <sup>513</sup> quendam *activum* habet, sequens genitivus pro loci naturâ et sermonis nexu aut subjectum seu agentem aut objectum seu eum qui actionem experitur notare potest, ut *ذِكْرُكَ* aut *memoria tua* aut *memoria tui*; quod praesertim notandum est in infinitivis activis, ut *رَدَّ كِتَابَ عَمْرِو إِلَى أَبِي عُبَيْدَةَ بِتَوَلِيَّتِهِ* *pervenit epistola Omari ad Abuobaidam quod eum praefectum fecerit* Henz. fr. p. 11. Kos. chr. p. 62, penult. 64, 13.

3) Nomen definiens eo frequentius *abstractum* est, quo <sup>514</sup> minus lingua e plurimis substantivis, iis praesertim quae res

externas notant, adjectiva derivavit, ut <sup>و-و-و</sup>بَيْضَةٌ <sup>ف-ص-ة</sup>فِضَّةٌ *ovum ar-*  
*genti* = argenteum, <sup>و-و-و</sup>صَنَمٌ <sup>ذ-ه-ب</sup>ذَهَبٌ *idolum auri* = aureum,  
<sup>و-و-و</sup>ثَوْبٌ <sup>ح-ر-ي-ر</sup>حَرِيرٌ *vestis serica*. Hinc adeo fit, ut nominibus pro-  
priis quibusdam genitivus talis affixus haereat, ut <sup>و-و-و-و-و</sup>كَعْبُ الْأَخْبَارِ  
*Caab narrationum* i. e. narrator Taâlibi c. 48, <sup>و-و-و-و-و</sup>زَيْدٌ الضَّلَالِ  
*Zaid perfidiae* i. e. perfidus Tab. p. 196, 14.

- 515 Ex hoc adjectivorum recens formandorum penuriâ ab origine linguae servatâ (nam adjectivorum nova formatio §. 259 sqq. descripta certe totam linguae indolem antiquam simul mutare non poterat) alia fluxere singularia. Primum multa substantiva nomini in universum nexum quendam exprimenti apto per statum constr. ita subnexa sunt, ut ex utroque notio attributivi seu adjectivi nominis oriatur. Sunt haec <sup>و-و</sup>ذُو (§. 411 et 456) et <sup>و-و-و</sup>صَاحِبٌ socium, possessorem seu re quadam praeditum exprimentia; <sup>و-و</sup>أَبُو *pater* et <sup>و-و</sup>أُمٌ *mater* auctorem, causam vel summum et apicem rei cujusdam notantia; <sup>و-و</sup>أَبْنٌ *filius* et <sup>و-و</sup>أَبْنَةٌ *filia* ex aliâ re ortum vel cum eâ necessitudine junctum dicentia, rarius <sup>و-و</sup>أَخُو *frater*; quorum omnium exempla affatim praebent lexica omnia. Notandum tamen, plurima ex his poetica esse et recens formata; aliis lusum quendam vel imitationem inesse, ut si quis in fabulâ vulpem alloquitur <sup>و-و-و-و-و</sup>يَا أَبَا الْحَصْبِيِّ *o pater* (auctor) *arcis parvae*, scilicet sicuti adulandi vel honorandi causâ virum a filio natu maximo appellare amant cf. §. 506.

- 516 Deinde notiones quaedam, aliis linguis vel adjectivis et praepositionibus vel compositionibus expressae, in arabicâ e

vetusto suo ingenio substantivis indicantur in statu const. praemissis; quae tamen cum e linguae sensu notiones secundarias exprimant, plerumque praeter hunc usum non amplius reperiuntur, genitivo semper praemittenda aut saltem sensu eum complectentia.

a) <sup>و</sup>كُلُّ substantivum *omne*, *copiam collectam* notans, ex origine genitivo praeponitur, ut <sup>و</sup>كُلُّ النَّاسِ *omnes homines*, <sup>و</sup>كُلُّ الْمَدِينَةِ *tota civitas*, <sup>و</sup>كُلُّ يَوْمٍ *quivis dies*. In eo lat. *omnis* et *totus*, gr. πᾶς et ὅλος non est distinctum: quare nomini, quod e sententiae vi unum solum suo in genere cogitandum esse sentis, definito compositum notat *totum*, contra *omnem*, *quemvis*; nota saepius dici <sup>و</sup>كُلُّ وَاحِدٍ *omnis singulus*. Sed quia vox haec adjectivi sensum magis magisque induit, adjectivi instar in arabismo frequentius jam substantivo definito postponitur, repetito, ut par est, suffixo ejus ad quod refertur substantivi, ut <sup>و</sup>كُلُّهَا الْمَدِينَةُ *urbs tota* [ea]. Eodemque modo vox paulo recentior <sup>و</sup>جَمِيعٌ (*proprie collectum*, collectio) *totum* notans aut praeponitur, aut cum suffixo sequitur. Raro demum voces hae, si substantivum distinctum eas non comitatur, solae ita ponuntur, ut articulus suffixi vicem suppleat (§. 504), ut <sup>و</sup>جَمِيعُهُم *τὸ ὅλον*, *omnes* i. q. <sup>و</sup>جَمِيعُهُمْ Abulf. Ann. anteisl. p. 96, 2; <sup>و</sup>كُلُّ الْكَلْبِ *Kos. chr. p. 84*, pen. ult.; unde contra sine articulo <sup>و</sup>كُلُّ pro *omni*, *quovis* dici potest Sur. 50, 13.

b) <sup>و</sup>بَعْضٌ *pars* non usitatur nisi sequente genitivo pluralis vel collectivi, ut <sup>و</sup>بَعْضُ الْحُكَمَاءِ *pars i. e. aliquis sapientum*,



عـ صـ وـ حـ  
 بعض المغامر caverna quaedam. Frequenter correlative ita re-  
 petitur, ut posteriori genitivus suffixi, quia idem jam prae-  
 cessit, denuo non addatur, ut بعضهم لبعض تغاتلوا oppu-  
 gnarunt se, unus alterum.

- 518 c) غير pr. mutatio, diversitas non usitatur nisi 1) ad-  
 jectivo vel simili voci in statu constr. praepositum, ut solam  
 hanc adjectivi notionem neget; formatque quodammodo ea-  
 dem composita quae indo-germanica lingua praepositâ syl-  
 labâ *av* (ا) in, un, ut غير مخلوق increatum, gen. غير مخلوق  
 in increato, cum articulo غير المخلوق increatum illud, cf.  
 §. 529; من غير خلاف sine controversia. —

2) Substantivis vel suffixis pronomibus praepositum rem  
 seu personam diversam a jam notâ denotat, ut الملوك وغيرهم  
 reges et alii homines, praeter reges; unde in accusativo  
 praepositionis instar praeter indicare potest, cf. §. 520. Sin  
 vero ita non praepositionis instar in accusativo ponitur, casus  
 ejus semper a nexu sermonis pendet, ut ان غير دين الله يبتغون  
 an ergo aliam quam dei religionem quaerunt? Sur. 3, 82 cl.  
 من يبتغ غير الاسلام ديناً qui quaerat aliam quam Isla-  
 mismi religionem ullam v. 84.

Ejusdem generis مثل exceptio = praeter, porro: نحو  
 similitudo, ut مثله similitudo ejus i. e. simile ei; نحو  
 tendendi, dirigendi notionem tenens, et substantivi absoluti vi  
 tractum, viam, rationem indicans, in statu constr. saepis-  
 sime notat versus, secundum, circiter, ut نحو ذلك et se-

*cundum haec alia i. e. et cetera*, نَحْوِ ثَلَاثَةٍ versus i. e. *cir-*  
*citer tres*, in accus. subditum; حَسْبِ cum genit. *sufficientia*  
 i. e. *satis*, affatim, cf. §. 475.

كِلَا *par = ambo* §. 410 his simile in eo est, quod non nisi  
 nisi substantivo annecti potest, sed in eo ultra progreditur,  
 quod et genus distinguit numeralibus assimilatum et dualis  
 formam notioni suae consentaneam sequitur. Jungitur autem  
 non nisi in oratione definita et ex lege duali tantum, ut  
 كِلَا الرَّجُلَيْنِ *ambo viri*, كِلْتَاهُمَا *ambae eae*, vel si pronomen  
 sensu saltem dualem aequat, ut كِلَانَا *ambo nos*, كِلَا ذَلِكَ *utrum-*  
*que hoc*; poetae tamen singulares binos subjungere possunt, ut  
 in hoc versu: كِلَا أَخِي وَخَلِيلِي وَأَجِدِي عَضْدًا فِي النَّائِبَاتِ وَالْمَامِ الْمَلِمَاتِ  
*uterque, et frater et amicus meus, me auxilium invenit*  
*in infortuniis et malorum certamine*, pro quo in prosa  
 dictum foret أَخِي وَخَلِيلِي كِلَاهُمَا.

Praepositiones aut origine aut vi suâ constat (§. 469 520  
 sqq.) ab hujus generis nominibus ita tantum differre, ut  
 semper in sermone subjuncta seu in accusativo vel saltem  
 accusativi vi appareant; unde genitivum iis nectendum esse  
 per se patet. In quibusdam transitus in praepositionem fixam  
 cernitur, ut in مَقَامٍ loco; potestque vocalis accusativi ob no-  
 vam praepositionem praemissam in genitivum transire, ut بَعْدَهُ  
 et مِنْ بَعْدِهِ cl. مِنْ بَعْدِ, quod adverbii loco est §. 475; nec minus  
 عِنْدِ post مِنْ in عِنْدِ transit, ut semper in Korani editionibus

عِنْدِهِ مِنْ legitur. Ceterum ex multis praepositionibus aequae  
 atque aliis hujus generis vocibus, quae cum rerum condi-  
 tionem, rationem, terminum etc. describant, in statu constr.  
 plerumque usitantur, adverbialia in *u* formari §. 475 dictum  
 est; possuntque plenioribus vocibus adverbialia haec ubique  
 substitui, ubi quo referatur terminus non dicitur, aut ob sen-  
 tentiam generalem aut quod termini ratio e nexu facile ap-  
 parent. Enumerant haec grammatici praeter §. 475 nominata:  
 جَاءَ الْقَوْمَ وَزَيْدٌ أَمَامَ وَعَمْرُو خَلْفَ, *dextrâ, laevâ*, porro  
*venerunt homines, dum Zaidus erat ante (eos), et Amr a*  
*tergo*, ubi terminos hos respectu *hominum* nominatorum  
 dici per se patet; similiter سَافَرْتُ مَعَ الْقَوْمِ وَدُونَ *iter feci*  
*cum hominibus, et sine (iis)*. Accedit أَوْلُ *primo*, ut  
 أَوْلُ عَلِيٍّ أَيْبِنَا تَعْدُو الْمَنْبِيَةَ *in quem nostrum vertetur fortuna*  
*primo?* In عِنْدِي رَجُلٌ لَا غَيْرَ *apud me est vir, nullus prae-*  
*terea, لَا تَكُونُ إِلَّا مَبْدَلَةً لَا غَيْرَ, non est nisi permutatum,*  
*nil praeterea* relatio non minus conspicua est. حَسْبُ *in*  
*juncturis* occurrit qualis est: قَبِضْتُ عَشْرَةَ فَحَسْبُ *cepi decem*  
*et satis!* <sup>1)</sup>

1) Quidam inter Arabes grammaticos formas in *z* non tolerandas cen-  
 sent, nisi ubi relatio ad pronomem aliquod subauditum appareat;  
 unde pro لَمْ يَكُنْ مَعَهُ مِنْ قَبْلِ وَمِنْ بَعْدِ *in Korano* legendum  
 censent مِنْ بَعْدِ وَمِنْ قَبْلِ cf. marginem edit. Petropol. Kam.  
 sub v. وَأَلِ probat مِنْ أَوْلِ sine nunatione pro مِنْ أَوْلِ. Sed haec  
 vana est distinctio, cum cur ubique relatio distincta quaerenda sit,

Vox huc pertinens, sed singularis tamen indolis est <sup>و</sup>رب 521 cf. T. 1. p. 355 nota 3), Nam non nisi in accusativo particulae instar servata est, notans actionem satis frequenter factam cogitandam esse. Sed cum nominis notionem retineat, genitivo tantum ab initio enunciationis praeponitur ei-

que indefinito, ut <sup>و</sup>رب <sup>و</sup>رجل <sup>و</sup>رأيتك <sup>و</sup>جاهلاً saepe virum vidi ignarum, vbi non de certo viro agitur, sed sententia generalior pronuntiatur. Si nomen laxius in accusativo subjungere placet, suffixum saltem generalius genitivi vicem

supplet, ut <sup>و</sup>رب <sup>و</sup>رجل <sup>و</sup>رب <sup>و</sup>رجل pro <sup>و</sup>رب <sup>و</sup>رجل, idem ante fem. et pl., ut

<sup>و</sup>رب <sup>و</sup>رجل <sup>و</sup>رب <sup>و</sup>رجل, quanquam nonnulli grammatici suffixum sequentis nominis genus numerumque sequi volunt. Ceterum sequitur semper *perfectum* tempus.

Quod <sup>و</sup>رب, idem simplex <sup>و</sup> notare posse dicitur sequente genitivo nominis indefiniti, ut <sup>و</sup>رب <sup>و</sup>رجل. Idemque cum post <sup>و</sup>ف

§. 478 cf. Zuzeni ad Umrulk. M. v. 16. et <sup>و</sup>رب §. 477. fiat, non e peculiari particularum harum notione pendere potest, nec

subaudito <sup>و</sup>رب explicatur: sed notionem rei satis frequenter factae e substantivo indefinito totiusque enunciationis indole sequi puto; videtur tamen particula ab initio gravius pronuntiata esse, ut sequens indefinitum nomen per genitivum arcte sibi subiungat. In hac enim novà juncturà vertitur

---

non appareat. Accedit quod vel majori temeritate sumitur, apud poetas tum v. c. pro <sup>و</sup>رب <sup>و</sup>رجل legendum esse <sup>و</sup>رب <sup>و</sup>رجل, cum status constructus sine omni nexu ferri bene nequeat. In loco:

<sup>و</sup>رب <sup>و</sup>رجل <sup>و</sup>رب <sup>و</sup>رجل Kur. *utrum supra (hoc) dormies an infra?*

ob similitudinem vocis <sup>و</sup>رب scripsisse videntur grammatici <sup>و</sup>رب.

notio haec distincta; *et vir i. e. et est vir, quem vidi ignarum*, i. q. saepius vidi virum ignarum. Ceterum dictio haec pedestri in oratione non occurrit; saepius autem in Kor. et poetis.

- 522 Denique nihil obstat quo minus substantivum in statu constructo integrae enunciationi praefigatur, cum nexus et subjunctionis vis ex ipso statu constr. appareat. Haec tamen junctura in poeticâ Hebraeorum dictione frequentissima in arabismo rarior facta est, imprimis quod genitivi forma externa ita se exserere nequit. Neque licet hoc nisi in nominibus *temporis* quibusdam, praesertim ita ut praepositionum instar in accusativo majori enunciationi subjuncta sint, ut <sup>حِينَ</sup> *tempus, tempore quo*, frequentissime sic usurpatum, <sup>مَنْ</sup> <sup>عَلَى</sup> <sup>أَنَّ</sup> <sup>أَسْتَتِرَ</sup> *tempore quo se abscondidit*, ubi relativa conjunctio etiam clarius nexum indicat, <sup>بَارِزُونَ</sup> <sup>يَوْمَ</sup> <sup>هُمْ</sup> *die quo prodituri sunt* Sur. 40, 17; et in plurali <sup>لِبَالِي</sup> <sup>حُوصِرَ</sup> <sup>عَثْمَانَ</sup> *noctibus quibus Otmán obsidione cinctus est* Henz. fr. p. 43, 7. 45, 4; quo eodem modo <sup>سَاعَةً</sup> *horâ quâ* dicitur. Sed ad alia nomina idem non ita transfertur. In illis autem idem licet quidem in nominativo, sed rarum est, ut <sup>هَذَا</sup> <sup>يَوْمَ</sup> <sup>بِنَفْعِ</sup> <sup>الصَّادِقِينَ</sup> <sup>صِدْقِهِمْ</sup> *hic est dies quo justis proderit justitia sua* Kor. Facilius in genitivi juncturâ, qualis est <sup>أَنْظِرْنِي</sup> <sup>إِلَى</sup> <sup>يَوْمٍ</sup> <sup>يَبْعَثُونَ</sup> *expectare me jube usque ad diem quo resuscitabuntur*; <sup>مِنْ</sup> <sup>يَوْمٍ</sup> <sup>حَادَثَنِي</sup> *a quo die mecum locutus est* 1).

1) pro nominativo et genitivo in his grammatici quidam accusativum legendum censent <sup>مِنْ</sup> <sup>يَوْمٍ</sup>, quasi tota locutio in his quoque ex accu-

Praeter haec et enunciationes relativas, de quibus inferius dicetur, rarissime status constructus ante integram enunciationem collocatur, ut in hoc loco dictionis ornatioris Ibn.

Arabschah T. 2. p. 488: سَقَنَهُ يَدَ الْمُهَيْبَةِ كَأْسَ وَسَقُوا مَاءً حَمِيمًا

فَقَطَعَ أَمْعَاءَ هَمَّ manus fati dedit ei poculum (effati hujus divini, mortem minantis, e Korano): et potati sunt aqua fervida viscera destruyente i. e. poculum mortis, quasi in mente habuisset كَأْسَ الْمَوْتِ.

Pronomina interrogativa مَنْ, مَا cum substantivorum sensum teneant, et in statu constr. jungi et post hunc poni possunt. Sed prius, quod casuum ignara sunt, alterum, quod primum in enunciatione locum postulant, haud bene toleratur, cum prona sit locutionis ratio dilucidior, ut

مَنْ مِنْ أَيْدِي مَنْ هُوَ الَّذِي رَأَيْتَ ابْنَهُ pro cujusnam filium vidisti?

مَنْ مِنْ النَّاسِ quis ex hominibus pro: quis hominum?

مَا تamen praeponi potest, ut مَا رَأَيْتَ prorsus est latinum quid consilii? Abulf. Ann. anteisl. p. 74, 17. Contra أَيُّ §. 464, cum perfectam subeat flexionem, semper in statu constr. effari licet, ut أَيُّ النَّاسِ quis hominum? أَيُّ النِّسَاءِ quaenam

feminarum? Et ante indefinita مَنْ, مَا ut ante relativum الَّذِي semper licet statu constr. uti. —

Potest quoque pars summa per stat. constr. a toto distingui, quae res, si superlativus seu potius elativus (§. 252)

sativo ut adverbio sumta sit. Videturque Arabum sensus propterea in accusativum inclinare coepisse, quod pauca illa nomina cum nonnullis similibus ut مَثَلٌ §. 518. ante verbum indeclinabile facile in adverbia abeunt; cf. Umrukl. M. v. 9 cum schol.

ipsâ formâ apparet, per se conspicua est, ut <sup>عَلَّمَ النَّاسَ</sup> *acem* *sapientissimus hominum*, similiter <sup>خَيْرَ النَّبِيِّينَ</sup> *optimus prophetarum*. Nonnunquam tamen idem sensus exoritur adjectivo elativo non nominato, ut <sup>دَوَّسَ دَوَّسَ</sup> *insipientes vestrum* i. e. insipientissimi inter vos Tab. not. p. 256. Sunt quoque ejusdem sensus et classis numeralia ordinalia, ut <sup>أَوَّلَهُمْ</sup> *primus eorum*, <sup>عَاشِرَهُمْ</sup> *decimus eorum* Abulf. Ann. anteisl. p. 46. 142, ult. 162, 7. Substantivum genitivo ejusdem nominis pluralis articulo definiendo praepositum rem vel personam sui generis totius maximam graviter indicat, in titulis praesertim vel sermone elato <sup>أَمِيرَ الْأَمْرَاءِ</sup> 1), ut *Princeps Principum* = *Emirus summus*, <sup>قَاضِيَ الْقَضَاةِ</sup> *Judex summus*, <sup>عَيْنَ الْأَعْيَانِ</sup> *oculus oculorum* i. e. nobilissimus omnium sui aevi, nobiles enim aevi vel urbis cujusdam *oculi* ejus dicuntur, <sup>سُلْطَانَ السَّلَاطِينِ</sup> *Sultanus maximus*, <sup>طَلْحَةَ الطَّلِحَاتِ</sup> *Tal'ha qui omnium ejusdem nominis summus est*, ubi id vel ad nomina propria transferri vides. Sin vero praedicatum substantivi cujusdam insigniendum videtur, adjectivum genitivo substantivi sui pluralis definito praeponitur, quae est frequens dictio, ut <sup>زَفِيرَ الْجَوَاهِرِ</sup> *pretiosum margaritarum* i. e. fere quod nos dicimus *pretiosissimae margaritae*, <sup>سَوَابِغَ النِّعَمِ</sup> *ampla donorum* i. e. amplissima dona.

1) cf. gr. crit. hebr. p. 575 sq. et de arabicis Fraehn ad Ibn. foçl. p. 192. Causs. de Percev. gr. ar. vulg. — append. p. 30, ult.

II. Adjectiva quaecunque ullo modo notionis suae defini- 525  
 tionem seu circumscriptionem sinunt, sequentem genitivum  
 adsciscunt, ut <sup>حسـن</sup> <sup>الوجـه</sup> <sup>و</sup> <sup>صـنـن</sup> *pulcher faciei*, <sup>كـثـيـر</sup> <sup>الـهـوي</sup> <sup>و</sup> <sup>صـنـن</sup> *multus studii*, qui multum annititur, <sup>قـلـيـل</sup> <sup>التـشـكـي</sup> <sup>و</sup> <sup>صـنـن</sup> *parcus querimoniae*, qui parum queritur, <sup>شـدـيـد</sup> <sup>العـقـاب</sup> <sup>و</sup> <sup>صـنـن</sup> *vehemens poenae*, vehementer puniens. Participia passiva idem subeunt; nec non activa nominum instar posita e lege genitivum sibi annectunt, cum, quae jungendi ratio accusativum inter est et verbum finitum, eadem genitivo intercedat cum nomine vel participio nominali, ut <sup>اَنَا</sup> <sup>كـاشـفـوا</sup> <sup>العـذـاب</sup> <sup>و</sup> <sup>صـنـن</sup> *en nos detecturos poenam*, <sup>كُلُّ</sup> <sup>نَفْسٍ</sup> <sup>ذَائِقَةُ</sup> <sup>الموتِ</sup> <sup>و</sup> <sup>صـنـن</sup> *quaevis anima gustans* (est, = gustabit) *mortem* Sur. 3, 186. 44, 15. 46, 24; <sup>بِالغـوةِ</sup> <sup>و</sup> <sup>صـنـن</sup> *qui perveniunt ad eum* 40, 57, quia verbum hoc cum accus. personae jungitur.

Enarrato notionis status constructi ambitu, restat, ut, quid 526  
 junctura haec vocum porro ferat, describamus. Est autem junctura haec intima et necessaria eâ vi praedita, ut e duobus nominibus per se diversis unum compositum oriatur, utque prius necessario alterum statim secuturum postulet. Quae cum ita sint,

1. nullam vocem, ne minimam quidem, *interponi* posse apparet. Igitur adjectiva, si quae forte appositionis jure ad prius nomen accedunt, post finitam demum status constructi juncturam apponi possunt, neque licet utrique nomini simul appositionem diversam adjungere, ut <sup>مَلِكِ</sup> <sup>الارضِ</sup> <sup>و</sup> <sup>صـنـن</sup> <sup>الـكـبـيـرِ</sup> <sup>و</sup> <sup>صـنـن</sup> *rex terrae major* <sup>مَلِكِ</sup> <sup>الارضِ</sup> <sup>و</sup> <sup>صـنـن</sup> <sup>الـكـبـيـرِ</sup> <sup>و</sup> <sup>صـنـن</sup> *rex terrae majoris*. Quodsi nominis in statu constr. juncti utriusque et numerus et ge-



nus idem est, ad utrum appositio se referat, in arabismo e casuum flexione apparet, nisi forte novum ab initio accedat nomen, ubi e sensu tantum orationis universo dijudicare licet, ut <sup>صاحبه</sup> بيت أبين الملك الأكبر aut est *domus majoris filii regis*, aut *domus filii regis majoris*, qualem ambiguitatem raro occurrere, vix est quod moneamus.

- 527 Unicum, quod interponi posse arabes grammatici recte monent, est *juramentum*, improvise insertum neque orationis fluxum postea detinens, ut <sup>ان الشاة تسمع صوت واللہ ربها</sup> *an ovis audit vocem — per deum! — domini sui*. Poetae tamen raro aliam quoque vocem interponunt, nomen scilicet aliquod complementi instar suppletum, vocativum, vel nomen conditionem describens, vel nominativum quoque, ut <sup>كما خط</sup> *ut si liber scriptus esset manu aliquando Judaei*, <sup>هما أخوا في الحرب من لا أخا له</sup> *illi duo sunt fratres in bello ejus, cui non est frater*.

- 528 Ceterum bene licet, dictionem casus diversi in appositione per genitivum continuare, si sensus ita proxime fert.

Nam cum adjectiva terminationis <sup>ي</sup> §. 259 a nominibus propriis derivata e sensu universo semper *eum* indicent, *qui hujus nominis est*, genitivus, qui e sensu saltem adjectivo inest, sequentibus continuari uberiusque describi potest, ut

<sup>رايت التيمية تيم عدي</sup> *vidi Taimitam* i. e. popularem Taimi (tribus), *Taimi* scilicet *Adii* (de hac ultimâ structurâ cf.

§. 512). Et <sup>الايام الناصرية محمد</sup> *dies Naçerii* i. e. *Alnâçeri Muhammedis*, ubi distinctior definitio sequitur, quia cognomen *Alnâçeri* plurium commune est.

2. Deinde prius nomen *articulum* haud fert, utpote qui 529 id detenturus potius sui que juris facturus esset; nomen enim articulo auctum haud dubie in se ipso perfectius est et absolutius. Itaque articulo si opus est, ad ultimum juncturae nomen ita rejicitur, ut vis tamen ejus ad totam juncturam arctissimam pertineat. Quae autem voces ex §. 507. per se definitae sunt, eae etsi articuli expertes in omnibus his juncturis non minus valent quam articulo auctae. Plurima tamen in singulis cernitur varietas:

1) Substantiva jungi possunt *prorsus diversa*, quorum alterum e notione suâ a priore prorsus diversum est, ut *rex — terra*. Haec nexu maxime necessario et arcto junguntur; neque enim prius posteriori jungitur nisi vi hujus nexus. Quare si utrumque definitum cogitandum est, articulus posteriori, vel si plura duobus nomina adsint, ultimo

praepositus ad totam juncturam necessario pertinet, ut مَلِكُ

الارض<sup>الارض</sup> *rex terrae*, ὁ τῆς γῆς βασιλεύς, de certo rege certâque terrâ. — Accidit tamen interdum, ut ab initio nomen aliquod absolute, eoque ipso cum articulo ponatur, quod tamen mox loquens exactius definiendum esse sentit; unde idem nomen denuo sine articulo in statu constr. repetitur. Fitque id maxime, si prius nomen aliquatenus jam ad sen-

tentiae vim sufficere loquenti videtur. Ita اسباب اسباب السماء<sup>اسباب اسباب السماء</sup> *tractus, tractus coeli* Sur. 40, 38. cll. 48, 26. Tab. p. 99, 11. 156, ult. 164, 6. Kos. chr. p. 59, 10. Rarissime repetitio

nominis omissa est, ut الاحزاب المدبنة<sup>الاحزاب المدبنة</sup> *Turmae Medinae Elnavavi* p. 48, 5, cum saepe etiam sola vox الاحزاب<sup>الاحزاب</sup> de hac re sollemnis sit; cf. Abulf. ann. Musl. I. p. 104.

Si prius nomen per se indefiniti quid habet, alterum 530 per se definitum vel sic articulum servare potest, modo ne

sermonis ulla inde oriatur obscuritas, ut شِبْهَ الصَّلِيبِ <sup>ش</sup> simili-  
*tudo crucis* (christianae) i. e. aliquid cruci simile Abulf. ann.  
 ant. p. 110, 16, أَحَدٌ تَلَامِيذُهُ <sup>أ</sup> *unus discipulorum ejus* p.  
 166, 8. Interim articulus in posteriori libenter omittitur, si  
 sermonis sensus non nimis eum postulat, ut أَمْرٌ آخِرَةٌ وَدُنْيَا <sup>أ</sup> *res*  
*ulla s. quaevis, omnis vitae futurae et praesentis* Tab.  
 p. 62, 9, ubi articulus nominum آخِرَةٌ, دُنْيَا, quae eo alias  
 semper insigniuntur, propterea tantum omissus est, ut sensus  
 totius enunciationis generalior fieret. Sin autem posterius  
 nomen necessario per se definitum est, prius vero ei opposi-  
 tum necessario indefinitum ponendum, ut ex nexu ambigui  
 plurimum non possit non oriri: status constructus tollatur  
 prorsus necesse est. Ita cum ابْنِ الْمَلِكِ <sup>أ</sup> *vi* articuli et juncturae  
 arctae *filium regis* certum ponat, *filius* aliquis, unus  
 e multis filiis *regis* aliter dici nequit, nisi ut ابْنِ <sup>أ</sup> *articuli vi*  
 haud tactum absolute ponatur; quo ipso status constructi  
 nexus jam sublatus est. Cf. de his §. 599.

531 Denique si posterius necessario suo in genere indefini-  
 tum concipiendum, prius vero per se definitum est, arti-  
 culus tamen posteriori non accedit, ne indefiniti notio neces-  
 saria pereat; potestque prius eo ipso, quod ad posterius  
 refertur, satis jam definitum videri; ut جَارٌ بَسْتَانِيٍّ <sup>أ</sup> *asinus*  
*hortulani cujusdam.*

532 Haec vero junctura in locutionibus quibusdam gravior  
 aequae ac frequentior facta est. Sunt enim nominum ad-  
 jectivorum et pronominalium genera quaedam, quae sub-  
 stantivi potius vice praemitti quam adjectivi jure postponi se

sinunt: a) nomina formae <sup>و-ع</sup>أفضل §. 252, *elativa* bene dicenda, omnino adjectivi minus quam substantivi notionem et vim tumentur. Sed praesertim id cernitur, si species rei cujusdam maxima insignienda est. Nam tunc non res praeponitur seu substantivum ipsum, sed ob vim, quâ species insignienda videtur, potioem elativus praeponitur in universum i. e. in formâ proximâ, substantivi jure; succedit deinde statim in status constructi nexu rei ipsius per substantivum definitio, sed *sine articulo*, cujus vis re verâ elativo sic praemisso per se inest; nec genitivus vult nisi *rem*, quo se elativus referat, indicare, ut hic articulus prorsus supervacaneus sit. Ita <sup>و-ع</sup>أفضل <sup>و-و</sup>رجل *optimus vir*, in duali <sup>و-و</sup>هما <sup>و-ع</sup>أفضل <sup>و-و</sup>رجل *hi sunt optimi viri duo*; porro <sup>و-ع</sup>أهجبي <sup>و-و</sup>بيت *mordacissimus* (i. e. maxime satyricus) *versus* Sac. anth. p. 456, 2. 4, ubi subjecti et objecti loco haec leguntur, <sup>و-ع</sup>سلك <sup>و-و</sup>أقبح <sup>و-و</sup>سيرة *turpissimam iniit viam*, <sup>و-و</sup>خار <sup>و-و</sup>كاشد <sup>و-و</sup>خوار <sup>و-و</sup>ثور *proprie: mugivit secundum vehementissimum tauri mugitum* Tab. p. 64, ult. Eodem refer <sup>و-و</sup>انتم <sup>و-و</sup>خير <sup>و-و</sup>أمة <sup>و-و</sup>أخرجت <sup>و-و</sup>للناس *vos estis optima gens quae hominibus creata est* Kor.

Numeralia ordinalia cum e sensu superlativos aequent, eum denotantes qui ante ceteros omnes primus, tertius etc. sit <sup>1)</sup>, eandem rationem sequi possunt, ut numerali ut potissimâ voce praeposito sequens nomen in genitivo subjungatur, ut <sup>و-و</sup>لا <sup>و-و</sup>تكن <sup>و-و</sup>أول <sup>و-و</sup>كافير <sup>و-و</sup>به *ne sis primus qui ei non credat* Kor. <sup>و-و</sup>عاشر <sup>و-و</sup>يوم , <sup>و-و</sup>ثاني <sup>و-و</sup>يوم , <sup>و-و</sup>أول <sup>و-و</sup>يوم *etc.* Sac.

1) hinc in linguis indo-germanicis superlativi terminationes iis accreverunt variae, ut *primus*, s. *prathamas*, *saptamas*, germ. *erste*, *zwanzigste* etc.

chr. II. p. 117, ult. Koseg. chr. p. 64, 8. 16. Abulf. ann. ant. p. 162, 10. 166, 16. Sed pro eo frequentissima quoque

est consueta adjectivi constructio, ut <sup>ص-ص-ص</sup>الأيوم الأول<sup>1)</sup> — Ceterum articulus tamen inseri potest, si locutio talis alio refertur eoque recenter definitur, ut <sup>ص-ص-ص</sup>وكان أول الفتح<sup>2)</sup> et fuit illa prima expugnatio omnium earum, quas Abubekr perfecit Tab. p. 86, 6.

533 Possunt et alia adjectiva substantivi vim induentia in statu constructo praeponi, et simili quidem ex causâ hac, ut breviter adjectivi notio ut potior sistatur. Sed talia rariora sunt poetisque fere propria, neque post adjectivum vulgare, ut articulus ante genitivum omittatur, requiri potest, ut <sup>ط-ط-ط</sup>عاجل طعنة<sup>3)</sup> *celer ictus*, τὸ ταχὺ τῆς πληγῆς Antarae M. v. 42. 48; in vulgari tamen sermone idem frequentius obvenit<sup>2)</sup>. In Korano similiter <sup>س-س-س</sup>ضل سوء السبيل<sup>4)</sup> *erravit pessimâ viâ*, quod eo facilius dicitur, quo propius <sup>س-س-س</sup>سو cf. <sup>س-س-س</sup>خبر §. 252. ad elativi notionem accedit.

Rarissime etiam adjectivum neutrum substantivi loco sui juris factum in genitivo statui constructo substantivi postponitur, id quod in Korano saepius exemplum hoc probat

<sup>ج-ج-ج</sup>جنة نعيم<sup>5)</sup> *hortus jucundi* i. e. jucunditatis, et in plurali

<sup>ج-ج-ج</sup>جنات نعيم = *horti jucundi*, ut Sur. 56, 90.

1) in vulgari sermone numerale frequentissime et e lege jam praeponi coepit, ut <sup>ث-ث-ث</sup>ثاني مرة *secundâ vice*, <sup>س-س-س</sup>سابع سفرة *septimum iter* Sindebad ed. Langlois p. 91, 7. 94, 6. 105, pen.

2) ut <sup>ح-ح-ح</sup>حزبن كتبتكم *honoratae literae vestrae*, ubi causam adjectivi praepositi facile sentis, app. ad Caus. de Percev. gr. vulg. p. 28, 1.

b) Similiter أَيِ <sup>أَيِ</sup> *quis, quid?* cum propter interrogationis <sup>534</sup> notionem primitivam adjectivi vice postponi se haud patiat, substantivi potius jure praepositum genitivum sibi subjungit. Sequiturque simili modo substantivum sine articulo, ut أَيِ رَجُلٍ <sup>أَيِ رَجُلٍ</sup> *quisnam vir?* أَيِ شَيْءٍ <sup>أَيِ شَيْءٍ</sup> *quaenam res?* potest tamen et definitio quaedam sequi, ut عَلِيٍّ أَيْ أَمْرَةٍ <sup>عَلِيٍّ أَيْ أَمْرَةٍ</sup> *contra quamnam ejus rem?* Tab. p. 60, 13. Eodemque e fonte fluxit أَيُّهُنَّ <sup>أَيُّهُنَّ</sup> *quicumque* §. 465; sed pro أَيُّهَا <sup>أَيُّهَا</sup> disjunctim reperitur in accusativo أَيُّ مَا تَدْعُونَ <sup>أَيُّ مَا تَدْعُونَ</sup> *quocumque nomine vocaveritis*, cum مَا <sup>مَا</sup> levius sit leviusque subjectum.

2) In aliis autem sat multis juncturis nomina statu constructo nexa *minus diversae* notionis sunt. Hinc cum unum alteri non adeo oppositum sit, nexus quo tenentur *non tam arctus* est, sed externus magis et levior. Quare neque articuli vel nominis per se definiti vis in totam juncturam tanta est, ut aut prius articulum ferre prorsus nequeat aut posterioris definitio prius simul definitum reddat. Pertinent huc haecce:

a) substantiva, quae in genitivo materiem, unde prius constet, significant vel alià ratione adjectivi notioni proxime accedunt, cum ad adjectivorum constructionem proxime accedant, priori ut potiori articulum simul praefigi sinunt; est tamen id non nisi paulo serioribus scriptoribus frequentius usitatum. Ita الصُّلْبَانِ <sup>الصُّلْبَانِ</sup> *idolum illud aureum*; الصُّلْبَانِ <sup>الصُّلْبَانِ</sup> *cruces (christianae) ligni i. e. lignae*, الجِرَّةِ الْفُتَاكِ <sup>الجِرَّةِ الْفُتَاكِ</sup> *vas illud luti i. e. luteum, fictile*. Eodem refer البَيْتِ الْحَرَامِ <sup>البَيْتِ الْحَرَامِ</sup>, <sup>وَالْكَعْبَةِ</sup> *domus —, Caaba —, menses sacri*, <sup>وَالْأَشْهُرِ</sup>

quae ubique jam obvia sunt, ut Abulf. ann. ant. p. 200, 3. 4.

Sur. 5, 3. 48, 25; confer et simile hoc: <sup>ص</sup>العرب <sup>ص</sup>الجاهلية

*Arabes temporis ignorantiae i. e. ethnici*, Abulf. ann. ant. p. 178, pen. In aliis id minus excusatur, ut in Uylenbr. Irac. Pers. p. 22, 3. proleg. p. 58, 4 a f.

536 b) Si posterius nomen substantivum est, quo *adjectivum* circumscribatur §. 525, nexus haud dubie haud adeo arctus est, cum prius e sensu totius solitarium magis sit. Igitur in indefinitâ oratione a posteriore articulus non alienus est,

ut <sup>ص</sup>رجل <sup>ص</sup>حسن <sup>ص</sup>الوجه *vir pulcher faciei*; in definitâ vero

articulus, quo distinctior fiat ejus vis (is enim in his maximam vim tenet, cum notet *is qui* —) et junctura adjectivi dilucidior, e lege jam priori recens accedit, ut

<sup>ص</sup>الرجل <sup>ص</sup>الحسن <sup>ص</sup>الوجه *vir ille qui est p. f.* <sup>1)</sup>. Similiter *par-*

*ticipia*, quia complementum suum in genitivo requirunt §. 525, nexum prorsus *externum* subeunt, ut articuli usus ibi liberior sit; nam participium per se indefinite positum articulus ad posterius tantum nomen pertinens sequi potest, ut

<sup>ص</sup>هدي <sup>ص</sup>بالع <sup>ص</sup>الكعبة *victima quaedam quae pervenit ad Caabam*; et participium definitum seu articulo auctum manere

potest ante genitivum, ut <sup>ص</sup>المقِّموا <sup>ص</sup>الصلوة *qui defunguntur*

*precibus*, <sup>ص</sup>الضارب <sup>ص</sup>رأس <sup>ص</sup>الجاني *qui ferit caput maligni*, et

ante suffixa, ut <sup>ص</sup>المبتدئك *qui creavit te* Saad. Deut. 32, 18;

neque tamen post singularem cum articulo adamat *geni-*

---

1) non necessarium prorsus esse articulum monstrat lingua *hebraea*; sed in arabismo serius hoc invaluit ob sermonem inde dilucidiorum factum.

tivi junctura ante nomen aut indefinitum aut suffixo instructum aut proprium articulo vacuum, quia cum omnis articulus jam nunationem auferat, status constructi nota sublata

videretur; ergo non bene dicitur الضَّارِبُ عَبْدٌ *qui ferit ser-*

*uum* vel عَبْدٌ — *qui ferit servum suum* vel زَيْدٌ — *qui*

*ferit Zaidum*; toleratur autem status constructus ob hanc ipsam causam in terminatione pluralis vel dualis participii, ut

الضَّارِبُونَ زَيْدٌ *qui feriunt Zaidum*. — Argumento vero,

definitionis in talibus rationem haberi nullam, inter alia et

hoc est, quod رَبٌ §. 520. praecedere potest, ut in versu:

رَبٌّ رَاجِبِنَا عَظِيمِ الْأَمَلِ مَرُوعِ الْقَلْبِ قَلِيدِ الْحَبْلِ <sup>1</sup> *multi sunt*

*qui sperant a nobis, expectant multa, corde perterriti,*

*consiliorum parci. Et مَذَاقِ الْهَوِيِّ خَالِنِي رَبٌّ saepe amore*

*haud sincerus putavit me — Hariri Sac. p. 38. 2).*

1) hic versus etiam propterea notandus, quod رَبٌ §. 521. non ad *tempus* tantum, sed etiam, quod vel propius est, verbo praeter participium a nomine رَبٌ pendente nullo junctum ad *hominum multitudinem* solam trahi posse demonstrat.

2) quodsi post رَبٌ, و, ف, §. 521, quae semper in indefinita tantum oratione collocari dictum est, nomen cum suffixo sequitur: id ex iis est quae e §. 517 sqq. continuo genitivum adsciscunt; neque id nomen cum suffixo, cum adjectivi sensum aequet, per se definiti quid habet; sequiturque deinde necessario indefinitum nomen

aliquod, ut يَا رَبُّ غَيْرِكَ فِي النِّسَاءِ غَيْرِيَّةٍ بَيْضَاءٍ قَدْ مَتَّعْتَهَا

*o quot praeter te ex mulieribus alias albas deceptas*

*commeatu donavi!* et Umrulk. M. v. 14 قَمَّتْكَ حُبْلِي قَدْ طَرَقَتْ



537 Occurrunt et alia praeter haec exempla articuli nomini priori praepositi. Ita nominibus quibusdam locorum propriis, duabus vocibus quasi in unam coalitis, articulus recens praepositus hic illic cernitur, ut

الْمَوْدِمْ عَمْرٍ <sup>و -</sup> *monasterium Omari*

Rosenm. anal. 3. p. 24, 17. العَمْرِي الذِي <sup>و - و - و - و - و -</sup> p. 26, 8; sed haec et alia magis dubia senioris vel vulgaris linguae aberrationes habendae sunt, haud tamen prorsus temerariae; remotior enim, unde articulus fluxerit, causa semper fere suppetit.

Si plures se excipiunt genitivi, quae hic dicta sunt multifariam usu veniunt, ut رَاسُ الصَّنَمِ الذَّهَبِي <sup>و - و - و -</sup> *caput idoli aureum* Abulf. ann. ant. p. 74, 7. — Est vero ubiquè tenendum, nomina propria et pronomina nominibus articulo auctis prorsus paria esse, ut inter alia بَيْتُ زَيْدٍ <sup>و - و -</sup> *domus Zaidi* et بَيْتِي <sup>و -</sup> *domus mea* non minus de certâ domo valeat, quam si substantivum cum articulo sequatur.

538 Ceterum quanquam statu constructo e lege *diversa* tantum necti possunt, in quibusdam tamen id secus esse videtur. Fieri enim potest, ut duo nomina, ab initio appositionis jure copulata, ob usum frequentissimum nexumque fere perpetuum tam arcte cohaerere putentur, ut status constructi nexum subeant. Ita 1) cognomen cum nomine coalescere potest, ut سَعِيدُ كَرْزِ <sup>و - و - و -</sup> *Sa'id Pera* <sup>1)</sup>. Idem bene haud licere

---

<sup>و -</sup> و مَرْضِعٍ <sup>و -</sup> et multas similes tui visitavi gravidas et nutrices, ubi semper sequi vides indeterminata, غَمْرِيَّةُ، حَبْلِي etc. Ceterum cf. de vi hujus و، de quâ §. 520. dictum est, Taraf. M. v. 88. 100. 102. et multa alia.

1) Cufenses etiam dici ex merâ appositione سَعِيدُ كَرْزِ <sup>و - و - و -</sup>, vel كَرْزِ سَعِيدٍ <sup>و - و - و -</sup>

ex §. 568, vel ubi prius in gen. aut accusativo est, كَرْزِ <sup>و -</sup> in nominat. apponi posse autumant.

dicitur, si prius articulum tenet, ut الْحَارِثُ, quia in tali voce, cui articulus adhaeret, status constructus sg. discerni nequit. — 2) adjectivum cum substantivo praemisso, in locutionibus quibusdam frequentissimis brevitatis causâ, ubi articulus a priori nomine semper retractus est, ut بَيْتُ الْمَقْدِسِ domus sancta i. e. Hierosolyma, et in temporum vitae vulgaris definitionibus certis, ut عَامُ الْأَوَّلِ annus prior Taàlibi c. 7, صَلَاةُ الْأَوَّلِيّ preces (diei) primae, رَبِيعُ الْآخِرِ Rebia posterior, gen. رَبِيعُ الْأَوَّلِ Tab. p. 2, 4. (sic lege), يَوْمُ الْخَمِيسِ dies (heptomadis) quintus; neque in his ob usum perpetuum ulla cernitur sensus ambiguitas. Raro demum seriores id ulterius extendunt <sup>1)</sup>).

## 2. De objecto et accusativo.

Accusativus, ubicunque nomen non e nomine annexo 539 pendens, sed per se positum subjungitur, seu ubicunque quo res tendat, quid velimus, oblique in enunciatione innuimus, locum suum invenit; neque omnino summa ejus notio aliter definienda est; cf. §. 510. In singulis autem maxime varius ejus fit usus, ut nullus sit praeter eum casus, qui tantam monstret usus varietatem. Interim tria possunt constitui usus genera universa. Nam aut enunciationi inseritur accusativus praedicatum fusius describens, qui est ejus usus

1) in linguâ vulgari nihil est frequentius quam brevis haec junctura.

Eadem in scriptis paulo antiquioribus hic illic ingruit, ut طَرِيقَةُ

كِسْوَةِ الْجَدِيدِ regula praecedens Elnavavi p. 46, 5. كِسْوَةُ الْجَدِيدِ

vestimentum novum Ibn-Khaldun in Sac. chr. I. p. 126.

frequentissimus, aut abrupte interjectionis vi ponitur, aut substantivo, evitato statu constr., ipsi subjungitur.

540 I. Accusativus enunciationi insertus aut propius ad praedicatum pertinet, aut remotius. Illa accusativi species, qua propius praedicatum circumscibit, in nostris linguis sola fere frequentata est.

1. Praedicatum, quod accusativo circumscibitur, plerumque *verbum* est. Verbum autem aut transitivum aut intransitivum accusativum sibi subjungit; ad verba intransitiva *adjectiva* simul multa accedunt.

In verbis transitive usurpandis maxima linguae cernitur volubilitas et libertas. Nam ubicunque verbi notio objectum aliquod actu statim tangi vel moveri significare potest, arcta haec accusativi junctura fertur. In nonnullis igitur verbis ipsa lingua inter juncturam per praepositiones laxiorem et accusativi arctam ita ambigit, ut haec plerumque recentior

et a poetis novata sit, ut عَمَّا e lege jungitur cum عَن recessit ab eo i. e. *condonavit*, et brevius cum accusativo poetice Ham. p. 97, v. 2. In aliis lingua veterem inter structuram

et recentem fluctuat, ut عَلَتْ haesit et cum ب adhaesit ei i. e. *amavit eam* et cum simplice accusativo Koseg. chr. p. 141, 2. In aliis denique praepositio ob novam notionem

constantem prorsus oblitterata est, ut لَزِمَ proprie *adhaesit*, quia tantum *sequi* notat, perpetuo accusativo simplici jungitur. Sed omnia, prout aut praepositionibus aut brevius accusativo junguntur, verba enumerare, cum in singulis summa sit varietas e cujusvis radicis notione cognoscenda, non tam hujus loci est quam lexicis; de generibus tamen verborum quibusdam, quorum junctura nobis difficilis visa ex unâ notione fluit, pauca dicamus.

a) Verba *dicendi*, *respondendi* et similia accusativo non rei tantum, sed *personae* etiam jungi possunt. Ita dicitur quidem <sup>قَالَ لَهُ</sup> *dixit ei*, sed etiam <sup>كَلَّمَهُ</sup> *allocutus est eum*, <sup>أَجَابَهُ</sup> *respondit ei* (*ἀποκρίνεσθαι τινα*), <sup>أَمَرَ</sup> hoc sensu novo *jussit eum*, praecepit ei. Nota breviter dictum <sup>نَرَادِنِي</sup> *porro dixit ad me* Koseg. chr. p. 57, 13. 61, 6. 116, 10.

b) Verba *veniendi* aequo paene usu et rei et *personae* nomini junguntur, ut quo res moveatur vel tendat, quemnam veniens offendat, proximâ hac accusativi juncturâ dicatur, ut <sup>صَلَاحًا</sup> <sup>بَلَّغَنِي</sup> *pervenit ad me nuntius*; <sup>جَاءَهُ</sup> <sup>حَبِيبُهُ</sup> *venit ad eum amicus*. <sup>أَتَى</sup> <sup>الْفَاحِشَةَ</sup> *venit ad i. e. perpetravit flagitium* Sur. 4, 14. 15. Possunt quidem talia cum praepositionibus quoque *movendi* strui: sed illa junctura concinnior est, et in nonnullis locutionibus perpetuis unice frequentata, ut <sup>بَلَّغَنِي</sup> *pervenit ad me* i. e. comperi.

Intransitiva verba (stirpis I. vel aliarum intransitivae 541 significationis), quaecunque ullo modo relativam notionem tenent, accusativo circumscribi se patiuntur. Multa ex his cum notionem relativam perpetuo adeptâ sint, objectum semper proximum sibi subjungunt, de quibus v. §. 171. 540. In ceteris, quae per se magis absoluta sunt, relatio seu circumscriptio quaedam tamen varie cogitari potest; nec tamen haec junctura sine dubio tam arcta est quam illa, unde recentiores linguae nostrae praepositionum ope juncturam dilucidare consueverunt; sed in arabismo frequentissima est, ut <sup>سَاءَ</sup> <sup>سَبِيلًا</sup> *malum est ad viam* i. e. malum est *factu*, si quis id faciat Sur. 4, 20. <sup>رَشِدْتَ</sup> <sup>أَمْرَكَ</sup> *rectus es rem tuam* i. e. in eo quod ad rem tuam attinet. Haud raro brevior haec dicendi

formula poetae stylum audaciorem spirat, sed ita ut ratio ejus semper cogitari possit, ut شَدَّوا الأَغَارَةَ *vehementes sunt impetum* c. q. vehementem impetum edunt Ham. p. 8, ubi Tebrizius accusativum positum vult pro dativo لِلأَغَارَةِ *ad impetum*, scilicet quid ipse in prosâ dicturus fuisset poetae veteri obtrudens. Ut adjectivi per nomen aliquod circumscriptio in arabismo uberrima est et audacissima poetis praesertim §. 525, ita verborum intransitivorum circumscriptio proxima non minus frequentissima est et feracissima.

- 542 Adjectiva, si relativa sunt, omnia possunt quidem accusativo circumscribi, ut وَجْهًا حَسَنًا *pulcher faciem*, اللَّهُ عَظِيمٌ قُدْرَةً *deus est magnus potentia*. Sed cum nomina, quaecunque sint, proximam potius per genitivum circumscriptioem, ubicunque fertur, ut suo generi maxime consentaneam adament, talia rarius dicuntur. Una tamen adjectivorum species accusativi nexum solum fert, adjectiva elativa dico in neutro pronunciata, ut أَشَدُّ حِجْرَةً §. 252, كَالْحِجَارَةِ أَوْ أَشَدُّ قَسْوَةً *ea est ut lapis aut fortior robore*. Nam genitivus his in arctiori nexu subjectus sensum prorsus diversum suppeditaturus esset, ut e §. 532. constat.

- 543 Ut omnino maxima est linguae vis in accusativi juncturâ, ita *duplicem accusativum* uni verbo subjunctum in multis locutionibus arabismus fert. Fit autem id:

1) si verbum e vi suâ objecta duo diversissima, alterum personae, alterum rei, patitur, quae aequo jure uni simul verbo subjunguntur. Idque in pluribus verborum classibus obtinet. Nam 1) omnia huc redeunt verba causalia (seu stirpes IV. et II.), quae a verbis relativis derivata integram

tenent causalis verbi notionem, ut <sup>أَعْلَمْتُ الرَّجُلَ الْأَمْرَ</sup> §. 177. — Eodem tamen 2) redeunt multa activa, quae per se jam sive in I. stirpe sive in aliis vim hujus generis causalem simul tenent, ut verba *implendi*, *saturandi*, et contra *privandi*, *vetandi*, quia haec in simpliciore notione jam relativa sunt seu accusativo se circumscribi patiuntur, ut <sup>سَقَى</sup> *potare* (i. e. bibere facere), <sup>حَرَّمَ</sup> *vetare*, <sup>سَنَّ</sup> *prohibere* (Henz. fr. p. 63, 2), <sup>وَقَّى</sup> *tueri*, *defendere* (Henz. p. 38, 9. Sur. 3, 16. 40, 8. 10). Nec non verba *dandi* ob similem notionem, cum *dare* idem notet ac *facere ut quis accipiat*, ut <sup>أَعْطَى</sup> *dare*, <sup>وَفَّى</sup> *retribuere*, *solvere*. Verba *induendi*, *vestiendi* in arabismo saepius cum ب rei struuntur; possunt tamen etiam cum duplice accusativo poni, ut simile <sup>وَسَّعَ</sup> *complecti* v. c. omnes res potentiâ Sur. 40, 8. Porro 3) verba *rogandi*, *interrogandi*, *dicendi*, quae aeque jure rei ac personae accusativo componuntur, ut ex contractâ utrâque juncturâ una oriatur, ut <sup>سَأَلَ</sup> *rogavit*, <sup>وَعَدَ</sup> *promisit*, <sup>وَصَّى</sup> *jussit* Sur. 46, 15. Nec non multa singula, quae utramque hanc juncturam patiuntur, ut <sup>كَفَدَ</sup> *abnegare* = non agnoscere tam auctorem qui dedit quam donum Abulf. ann. ant. p. 188, antep. <sup>غَنَّى</sup> et <sup>أَنْشَدَ</sup> *carmine celebrare* cum objecto personae quae celebranda est et carminis quod canitur, ut Koseg. chr. p. 125, 11. 127, 6. ell. p. 132, 13. 138, 12. Sed omnia hujus generis verba non est quod enumeremus.

Paulo diversum est, si prior accusativus personam inte- 544 gram, posterior partem seu membrum quod actione prae ceteris tangatur perhibet, ut <sup>ضَرَبَ زَيْدًا الْبَطْنَ وَالظَّهْرَ</sup> *ferit Zaidi ventrem et dorsum*.

545 2) posterior e sensu accusativus talis esse potest ut si priorem subjectum cogitares, praedicatum ejus constitueret; nam simplicem thesin, ut *Muhammed est propheta*, verbo activo ita cunctam subjicere licet, ut utrumque nomen objectum ejus fiat: *fecit Muhammedem prophetam*. Latius paulo id lingua Arabum frequentat: nam non tantum in verbis *faciendi*, *constituendi*, *vocandi*, *nominandi* omnibus hoc obtinet, sed etiam in verbis *videndi*, *nuntiandi*, *credendi*, *putandi*, ut *فَعَلَّ كَلِمَ الْاَرْضِ فَرَاشًا* fecit (deus) vobis terram cubile; *وَوَدِدْتُ كَلِمًا كَلِمًا* vocavi eum Muhammed, *يَرَوْنَهُ يَعْجَبًا* vident (seu putant) eum longinquum esse; *اِظْنِ السَّاعَةَ قَارِعَةً* puto horam instantem (instare) Sur. 41, 50; *لَا تَحْسِبَنَّ اللَّهَ غَافِلًا* ne putato deum non curare 14, 40. 47. et paulo difficilius *نَادَى الصَّلَاةَ جَامِعَةً* nuntiavit per praeconem preces ut communes i. e. preces esse debere communes, ab universo populo institutas Henz. fr. p. 19, 9. Unde si verbum hujus generis per se duplex objectum fert, vel triplicem accusativum causali subjicere licet, ut *يُرِيهِمُ اللَّهُ* deus eos opera sua foeda (esse) cernere facit. Neque in his ambigui quid residet: nam cum accusativus e sensu prior semper primo etiam loco ponatur et definitus sit, posterior jam ex verborum collocatione simulque in plurimis ex indefinitâ elocutione satis discernitur; quod idem in praedicato obtinet §. 655 sqq.

546 Verbum quod duplicem accusativum sibi subiicere potest, si in passivum traducitur, prior ex illis eo ipso evanescit, cum persona ejus jam in nominativum transeat: sed integrum manet objectum posterius. Ita 1) in passivis ex stirp. IV. et





545 2) posterior e sensu accusativus talis esse potest ut si priorem subjectum cogitares, praedicatum ejus constitueret; nam simplicem thesin, ut *Muhammed est propheta*, verbo activo ita cunctam subjicere licet, ut utrumque nomen objectum ejus fiat: *fecit Muhammedem prophetam*. Latius paulo id lingua Arabum frequentat: nam non tantum in verbis *faciendi*, *constituendi*, *vocandi*, *nominandi* omnibus hoc obtinet, sed etiam in verbis *videndi*, *nuntiandi*, *credendi*, *putandi*, ut *فَعَلَّ كَلِمَ الْأَرْضِ فَرَاشًا* *fecit (deus) vobis terram cubile*; *وَوَدَّعْتُهُ مُحَمَّدًا* *vocavi eum Muhammed*, *يَرَوْنَهُ بَعِيدًا* *vident (seu putant) eum longinquum esse*; *أَظُنُّ السَّاعَةَ قَائِمَةً* *puto horam instantem (instare) Sur. 41, 50*; *لَا تَحْسِبَنَّ اللَّهَ غَافِلًا* *ne putato deum non curare 14, 40. 47.* et paulo difficilius *نَادَى الصَّلَاةَ جَامِعَةً* *nuntiavit per praeconem preces ut communes i. e. preces esse debere communes, ab universo populo institutas Henz. fr. p. 19, 9.* Unde si verbum hujus generis per se duplex objectum fert, vel triplicem accusativum causali subjicere licet, ut *يُرِيهِمُ اللَّهُ* *deus eos opera sua foeda (esse) cernere facit*. Neque in his ambigui quid residet: nam cum accusativus e sensu prior semper primo etiam loco ponatur et definitus sit, posterior jam ex verborum collocatione simulque in plurimis ex indefinita elocutione satis discernitur; quod idem in praedicato obtinet §. 655 sqq.

546 Verbum quod duplicem accusativum sibi subiicere potest, si in passivum traducitur, prior ex illis eo ipso evanescit, cum persona ejus jam in nominativum transeat: sed integrum manet objectum posterius. Ita 1) in passivis ex stirp. IV. et

II, ut <sup>و-و-و</sup>أرْبَهَا <sup>و-و-و</sup>فِرْعَوْنَ <sup>و-و-و</sup>الرَّبِيبَا <sup>و-و-و</sup>الَّتِي <sup>و-و-و</sup>أَرَبَهَا <sup>و-و-و</sup>فِرْعَوْنَ *visio quam videre factus est Pharao i. q. quam deus eum videre sivit, nisi quod deum ut agentem nominare scriptori inutile videbatur; عَلَّقْتَهَا*

*coactus sum amare eam* Antar. M. v. 7. <sup>و-و-و</sup>أَطْعَمَ <sup>و-و-و</sup>لَحْمًا *nutritus*

*est pane, cum active dicatur* <sup>و-و-و</sup>أَطْعَمَهُ <sup>و-و-و</sup>لَحْمًا *fecit eum edere panem. Porro in ceteris §. 544 descriptis idem evenit, ut*

*تَوَفَّوْنَ أَجْرَكُمْ*, <sup>و-و-و</sup>سَتَوَّأْ سَتَوَّأْ <sup>و-و-و</sup>مَاءَ حَيْبَاءَ *saturati sunt aqua calida, ubi nobis dicendum: retribuetur vobis merces vestra* Sur. 3,

<sup>و-و-و</sup>مَسْتَوْدَعٌ <sup>و-و-و</sup>حَرَمْتُمْ <sup>و-و-و</sup>الْخَبْرَ *privati estis bono* Tab. p. 142, 5; <sup>و-و-و</sup>مَسْتَوْدَعٌ

<sup>و-و-و</sup>مَالَهُ *proprie concreditus opes ejus i. e. cui opes ejus con-*

*creditaе sunt, cum activum* <sup>و-و-و</sup>أَسْتَوْدَعُ *rogavit ut servaret sibi pignus, concredidit ei pignus, gemino objecto et personae et rei jungatur* Ham. p. 64. Praecipue hic notandum, passivum st. IV.

rad. <sup>و-و-و</sup>أَتَى *venire saepissime ita cum objecto poni, ut denotet donari rem, cum facere ut res ad alium veniat idem ha-*

*beatur atque offerre, donare rem* <sup>و-و-و</sup>أُوتُوا <sup>و-و-و</sup>الْكِتَابَ *donati sunt librum i. q. acceperunt (a deo) librum, et in activo*

<sup>و-و-و</sup>أَتَى <sup>و-و-و</sup>الْمَالَ <sup>و-و-و</sup>ذَوِي الْقَرْبَى *qui opes largitur propinquis suis.*

— 2) Nec minus alterum objectum manet in juncturis §.

545 descriptis; nam ut in activo dicitur <sup>و-و-و</sup>جَعَلَهُ <sup>و-و-و</sup>مَلَكًا *fecit eum*

1) non necesse est ut putemus <sup>و-و-و</sup>أَتَى dictum esse pro <sup>و-و-و</sup>أَعْطَى, quam ex remotiori linguae aevo radices <sup>و-و-و</sup>أَتَى, <sup>و-و-و</sup>عَطَى, <sup>و-و-و</sup>حَتَّى ita cohaerere puto, ut notent *tangere, pertingere, pervenire.*

regem, ita in passivo cum accusativo manente جَعِلَ مَلِكًا  
*factus est rex*, دَعِيَ مُحَمَّدًا (vel سَمِيَ) *vocatus est Muham-*  
*med* <sup>1)</sup>; quod enim in his Latini nominativum ponunt, ex  
 attractione scilicet ad nominativum subjecti linguae concin-  
 nione visà, id minime probare potest, arabicam dictionem  
 esse malam, cum potius origini et analogiae optime conve-  
 niat. Accedit quod universa arabismi indoles huic favit §.  
 501. — Igitur si forte verbum activum triplex objectum sibi  
 subjungere potest, in passivo duplex manet, ut قَبِيتُ عَمْرًا  
 خَيْرًا رَأْسًا *certior factus sum Amrum figere* (proprie  
*figentem esse) caput suum* Ham. p. 63.

547 Ceterum hic datà occasione de passivis pauca monea-  
 mus. Non posse passivum personale formari nisi verbum  
 activum objectum proximum ferat, per se patet. Igitur si  
 verbum objectum praepositionis ope sibi subjicit, passivum  
 personale non datur. Cum tamen arabismus brevem et suc-  
 cinctam passivi constructionem admodum amet, saepissime  
 verbum praepositioni junctum ita in passivum abit, ut nihil  
 in praepositionis juncturâ mutando passivum sine certâ per-  
 sonâ seu in sg. neutrius formetur, simile latino *perventum*  
*est* = pervenerunt nescio qui. Ita cum بَعَثَ *misit* vulgo  
 cum praep. ب personae dicatur (ex §. 585), passivum inde  
 formari nequit nisi hac ratione, ut قَادِدٌ يَبْعَثُ بِهِ *dux qui*  
*mittitur*; similiter بِطَانٍ عَلَيْهِمْ بِصِحَاكٍ *ut Germani: man-*

1) at contra دَعِيَ مُحَمَّدًا (يُدْعَى لَهُ) cum nominativo jure  
 construitur: *appellatur Muhammed*, cum verbo دَعِيَ subjecti  
 certi notio non insit, ut nomen مُحَمَّدٌ ejus subjectum haberi queat.

geht um sie mit Schüsseln i. e. circa eos feruntur (a ministris) patinae Sur. 43, 69. Sed si ullo modo activum personae objectum fert, passivum personale formatur, ut

أَتِيَ بِكَسِيَّ donatus est vestibus, cum أَتَىٰ  
pervenit ad eum cum objecto personae dicatur; جَاءَ النَّبِيَّ

يَمَّاسٍ adduxerunt (nescio qui) ad prophetam homines,

quod active effectur sic: جَاءَ زَيْدٌ النَّبِيَّ بِمَّاسٍ venit Zaid ad prophetam cum hominibus.

Denique quodvis verbum sive activum sive intransitivum 548 sive passivum abstracto verbali seu infinitivo suae ipsius radicis vel stirpis circumscribi potest, aut cum aliis accusativis supra dictis aut sine iis. Fit id ut notio verbi per se vaga et indistincta ex se ipsâ ad certius quid restringatur. Potestque primum simplex abstractum sine articulo adjungi, quo actio ad unam vicem restringitur, ut رَأَيْتُ رَأْيًا consului = cepi consilium, شَدَّدْتُ شِدَّةً فَقَتَلْتُ مِنْهُمْ vehementiam fui vehementiam i. e. impetum feci (neque enim arabismus verbis hujus generis generalibus utitur, ut faciendi etc., quibus nos in talibus gaudemus) et interfeci ex iis plures; etiam cum

duali, ubi notio singulorum clarius nitescit, ut ضَرَبْتَهُ ضَرْبَةً

ضَرَبْتَنِي ضَرْبَتَيْنِ cecidi eum semel et ille me cecidit bis. Apud poetas accusativus talis nonnunquam ob pleniorum tantum orationis vim et pulchriorem rythmum subjungitur, quâ re infinitivus non cum feminini terminatione quae in his e lege

ex §. 295 obtinet, sed nudus ponitur, ut إِذَا رَجَّتِ الْأَرْضُ رَجًّا

وَبَسَّتِ الْجِبَالُ بَسًّا cum terra tremet tremitu et montes confundentur confusione Sur. 56, 4. 5. In his vim quandam

orationis nemo non agnosceret. Eadem vis locutionis fortior in aliis datâ operâ conspicitur, ut *قَصَدَهُ قَصْدًا* *petiit eum de industriâ*, quod in prosâ quoque ita dicitur, *رَضَّ عِظَامَهُ رَضًّا* *contudit ossa ejus contusionem* i. e. prorsus Kos. chr. p. 87, 8. 89, 3. 91, 1. — Sed multo frequentius haec junctura eo fine instituitur, ut hoc substantivo vel infinitivo intercedente aliud nomen verbum restringens facilius apponi vel annecti possit; vel adjectivis apponendis, ut *اِقْتَتَلُوا قِتَالًا شَدِيدًا* *pugnarunt pugnam vehementem*, *صَرَبَتْهُ ضَرْبًا مُوجِعًا* *petii eum ictu dolente*, vel pronomine demonstrativo, ut *يَحْفَظُونَ أَسْرَارَهُمْ هَذَا الْحِفْظَ* *servant arcana sua hac servatione* i. e. ita, adeo, ut videtis Freyt. chr. p. 30, 8. vel enunciatione relativâ annectendâ, ut *الضَّرْبُ الَّذِي ضَرَبْتَهُ* *percussio quâ eum percussi*, vel denique substantivo in statu constr. annectendo, quo actio alius vel aliorum cum eâ de quâ agitur confertur, ut *خَافَ خَوْفَ الْجَبَانِ* *timuit timorem ignavi* i. q. ut ignavus timere solet. Talia eo frequentiora manserunt, quo minus lingua arabica adverbia ex adjectivis omnibus vel verba generalia ut faciendi etc. multa formare didicit.

- 549 Ceterum similis quoque notionis substantivum subjun-  
gere licet, ut *سَيَصَلُونَ سَعِيرًا* *sedit sessionem*, *تَتَرَبَّصُونَ* *torrebuntur flammâ* Sur. 4, 9, unde etiam relative *جَهَنَّمَ*  
*يَصَلُّونَهَا* *Gehenna* (i. e. flammae) *quâ torrebuntur*, rela-  
tive Sur. 14, 28. *ضَلَّ سَوَاءَ السَّبِيلِ* *erravit pessimam viam*

(ut dicitur *ire viam*) اتَّقُوا اللَّهَ حَقَّ تَقَاتِهِ *timete deum jus timoris ejus* i. e. ut debet timeri Sur. 3, 102. سَبَّحَ بِهَا صَاحِبَةَ أَخِيهَا *proficisci eam jussit societatem* i. e. in societate fratris Henz. fr. p. 56, vel similis stirpis et notionis paulo diversae infinitivum, quod audacius dictu est, ut لَوْ يَعَجِّلُ اللَّهُ لِلنَّاسِ *si deus hominibus malum acceleraret ut hi bonum accelerari volunt.* Ita vero sensim hic accusativi usus in ampliorem illum transit, de quo statim dicturi sumus.

Potest adeo fieri, ut idem nomen ob varia complementa bis sit objecti vice repetendum, ut صَلَّى صَلَاةَ الْعَبْدِ *precatu est* i. e. peregit preces festi solemnnes, preces *plenas longas* (i. e. sermone longo) Koseg. chr. p. 119, 6.

2. Ampliore usu accusativus, ubicunque nomen per se 550 toti enunciationi subjungendum est, ponitur. Sunt autem, quibus hoc fieri potest, rationes tres:

1) quaecunque praedicato proxime (immediate) restringendo inserviunt, omnia in accusativo subjungi possunt. Nexus autem inter praedicatum et notionem subjunctam semper necesse est concipi possit arctissimus, ita ut quae summa notio in praedicato pronunciata est, ejusdem descriptio interna et diligentior in accusativo sequatur; unde constat accusativo hic quoque dici, *quo* praedicatum distinctius se referat. Quae autem non nisi nexu externo cohaerent, ut *mortuus est in agro*, ea ab hac juncturâ prorsus aliena sunt; nam quomodo notio loci *in agro* cum *moriendo* cohaeret nisi vinculo externo? Latissime in arabismo haec uberior praedicati descriptio patet, multoque latius quam in he-

braismo et syriasmō: nam praeter concinnam sermonis arabici brevitatem terminatio accusativi accessit quā hebraica lingua et syriaca caret. Ita

a) praedicato substantivum abstractum licet subjungere, rationem praedicati distinctius describens, et articulo quidem, cum eo non opus sit, carens, ut *مَاتَ جَوْعًا* *mortuus est fame*, *كَفَرْنَا بِمَا أَنْزَلَ اللَّهُ بَغْيًا* *abnegavit a deo revelata injuste* (propr. injustitiam), *يَأْكُلُونَ أَمْوَالِ الْيَتَامَىٰ ظُلْمًا* *edunt orborum opes injuriā* Sur. 4, 9. *بِهَتَانًا وَآثَامًا مُّبِينًا* *per mendacium et nefas manifestum* v. 18. Prae ceteris hic notandum, infinitivum quoque sic posse subjungi praedicato cuicumque, ut *هُوَ أَشَدُّ النَّاسِ تَعَظِيمًا لِرَسُولِ اللَّهِ* *is est potissimus hominum honorando* i. e. hominum omnium maxime honorat *لِغَلَبَةِ قُوَّتِهِمْ قَتْلًا وَأَسْرًا* *legatum dei, perdidit eos interficiendo et vinciendo*, ubi praedicatum *أَبَادَهُمْ* sequentibus actionibus definirī et circumscribi bene sentis. Atque sic nonnunquam fieri potest, ut actio quae potiori describendae inservit, simul finem et consilium, quo quis agat, indicet, quanquam consilii notio non nisi ex sensu totius enunciationis sequitur, ut *سَارَّخَ تَعَظِيمًا لَهُ* *surrexit honorando eum* i. q. *ut eum honoraret*, *ضَرَبْتُهُ تَأْدِيبًا لَهُ* *castigavi eum ut eum corrigerem*.

- 551 Infinitivus hujus generis subjunctus hoc habet singulare quod cum integram enunciationem graviter subjungat, semper in formā quam fert plenā immobilis manet neque propterea nominis sueti instar juncturas omnes promiscue subire potest (cf. hebr. infinitivum absolutum). Igitur nec statum ullum constructum neque accusativum subjunctum bene patitur;

pro accusativo plerumque in usu est praepositio  $\lambda$  ex §. 599.

Nec negationem fert, ut si forte ea necessaria sit sive ab initio sive post infinitivum, modus finitus reponendus sit; cf. §. 560.

b) deinde *adjectivum* vel *substantivum personale* praedicato ita subjungi potest, ut quâ ratione res geratur, dis-

distinctius describatur <sup>1)</sup>. Ita مَاتَ شَهِيدًا *mortuus est — martyr*,

ubi vocem *martyrem* vides praedicato apponi, ut quâ ratione, quo in statu mortuus sit, proxime describatur. Fitque hinc, ut accusativus hujus generis verbo appositus *statum* plerumque notet, quo res geratur. Alia hujus generis

sunt innumera, ut ادخلوا الباب سجداً *intrate portam adorantes*;

وهو الحق مصدقاً لما معهم *isque (Koranus) est veritas ut confirmans i. q. cum confirmet quae jam habent*

(scripta antiqua sacra); لا اله الا هو — قائماً بالقسط *non est deus praeter eum, utpote qui stet in veritate* Sur. 3, 18.

Possunt et plura subjungi, ut الذين يذكرون الله قياماً وقعوداً *qui memores sunt dei ut stantes et sedentes i. q. sive stent*

sive sedeant Sur. 3, 192, اغاروا ركباناً وفرساناً *impetum fecerunt (ut) vehentes camelis et equis* Ham. p. 8.

Haec praedicati per accusativum uberior descriptio eo

usque valet, ut vel verbo كَانَ *fuit* accusativus adjectivi vel substantivi subjiciatur. Praedicatum enim per se accusativo

minime exprimitur; sed ut dicitur جُعِلَ مَلَكًا §. 546, ita verbo

1) Germani in his inserunt voculam *als* i. e. ut. Latini nomen ad subjectum statim seu nominativum referunt.



كَانَ quod proprie notat *constitutum, factum esse*, haud dubie praedicatum generale jam inest, quod sequenti voce accuratius tantum definiatur; neque enim usus verbi كَانَ eo usque jam invaluit, ut copulae tantum inter subjectum et praedicatum semper inserviat. Ita زَيْدٌ كَانَ ضَعِيفًا *Zaid*

*fuit debilis, إِنَّهُ كَانَ رَجُلًا حَكِيمًا certe fuit ille vir sapiens,*

أَمَّا حِصْنٌ كُونُوا حِجَارَةً أَوْ حَدِيدًا *este lapides vel ferrum!*

مَنْصُورٍ فَكَانَ حِصْنًا مَنِيعًا *quod attinet ad castellum Manzur, fuit (id) castellum munitum* Rosenm. anal. 3. p. 26, 14. Neque in scriptis antiquis et bonae notae unquam subjectum in accusativum transit; quod enim legitur Sur. 7, 83.

وَمَا كَانَ جَوَابَ قَوْمِهِ إِلَّا أَنْ قَالُوا: 3, 147, haud dubie ita acci-

piendum est, ut subjectum e locutionis sensu in ان قالوا lateat: *nec fuit responsio populi ejus nisi hoc dictum.* Sed apud sequiores scriptores haud raro substantivum, quod logice subjectum esset habendum, in accusativo pronuntiatur, fallente linguam specie externâ. Facillime hoc fit, si substantivum, quod proprie subjecti loco foret, postpositum est, ut praepositum contra et propius subjecti loco habeatur, ut

كَانَ رَيْبَسٌ تَغَلَّبَ مَهْلَهًا *fuit princeps Taglabitarum Muhalhal* Abulf. ann. ant. p. 138, 10. 11; vel si e sensu uni-

verso accusativus ferri potest: كَانَ لَهُ وَزِيرًا *fuit ei i. q. habebat* (quo verbo auxiliari Arabes carent) *Vezirum* p. 70, 13. Sed praeter haec quoque non raro id fit, si substantivum *postpositum* est eoque ipso minus sui juris esse videtur, ut Rosenm. anal. 13. p. 10, 11. Notaturque et alibi hic nominativi in accusativum transitus, si subjectum post

multa insertum est, <sup>قَدْ قَبِلَ عَنْ مَالِهِ شَيْئًا</sup> *dicitur de ejus opibus aliquid* Abulf. ann. ant. p. 32, 8 ubi sriptor se scripsisse <sup>تَالُوا</sup> cogitat. Multa quidem in his a scribis peccata sunt: sed lapsus eorum non foret adeo frequens, nisi lingua in vulgi ore huc inclinasset.

Rarissime praedicatum in nominativo manet, si <sup>كَانَ</sup> simpliciter *esse* denotat, verborum quoque positione id bene ferente, ut <sup>أُوذِيَ كَانِ مُوسَى</sup> *propheta ergo erat Moses?* Kor.

et in hoc versu: <sup>إِذَا مِتُّ كَانِ النَّاسُ صِنْفَانِ شَامِتٍ وَآخِرٍ مِثِّي</sup> *Si moriar, homines erunt bipartiti: detractores et ejus quae faciebam laudatores.*

Ceterum quod modo de <sup>كَانَ</sup> dictum est, ad omnia valet verba eandem notionem continentia, ut <sup>لَيْسَ</sup> §. 479, <sup>الْستَم</sup> *مَا نَرَا وَصَارَ *nonne estis Moslemi?* Tab. p. 190, 18; <sup>أَصْبَحَ</sup> *non desinere* i. q. <sup>دَامَ</sup> *durare* i. *perpetuo esse*, et alia §. 657. enumerata. Porro eodem refer <sup>رَجَعُوا كُفَارًا</sup> *redierunt* i. e. *iterum facti sunt infideles.**

Ut vero <sup>لَيْسَ</sup> *non est* praedicati descriptionem in accu- 554  
sativo sibi subjungit, sic nonnunquam, praesertim in poeticâ dictione, simplices negationes *و* et *مَا* ita adhibentur, ut cum e sensu totius enunciationis ad praedicatum totum jam negandum pertineant ideoque notionem verbi *esse* inferre videantur, accusativum praedicati distinctioris sibi subjiciant. Sed ut hoc fiat, ante omnia necesse est, ut subjecto statim post *و* vel *مَا* praemisso praedicatum deinceps sequatur, quâ solâ ratione efficitur ut oratio, cum ad praedicatum devenerit, enuncia-

tioni notionem τοῦ εἶναι jam inesse sentiat; neque ante praedicatum inserere licet لا nisi, quâ particulâ sermonis velut nova series exorsa foret; nec post ما collocari debet ان negativum, utpote quâ vis illius inhibetur. Ita: ما يزيد قائماً Ita: لا شيء علي الأرض باقياً non est Zaid stans, non est res in terra manens. In his et dici possit est — qui stet, est — quae maneat, ut ultimam accusativi vocem enunciationi subjici facile sentias. Plerumque participium sequitur; reperitur tamen etiam ما هذا بشراً non est hic caro (mortalis) Sur. 12, 32. 1). Quod grammatici in his y cum nomine definito componi non posse docent, ex usu non prorsus frustra dici puto, scilicet quia ما fortius negat; sed non miramur quod lex haec non ubique servata sit, ut in hoc versu:

إذا الجود لم يهترق خلاصاً من الأذى فلا الجود مكسوباً ولا المال باقياً cum liberalitas liberationem a noxâ non lucratur, tum laus non est lucro comparata neque opes restant.

555 Ab hac juncturâ satis diversa est ea, quâ negationi y unum solum substantivum idque et indefinitum et nunatione carens subjungitur. Ita si fit, y ab initio insigni vi ita pronuntiatur, ut substantivum statim sequens notionis generalis ideoque indefinitum adesse prorsus neget; quare hoc ad quod solum negatio maximâ suâ vi tendit, ipsi negationi ita subjungitur, ut utrumque intime nexum sit utque vox brevis praeposita ob vim suam sequentis nunationem eâdem prorsus ratione auferat quâ post articulam fit §. 336. Atque ob emphasin quâ tota enunciatio brevis effertur ad interjectionis vim

1) ubi Baidhawi Sacyo notante ita ex Heg'azium dialecto legi, alios

ex Temimensium dialecto بشر legere dicit.

accedentem (cf. §. 350.), substantivum quoque subjunctive i. e. in accusativo effertur, ita ut hic accusativus totus a negatione pendeat eique soli subjectus sit <sup>1</sup>). Ita: لَا رَجُلًا لَا إِلَهَ إِلَّا اللَّهُ! *non vir seu nullus vir est in domo!* لَا إِلَهَ إِلَّا اللَّهُ! *nullus deus praeter deum!* هَذَا كِتَابٌ لَا رَيْبَ فِيهِ *hic est liber in quo nullum dubium;* أُولَئِكَ لَا خَلْقَ لَهُمْ *illi — non est portio iis!* Sur. 3, 76; quaedam saepius ita composita enunciationi majori inseri quoque possunt, ut لَا مَحَالَةَ *nullum dubium* i. q. sine dubio, — لَا بُدَّ مِنْ *nullum effugium ab* — i. e. *necessario*, ita ut vel dici possit — *وكان لا بد من* — *et erat necessario* —.

Ceterum cum vis et emphasis illa aegre ultra hoc unum <sup>556</sup> nomen maneat (cf. §. 349), nomen diversum per copulam accedens in nominativum redire potest, ut لَا رَجُلًا وَامْرَأَةً فِي الدَّارِ *non est vir et femina in domo.* Quodsi cum copulâ ipsa negatio repetitur, nominativus utrinque statim vel ab alterâ parte locum obtinere potest, ut لَا حَوْلَ وَلَا قُوَّةَ *non est vis nec potentia nisi in deo.* Similiter adjectivum accedens cum nunatione etiam efferre, vel adeo in nomina-

1) nunc non sine gaudio video grammaticos Arabum simile quid sensisse nomen ejusmodi post لَا appellantes مَبْنِي i. e. *indeclinabile* et utramque vocem مُرَكَّب تَضْمِينِي *compositam juncturam.*

tivum restituere licet, ut dici possit: لا رَجُلٌ نَائِمٌ فِي الدَّارِ  
*non est vir dormiens in domo, vel نَائِمًا vel نَائِمٌ. — Sed*  
 definitionem per statum constr., objectum, praepositionem in-  
 terno vinculo junctam vel relativam enunciationem haec di-  
 cendi formula per se absoluta e lege non fert; si tamen id  
 rarissime fit, accusativus ob nexum in quo ponitur novum  
 plenam subit declinationem. Grammatici ejus generis haec  
 laudant: لا صَاحِبَ جُودٍ مَمْنُونٌ *nullus liberalitatis ami-*  
*cus odio est; لا طَالِعًا جَبَلًا ظَاهِرًا* *nullus montem ascendens*  
*apparet; لا خَيْرًا مِنِّي نَزِيدٍ عِنْدَنَا* *nullus Zaido melior apud*  
*nos est; لا حَسَنًا فِعْلُهُ مَذْمُومٌ* *nullus est bonus cujus actio*  
*improbanda.*

557 c) Multo vero latius accusativi usus et ditio porro eo  
 patet, ut nomina introducat quae statum, quo substantivum  
 singulum idque plerumque a statu constructo vel praepositione  
 quâdam dependens concipiendum fit, exactius describat. Est  
 haec appositio quaedam laxior, quam nostrae linguae inter-  
 positâ voculâ *ut, utpote* bene exprimunt, latina verborum  
 nexu apto dilucidare satis habet; arabica lingua illis brevius,  
 hac laxius accusativo ideo utitur, quod is omnino praedicato  
 exactius definiendo inservit. Nomen vero in appositione hac  
 laxiore subjunctum, cum unice conditionem et statum, quo  
 praecedens nomen cogitandum sit, exactius indicet, semper

indefinitum est. Ejus generis sunt haecce: تَقْبِضُوا عَلَيَّ ابْنَهُ

أَسِيرًا *potiti sunt ejus filio (ut) captivo, ut captivus fieret,*

رَمَى بِهِ مَقْمُوطًا *offenderunt eum caesum, مَرَّوًا بِهِ قَتِيلًا*

conjecit eum (ut) vinctum, تَمَكَّنَتْ الأَلامُ مِنْهُ مَسْمُورًا بِسِتِّ potiti eo sunt dolores (ut) cruci affixo clavis sex Kos. chr. p. 56, 3; كَفَى بِاللَّهِ شَهِيدًا sufficit deus (ut) testis, uti Germani: *genug ist mit Gott als Zeugen* Sur. 4, 5. 46, 8. 48, 28. Similia porro haec habe: أَنِّي سَخِيٌّ بِنَفْسِي فِدَاءً لِنَفْسِي ego prodigus sum animae meae i. e. profundo vitam meam ut piaculum tuae, عَلَّقْتُ الهَوِيَّ مِنْهَا وَلِبَدًا haerebam ab ejus amore ut puellae i. e. cum puella esset Kos. chr. p. 101, 8. 142, 6. بَشَّرَهُ بِبِكْبِي مُصَدِّقًا بِكَلِمَةِ اللَّهِ annunciavit ei Johannem (ut) comprobaturum verbum (τὸν λόγον) dei Sur. 3, 39. cf. v. 45. Abulf. ann. ant. p. 56, 15. لِيُزِدَكَ مَا أَنْعَمَ اللَّهُ بِهِ اذًا بِهِ نَائِمًا en ille dormit v. §. 567. — Accusativum hunc post genitivum a statu constr. pendentem vides in hoc: اتَّبِعُوا مِلَّةَ أَبِيهِمْ حَنِيفًا sequimini religionem Abrahami ut orthodoxi, cum orthodoxus sit Sur. 3, 95; post nominativum in hoc: أَوَّلُ بَيْتٍ وَضِعَ لِلنَّاسِ لِلَّذِي بِبَكَّةَ مُبَارَكًا وَهُدًى لِلْعَالَمِينَ prima domus sacra hominibus data est sane Meccensis, (ut, seu ut esset) sacrata et directio mundis Sur. 3, 96.

Deinde potest substantivum abstractum integrae enuncia- 558  
tioni subijci, rationem ejus uberius ita exponens, ut denuo  
longiorem verborum seriem priori subjungat, ut مَاتَ عِرَانُ

وَمُوسَى سِتِّ وَسِتُونَ سِنَةً بِنَاءَ عَلِيٍّ أَنْ جِلَّةَ عَمْرٍاءَ عَمْرَانَ مِائَةً وَسِتِّ  
 وَتَلْتُونَ سِنَةً *mortuus est 'Amran cum Moses 66 annos na-*  
*tus esset, asserendo i. q. ut asserendum sit, seu sumto, in-*  
*tegram 'Amrani vitam 136 annos fuisse. Haec dicendi*  
*forma in Korani stylo conciso et abrupto frequentissima est,*  
 ut *in igne iis* فِيهَا دَارُ الْخُلْدِ جَزَاءً بِمَا كَانُوا يَكْفُرُونَ *est domicilium perpetuum — ut retributio i. q. ut sit illud*  
*retributio pro eo quod non crediderunt Sur. 41, 28. 56, 26;*  
 لا يَذُوقُونَ فِيهَا الْمَوْتَ — فَضْلًا مِنْ رَبِّكَ *non gustabunt in ea*  
*mortem — benevolentiam i. q. per benev. a domino tuo*  
 44, 55. 49, 8; *revelabimus librum* أَمْرًا مِنْ عِنْدِنَا *ut jussum,*  
*per jussum a nobis 44, 5. 6.*

- 559 In tali stylo conciso multa rationem quâ res concipienda sit describentia per accusativum prorsus absolutae jam enunciationi subjunguntur, quae aliter segregata integrâ enunciatione efferri possint. Ita post pronunciatum dei effatum in Korano saepe subjungitur *legem a deo* مِنْ اللَّهِ سِنَةً *et similia, nempe: dico hoc ut legem, ut lex habeatur Sur. 40,*  
 86. 46, 16. 48, 23. 4, 10. 11; *ut mercedem* ثَوَابًا *Sur. 3,*  
 196. Licetque ita per adjectiva quoque vel substantiva his similia statum quo res concipienda sit, post perfectam jam per se enunciationem, uberius pluribus verbis describere, ut *liber cujus* كِتَابٍ فَصَلَتْ آيَاتُهُ قُرْآنًا عَرَبِيًّا — بِشِيرًا وَنَذِيرًا *versus distincti sunt, ut scriptura arabica, lactorum*  
*nuntius et monitor Sur. 41, 3. 4. 46, 12.* وَفَنَزَعْنَا مَا فِي  
 صُدُورِهِمْ مِنْ غَلٍّ إِخْوَانًا عَلَيَّ سِرِّ مُتَقَابِلِينَ *et abstulimus quod*

*in pectoribus eorum est malevolentiae — fratres i. e. ut sint, ut fiant fratres in lectis sibi mutuo amore obvii* Sur. 15, 46. cf. 14, 42.

Hinc denique fit, ut integra enunciatio per accusativum 560 priori ita subjungi possit, ut praedicatum praemissum ab accusativo incipiat, subjectum tamen sequens non hunc continuat, sed in nominativum sensui totius aptiorem relabatur, ut

انَّ لِلْمُتَّقِينَ لِحُسْنِ مَّآبٍ جَنَّاتٍ عَدْنٍ مَّفْتَحَةٌ لَهُمُ الْبَابُ  
*sane piis est amoena sedes, horti Edenis, ut apertae sint simul iis portae, et poetice*

سَأَغْسِلُ عَنِّي الْعَارَ بِالسَّيْفِ جَالِبًا عَلَيَّ قَضَاءَ اللَّهِ مَا كَانَ جَالِبًا  
*profecto abstergam a me dedecus gladio, trahente in me fato dei quicquid trahit i. e. licet trahat — 1) Ham. p. 30;*

cf. Taraf. v. 2. Umrulk. v. 3. ubi وَقُونًا male habetur pro infinit.

Etiam in prosâ: رُغَا حَاجَتِكَ كَأَنَّمَا مَا كَانَتْ  
*tuum, ut sit quicquid sit Koseg. chr. p. 128, 2. Ceterum fieri potest, ut subjecto distincto non nominato solus accusativus obvius sit, ut*

فِي شَرْقِي هَذَا الْجَبَلِ مُتَحَرِّنًا قَلِيلًا إِلَيَّ  
*in orientali montis hujus parte, declinando paulum in austrum, est sepulcrum Lazari Rosenm. anal. 3. p. 5, 5. 6, 15; poetice*

أَنَا اللَّيْثُ مَعْدِيًّا عَلَيْهِ وَعَادِيًّا  
*ego sum leo, isque in quem irruitur quique ipse irruit Ham. p. 73, 18.*

1) nam ut ablativo absoluto Latinorum, cujus usus omnino similis est, e sensu singulorum locorum multa inesse possunt, quae aliter distinctius dici possint, sic idem in his dictionibus arabicis obvenit.



Ceterum de participio quocunque ita subjuncto §. 552. 557 sqq. idem fere valet, quod §. 551 de infinitivo dictum est. Nam cum breviter enunciationis minoris totam vim solum complectatur, gravius per se semper ponitur, nec statum constructum patitur nec negationem praemittendam, ut:

*digeram nomina ordine alphabetico* مَقْدَمًا مَا الْأَوْلَ فـالْأَوْلَ

*praemittens i. e. ita ut praemittam primum et deinceps primum, ut literas radicales observem et serviles haud curem* Elnav. p. 10, ult.

561 2) Remotior accusativi usus porro hic est, ut *spatium*, quo se actio extendat, breviter significet; hanc autem facile patet spatii definitionem non posse aliam esse nisi generalem

et vagam, ut سَارَ أَرْبَعَةَ أَمْيَالٍ *profectus est quatuor millia-*

*ria*. Transfertur id jure ad *mensurae et temporis defini-*

*tiones universas*, tum in adverbis, ut الْيَوْمَ *hodie*, الْيَمِينِ

*heri*, غَدًا *cras*, tum alibi, ut عَاشَ مِائَةَ سِنِينَ *vixit centum*

*annos*, يَوْمًا *die quodam*, جِيلًا بَعْدَ جِيلٍ *seculum post se-*

*culum i. q. a seculo ad seculum*, حَالَ وُصُولِهِ *momento*

*adventus in vincula eum duxit* Abulf. ann. ant. p. 50, 5, porro si

certum temporis momentum in majori spatio non definitur, ut مَاتَ

السَّنَةَ الْمَاضِيَةَ *mortuus est anno praecedente*; ubi tamen hoc

definiendum videtur, praepositione opus est. Nonnunquam

oratio inter accusativum merum et praepositionem haeret;

sed in universum praepositionum usus nondum frequens est.

Inter *locorum* nomina ea simpliciter in accusativo pronun-

ciantur, quae significationis maxime vagae et semper obviae

sunt, ut quae praepositionum loco occurrunt (§. 590 sqq.), porro <sup>بِمِائِنَا</sup> *a dextrá*, <sup>بِسَارَا</sup> *a sinistrá*, <sup>شَمَالًا</sup> *versus boream*, <sup>غَرْبِي</sup> *ab occidentali parte* haud raro pro — <sup>فِي غَرْبِي</sup> *quod* usus fert, <sup>وَسَطًا</sup> *medio* etc. At contra substantiva <sup>جَانِب</sup> *latus*, <sup>جِهَةٌ</sup> et <sup>وَجْهٌ</sup> *facies*, <sup>خَارِجٌ</sup> *exterius*, <sup>دَاخِلٌ</sup> *interius*, <sup>جُونٌ</sup> *medium* in culto sermone sine praepositionibus non dicuntur; nec magis omnia certum habitaculum vel aedificium vel terrae locum notantia, ut <sup>دَارٌ</sup> *domus*, <sup>مَسْجِدٌ</sup> *templum*, <sup>مَقْتَلٌ</sup> *locus caedis*, <sup>جَبَلٌ</sup> *mons* etc. Verbis tamen per se jam sedera vel stationem notantibus accusativus nominum generalioris notionis ex §. 548 subjungi potest, ut <sup>قَعَدْتُ مَقَامَهُ</sup> *sedi ejus loco*.

Ceterum accusativus talis et ad verbum activum in suffixo trahi potest, et ob verbum passivum in nominativum transire, ut <sup>هَذِهِ مَدَّةٌ بِمَكْنٍ أَنْ يَكُونَ عَاشَهَا أَوْ عَاشَ غَالِبَهَا</sup> *hoc est spatium, per quod vel per cujus majorem partem vixisse eum credere licet*; <sup>سِبْرٌ شَهْرٌ</sup> et <sup>سِبْرٌ أَرْبَعَةٌ أَمْيَالٌ</sup> *mensis itineri impensus est*.

3) Nomina si in adverbia transeunt, enunciationibus igi- 562 tur semper subjunguntur, accusativo (nisi forte praepositio cum iis colliquescat) continuo pronunciari, e supra dictis satis patet. Sed omnino pauca tantum nomina semper fere in adverbia transierunt, ut praeterea rarius occurrant. Ita <sup>جِدًّا</sup> *vehementer*, <sup>كَافَّةً</sup> *in universum, omnino*, ut <sup>النَّاسُ كَافَّةً</sup> *ut*

*homines in universum* i. q. omnes. Cum suffixo semper junctum occurrit <sup>وحد</sup> hebr. <sup>לְבַר</sup>, ut <sup>وحد</sup> <sup>الله</sup> *deus* unitatem ejus i. e. *solus*. Quaedam in adverbia transire demum incipiunt, ut <sup>قال لهم جميعا</sup> *dixit iis junctim* i. q. cunctis Tab. p. 218, 20, similique sensu <sup>سائرا</sup> Abulf. ann. ant. p. 76, 7, cum alibi potius in stat. constr. praeponantur, cf. §. 516. Adjectiva quaedam modum vel mensuram notantia, ubicunque placet, adverbiorum instar adhibere licet, ut <sup>قليلًا</sup> *parum*, <sup>كثيرًا</sup> *multum*, <sup>غالبًا</sup> *plerumque*, <sup>سريعًا</sup> *celeriter*.

563 Sed sunt etiam particulae aliquot, quae vi suâ nomen quodcunque sequitur, etiamsi e sensu enunciationis ut subjectum ejus absente particulâ in nominativo elatum esset, in accusativum transire jubent. Causa in iis duplex cernitur:

1) Tres semper et e notione suâ continuâ accusativum flagitant: a) <sup>ان</sup> e primâ notione §. 488 descriptâ, quâ notat *en, ecce*, in rem praesentem monstrans, ut non possit non accusativus sequi. Similiter Hebraei semper <sup>הנה</sup> cum suffixo efferunt. — b) <sup>ان</sup> §. 485 cum notet *quod, ôvi*, enunciationibus subjunctis praepositum, totam suam enunciationem ita subjunctam facit, ut vis subjunctionis in primo nomine, subjecto scilicet, statim apertissima sit. Estque quasi dicas *volo hoc*, ut accusativum sequi debere videas. — c) <sup>لكن</sup> §. 483 cum ut gravissima particula adversativa vi summâ ad contrarium et oppositum oculos vertere jubeat, et ipsum nomen in accusativo sibi subjungit <sup>1)</sup>. — Videmus igitur, omnes

1) rarius accusativus e sensu sequitur, ut <sup>واكن انفسهم يظلمون</sup> *sed se ipsos laedunt*, accusativo ob vim praeposito Sur. 3, 117.

tres e notione et vi suâ rem commonstrare ideoque in id niti, ut nomen proximum sibi subjungant. Unde jam sequitur. vim hanc non exseri nisi si subjectum statim neque verbo neque alio praedicato intercedente sequatur. Neque inserere licet nisi voces secundarias, quae e lege libenter in

mediâ serie ponuntur (§. 670): post <sup>ان</sup> potest et <sup>ل</sup> accusa-

tivo praeponi ex §. 496. Ita: <sup>ان</sup> <sup>الله</sup> <sup>لغفور</sup> <sup>رحيم</sup> *en deus*

*certe est condonans, misericors*; <sup>ان</sup> <sup>لهم</sup> <sup>ذمة</sup> <sup>ورحما</sup> *en iis*

*est praesidium et misericordia*, <sup>نحن</sup> <sup>قري</sup> <sup>ان</sup> <sup>لنا</sup> <sup>فيه</sup> <sup>حقا</sup> *est praesidium et misericordia,*

*nos in eo nobis jus esse videmus*, <sup>ان</sup> <sup>فيها</sup> <sup>قوما</sup> <sup>جبارين</sup> *nos in eo nobis jus esse videmus,*

*sunt enim in eâ (urbe) homines fortissimi*, <sup>ان</sup> <sup>في</sup> <sup>خلف</sup> *sunt enim in eâ (urbe) homines fortissimi,*

*en in creando coelo terrâque vicibus noctis et diei sunt sane*

*signa (miracula) viris cordatis* Sur. 3, 191; <sup>لكن</sup> <sup>كثيرين</sup> *signa (miracula) viris cordatis*

<sup>بكذبون</sup> *at multi mentiuntur.* Ad adjectivum et substantivum simplex copulâ junctum vis particulae se extendit; sed ubi post longiorem seriem oratio per copulam pergit, nominativus restitui potest, ut Tab. p. 44, 1. 2. Nota vero, <sup>ما</sup> suffixum aequè ac subjectum §. 485 vim accusativi ita excipere, ut deinde nominativus sequi possit.

## 2) Reliqua ob novam notionem e nexu oriundam accu- 564

sativum adsciscunt: a) copula <sup>و</sup> cum e vetere linguae indole et ibi ponatur, ubi e sensu sequens substantivum minus va-

let quam prius, ut posterius subjungi et <sup>و</sup> per *cum* verti possit, accusativum in tali nexu sibi subjunctum habet, ut

أَسْكِنِ أَزْوَاجَكَ الْجَنَّةِ *habita tu cum uxore tuâ hortum.*

— b) *إِلَّا* nisi §. 489 si enunciationi ita cum substantivo subjungitur, ut praepositioni *praeter* aequet, accusativum necessario comitem habet, ut *سَجَدَ الْمَلَائِكَةَ كُلَّهُمْ إِلَّا* adorarunt omnes angeli praeter diabolum, qui noluit Sur. 15, 31. 39. 43, 65; rebellarunt omnes tribus *إِلَّا قُرَيْشًا وَثَقِيفًا* praeter Quraisch et Taqif Tab. p. 56, 6. 80, 2. 3. 182, pen. Sequuntur idem voces similis notiois. Sed uberius de totâ re inferius agi poterit.

565 II. Accusativus in arabismo frequentatur, si quid velimus vel innuamus abrupte solo nomine interjectionis ritu prolato indicamus. In compellendo quomodo ejus usus fiat, §. 349 sqq. jam expositum est. Frequentissime porro nomina accusativo pronunciantur, quae ullâ ex ratione interjectionis ritu ita dicta sunt, ut breviter integram enunciationem, quae animo subest, suppleant ideoque non possint non oblique pronunciarî, ut si quis imperanti rem respondet *سَمِعًا وَطَاعَةً* obsequium et obedientiam! i. e. totus obsequar; et roganti *لَا كِرَامَةً* minime ne operculum quidem! i. e. nihilum quidem, ex plenâ locutione *حَبَابًا وَكِرَامَةً* urceum et operculum! i. e. omnia, quaecunque rogor, dabo. Similiter *شَانِكُمْ* locum tuum! i. e. subsiste Tab. p. 70, 11. *نَفْسَكَ* per vitam tuam! p. 242, pen. Multae quoque sunt exclamandi formulae, quibus benedicitur vel mala imprecantur vel etiam laudes fundunt, ut *مَرْحَبًا وَسَهْلًا* vitam laetam et levem!

إِذَا لَقِيتُمُ الَّذِينَ كَفَرُوا قَضَبُوا لَهُمْ سِقْبًا لَهُمْ *irrigationem* i. e. salutem illi! *interitum tibi!* Sac. chr. 3. p. 65. Sur. 47, 9. Licetque in oratione concisiore vel abruptiore a quovis verbo infinitivum ita exclamationis instar adhibere, ut in sermone sedato ei verbum

finitum substituere possis <sup>1)</sup>, ut إِذَا لَقِيتُمُ الَّذِينَ كَفَرُوا قَضَبُوا لَهُمْ سِقْبًا لَهُمْ *irrigationem* i. e. salutem illi! *interitum tibi!* Sac. chr. 3. p. 65. Sur. 47, 9. Licetque in oratione concisiore vel abruptiore a quovis verbo infinitivum ita exclamationis instar adhibere, ut in sermone sedato ei verbum

فَتَضَعُ الْحَرْبُ الرِّقَابَ فَشُدُّوا الْوُثَاقَ فَمَا مِنْهَا بَعْدُ وَأَمَا — فِدَاءٌ حَتَّى تَضَعَ الْحَرْبُ الرِّقَابَ *cum obvios habetis infideles, tum percussione collorum!* (i. e. percutite colla) — *et ligate vincula* (ubi verbum finitum ipsum redit); *et sive gratiam postea sive redemptionem* velitis (haec enim notio nexui toti inest), nihil refert; modo pugnate strenue *donec bellum onera sua deponat* (i. e. finiatur) Sur. 47, 4. Idem apud poetas hic illic legitur, ut فَتَضَعُ الْحَرْبُ الرِّقَابَ *propera ergo, o Zuraik* (tribus), *ad rapienda armenta ut properant vulpes.*

Singularis usus est juncturae سُبْحَانَ اللَّهِ *laudem s. gloriam dei!* i. q. *laudatus sit deus!* رَبَّنَا مَا خَلَقْتَ هَذَا بَاطِلًا *domine, non creasti hoc frustra, o sancte* (i. e. absit hoc a te pro gloria tuà) Sur. 3, 192. Hoc nomen saepe cum solo suffixo post nomen dei vel pro eo venit, ut fere jam in nomen dei proprium transire incipiat, ut اللَّهُ سُبْحَانَ اللَّهِ *deus, qui laudetur!* قَوْلُهُ سُبْحَانَ اللَّهِ *vox ejus, qui laudetur!* i. e. dei; cf. similem usum verborum exclamando in-servientium §. 498. Cumque substantivum praeter hunc usum

1) quod in arabismo rarum, frequentissimum factum est in hebraismo, cf. gr. hebr. maj. p. 558 sqq.

non sit obvium, poeta vel brevius medio in sermone dicere

potest: *قَدِ قُلْتُ لَمَّا جَاءَنِي فَخْرُهُ سَبْكَانَ مِنْ عِلْقَمَةَ الْفَاخِرِ dixi,*  
*cum ad me delatus esset fastus ejus: laus deo ob 'Alka-*  
*mam fastuosum!*

567 Sunt vero etiam particulae duae interjectionis formam ferentes, quae cum notionem actionis animo conceptae dubiae et conditionibus subjectae introducant, integram enunciationem ut oblique prolatam sibi subjungunt. Itaque eadem prorsus

ratione construuntur quâ *أَنَّ* §. 563 descriptum e simili vi. Subjectum enim ante omnia attrahunt idque sibi in accusativo subjiciunt <sup>1)</sup>. Sunt autem hae: a) *لَيْتَ* §. 498, ut

*لَيْتَ زَيْدًا حَاضِرًا utinam Zaidum praesentem esse! i. e. utinam Z. praesens sit!* Cumque id nomen potius quam verbum sibi subjungat, haud raro infinitivus cum suffixo subnecti solet, ut *لَيْتَ شِعْرِي utinam scire meum! i. q. utinam scirem.* Ex vi autem hujus voculae maximâ factum est, ut nonnunquam vel post *مَا* suffixum accusativus subjecti sequatur, cum in reliquis hujus generis vocibus *مَا* vim accusativi in se trahat. — b) *لَعَلَّ*, pro quo *عَلَّ* brevius rarissime poetis inservit §. 491, quia notat *forsitan*, et haud raro cum enunciatione suâ priori timorem vel dubitationem exprimenti

1) Quod G'auhari notat, quosdam Arabes praedicatum quoque in accusativo efferre, ut apud poetam *لَيْتَ أَيَّامَ الصَّبَا رَوَّاجِعَ utinam dies euri redirent!* id apprime huc facit; rationi enim enunciationis logicae accusativus per totam enunciationem continuatus optime convenit. Si praedicatum in nominativo subjungitur, e sensu scilicet grammatico, vis locutionis prima jam dimi-

nui coepit.

subjungitur, ut مَا يُدْرِيكَ لَعَلَّ السَّاعَةَ قَرِيبٌ *quid te docet, an forte hora propinqua sit?*

III. Denique accusativus ut casus subjunctionis, sed 568 ejusdem laxioris quam si genitivo utaris, substantivis subjungitur, quae ob notionem statum constructum recusant. Fit id in nominibus *mensurae*, cum quo se extendat vel ad quam rem pertineat mensura nominata, laxius substantivo sequente notetur; neque enim, uti et recentiores linguae monstrant, interna per statum constr. conjunctio hęc necessaria est. Cumque simul post mensuram nominatam materiam, ad quam ea pertinere cogitanda sit, solam appellare sufficiat, substantivi accusativus semper in sg. et articulo haud praeditus sequitur. Ita مِلءُ الْأَرْضِ ذَهَبًا, رَطَلَانِ زَبْتًا *duo pondo olei, plenitudo terrae aurum* i. e. quantum auri terram implet Sur. 3, 90. Idem semper fit post numeralia ab 11 usque ad 99 et alia composita, quae per se statum constructum non ferunt §. 603. Nec non post particulas كَمٌّ et كَايٍ vel كَايِنٌ *quot? §. 493, ut كَمٌّ دِرْهَمًا quot dirhemi? كَمٌّ عَالِمًا مَاتُوا quot sapientes mortui sunt? Potest tamen id in distinctionem locutionem praepositionis ope transire, manente singulari: كَمٌّ مِنْ رَجُلٍ quot viri? كَايِنٌ مِنْ نَبِيٍّ quot prophetae? Sur. 3, 146. Et si ante كَمٌّ praepositio est, vis ejus in substantivum subjunctum extenditur, ut بِكُمْ رَجُلٍ in quot viris? Si vero كَمٌّ ab enunciatione praeposita pendet, ut cum vi interrogationis positio simul ejus solitaria tollatur, idem status constructi, qui e sensu optime fertur, juncturam subit, ut nomen sequens aut in sg. maneat aut e sensu in plurali suc-*



cedat; ut قَتَلْتُ (vel رَجُلًا) كَمِ رِجَالٍ لَا أَدْرِي نَسْأَلُ nescio quot viros trucidaveris?

### 3. De praepositionibus.

569 *Praepositionibus* omnes, quae nec genitivo seu statu constructo nec accusativo exprimi possunt, nominis subjuncti rationes notandae sunt. Hinc gravissimus aequae ac frequentissimus earum est usus. Accedit tamen aliud. Nam cum lingua tum omnes compositas voces tum verba praepositionibus composita ignoret, praepositiones multae, quae nostris in linguis cum verbis, quorum notionem definiunt, coalescere solent, in arabismo verbis apponi tantum possunt. Atque hic maximam rursus cernimus linguae volubilitatem et libertatem, cum brevitate loquendi haud raro summam conjunctam. Placetque jam de hac praepositionum cum verbis junctura pauca praefari.

570 Verba intransitiva praepositione omissa paulatim accusativum sibi subjungere posse, §. 540 sqq. dictum est. Sed contra etiam fieri potest, ut verbum aliquod per se transitivum paulatim absolute ponatur eoque ipso definitionem suam praepositionis ope adsciscat. Causae ejus praecipue duae adsunt. Nam primum lingua in multis jam ad laxiorem juncturam inclinatur; laxior autem eo ipso oritur, quod verbum, si omnino licet, absolute concipitur. Ita cum رَمَى *jacere* actionem dicat per se, si velis, absolutam, ut objectum proximum necessarium saltem non sit, saepe jam res, quae actio haec instituitur, laxius per بِ subjungitur, ut رَمَى حَجَرًا *jecit lapidem* et رَمَى بِحَجَرٍ *jecit lapide* (ut nos: mit einem Steine werfen). Facilius etiam id contingit, si verbum hujus generis ex usu vulgari objecti sensum jam includit, ut بَعَثَ

*mittere*, quia ex usu *legatum mittere*, *delegare* notat, semper cum ب rei, *quacum* legatus mittatur, jure construitur. Altera causa in novà, quam verbum hoc illud adsciscit, significatione translata sita est; ita enim verbum libenter novam inveniendi rationem dilucidiorē. Ita أَشَادٌ proprie *luto struxit*, si metaphorice notat *elevare rem*, absolute ponitur, ut أَشَادٌ بِذِكْرِهَا monumentum exstruxit famam suam i. e. famam suam extulit. Et وَضَعَ *deponere* si notat nobilem quendam *detrectare*, contemptum facere, praepositionem مِنْ assumit, quae notionem hanc *diminuendi laudem*, *detrectandi* apertius dicat.

Summa, quae in praepositionum usu valet, sermonis 571 brevis concisa in eo maxime conspicitur, quod verba per se motum non significantia cum praepositionibus movendi ita jungi possunt, ut movendi notio nova ex his toti enunciationi accedat. Ita قَامَ إِلَيْهِ *stetit in eum* i. e. surgens versus eum processit. Quae in re multa poetis praesertim audacius e recenti linguae fervore quodam dicuntur, ut دَعَا مَا يُرِيدُكَ mitte quae dubia tibi creant (te convertens) *ad ea quae non creant*.

Ceterum locutionem quandam vulgarem plures sequi possunt colore tantum diverso distinctae, re ipsa simillimae; ita cum جَسَدًا *jussit eum cum* ب rei dicere mos ferat continuus (§. 588), similiter أَشَارَ عَلَيْهِ *innuit ei*, i. e. nutu eum jussit, et تَقَدَّمَ إِلَيْهِ *praevertit se ad eum* i. e. praecepit, imperavit ei cum ب rei junguntur.

572 Constat vero praepositiones praeter كَيْ §. 481 sq. omnes primitus *loci* rationes varias denotare, transferri autem deinde posse ad *temporis*, *causae* aliasque notiones altiores. In his igitur praepositionum notionibus explicandis jam ita versabimur, ut a praepositionibus simplicibus incipientes ordine quodam justo totum ambitum perlustremus.

### I. Praepositiones simplices.

1. Ad notionem motus recedentis exprimendam arabicae linguae duae praepositiones inserviunt bene distinctae eodemque fere modo diversae quo latinae *ex* et *ab*; مِنْ est *ex*, عَنْ *ab*.

573 1) مِنْ, motum denotat *e* re seu *e* puncto certo procedentem, ut خَرَجَ مِنْ الْبَيْتِ *exiit e domo*. Ex hac primâ motus notione praepositio verbis jungitur *liberandi a* re vel personâ, *servandi*, *ulciscendi*; porro *abhorrendi*, *fastidendi*, *prohibendi a* re, *fugiendi*, *metuendi* similibusque. Nota dici: *hoc est e re v. personâ* i. q. *hoc pertinet ad rem v. personam*, ut لَسْتُ مِنْكَ *ad te non pertineo*. Porro praepositio ad tempus translata rem e puncto temporis quodam certo inchoari notat, ut مِنْ سَنَةِ أَرْبَعِينَ *inde ab anno quadragesimo*, مِنْ الْعَدِ *cras proprie e mane* i. e. a tempore matutino inde, ut saepe rem *statim inde a* puncti cuiusdam temporis termino inchoatam notet, ut أَقْبَلْنَا مِنَ اللَّيْلِ *accessimus inde a nocte* i. e. statim post noctis initium Tab. p. 72, 8. Not. Tom. XII. p. 399, 5. De *causâ*, unde res oriatur eodem jure dicitur, ut ذَكَرَ مِنْ نَبَأٍ جَاءَ نِي *hoc fit e nuncio* i. e. propter nun-

cium *qui mihi perlatus est*; sed plerumque et semper si de personis agitur, simplici praepositioni propter dilucidiorum sermonem compositum مِنْ أَجْلِ <sup>ع</sup> <sup>ن</sup> *e causâ* substituitur. Singularia vero hic tria praecipue notanda sunt:

مِنْ distantiam a centro ponit, ut *latus*, unde res cen- 574  
tro quasi immineat, describatur, ut *a dextrâ, a fronte*.  
Est tamen id in arabismo rarius servatum <sup>1)</sup>; restat inde  
مِنْ قَبْلِ <sup>د</sup> <sup>ن</sup> *antea*, quod nos similiter motum saltem simul ex-  
primentes *vorher* dicimus, et contra مِنْ بَعْدِ <sup>د</sup> <sup>ن</sup> *postea*, quae  
conjunctae vocolae praepositionis quoque vi poni possunt cf.  
§. 586; et quod verbis appropinquandi قَرَّبَ <sup>د</sup> <sup>ن</sup> دَنَا <sup>د</sup> <sup>ن</sup> praepositio  
haec jungi potest, ut قَرَّبَ الْجَيْشَ مِنْهُمْ <sup>د</sup> <sup>ن</sup> *prope ab iis erat*  
*exercitus*; quomodo differat دَنَا <sup>د</sup> <sup>ن</sup> اِلَى <sup>د</sup> <sup>ن</sup> *accessit rectâ ad me*,  
ut osculans, a دَنَا <sup>د</sup> <sup>ن</sup> مَنِّي <sup>د</sup> <sup>ن</sup> *prope a me constitit* ut audiens,  
apparet e Kos. chr. p. 56, 14. 57, 2. Similiter: *accessimus*  
*domum* مِنْ النَّعْبِ <sup>د</sup> <sup>ن</sup> *a foramine* i. e. per foramen Tab. p. 72, 9.

Duas inter res sibi oppositas, sed inter se comparatas 575  
tamen, insertum مِنْ distantiam prioris ab alterâ seu quantum  
sit inter utramque discrimen, notare potest. Ita اَللَّهُ يَعْزِمُ <sup>د</sup> <sup>ن</sup> <sup>د</sup> <sup>ن</sup>  
مِنْ الْمُنَافِقِ <sup>د</sup> <sup>ن</sup> اَلْمُنَافِقِ <sup>د</sup> <sup>ن</sup> *deus novit impium a pio* i. e. discernit  
illum ab hoc, novit, quantum ille ab hoc distet. Aliud  
مِنْ نُوْحٍ <sup>د</sup> <sup>ن</sup> وَطَوَّلَ عَمْرَهُ <sup>د</sup> <sup>ن</sup> اَيْنَ اَنْتَ <sup>د</sup> <sup>ن</sup> مِنْ نُوْحٍ <sup>د</sup> <sup>ن</sup> *ubi es tu a Noacho* i. e. quan-

1) id saepius in hebraismo fit, cf. gr. hebr.

tum distas ab eo, quanto minor es Noacho *et vitae ejus spatio?* Talia rara sunt. Sed deductus inde est perpetuus praepositionis usus ad *comparativum* significandum; distantiam enim, quâ animus rem hanc cum illâ comparatam recedere putat, notans, facile jam *potius quam* significat. Et praepositioni quidem soli jam comparandi vim inesse, ut adjectivum in positivo dici possit, lingua hebraea monstrat. Arabica tamen cum elativi formam peculiarem adeptâ sit, eâ formâ praedicati loco ideoque plerumque sine articulo positâ

utitur ut per se dilucidiori, ut <sup>أنت</sup> <sup>أفضل</sup> <sup>مني</sup> *tu es praestantior quam ego.* Si vero non subjecta enunciationis duo inter sese comparantur, sed res duae secundariae seu enunciationibus subjectae, post <sup>من</sup>, quia praepositionis vim tuens solitarie poni nequit, necessario subjectum in suffixo repetendum est, id quod in latino *quam* secus se habet, ut

<sup>أنا</sup> <sup>منكم</sup> <sup>علي</sup> <sup>العرب</sup> <sup>أخوف</sup> <sup>مني</sup> *ii ad abnegationem propiores*

*sunt quam ad fidem* Sur 3, 168, <sup>أنا</sup> <sup>منكم</sup> <sup>علي</sup> <sup>العرب</sup> <sup>أخوف</sup> <sup>مني</sup>

<sup>أنا</sup> <sup>منكم</sup> <sup>عليكم</sup> *ego a vobis Arabibus plus timeo quam*

*ab Arabibus vobis* Tab. p. 108, antep. cf. p. 168, 4. Reputa enim jure dici posse fusius: *ego a vobis plus timeo — quam ego (timeo) ab Arabibus.* Ubi tamen comparativum <sup>من</sup> non ad subjectum redit, brevior locutio sufficit, ut

<sup>صام</sup> <sup>يقاتلهم</sup> <sup>بالعصا</sup> <sup>أقوي</sup> <sup>من</sup> <sup>السلاح</sup> *oppugnabat eos fusti fortius quam armis* Koseg. chr. p. 87, pen.

576 <sup>من</sup> *indicat porro, unde res facta vel composita cogi-*

*tanda sit, ut* <sup>الإنسان</sup> <sup>مركب</sup> <sup>من</sup> <sup>نفس</sup> <sup>وجسد</sup> *homo compos-*

*itus est ex animo et corpore,* <sup>خلقكم</sup> <sup>الله</sup> <sup>من</sup> <sup>نفس</sup> <sup>واحدة</sup>

creavit vos deus ex una anima. Hinc saepissime notat partem rei quae intelligenda sit incertam, sive subjectum sive objectum proprie locum teneat; nam aliter inserta nomina ob sensus perspicuitatem non praepositionem, sed potius بعض substantivum (§. 517 unice <sup>1)</sup>) hoc sensu ferunt, ut

منهم للمؤمنون ex iis aliqui sunt Moslemi, منهم للمؤمنون

ex iis profecto sunt qui credunt (aliqui) Sur. 3, 110,

أخذ من الدنانير cepit ex denariis i. e. denarios aliquot,

قد أراكم من آياته jam vobis monstravit e signis suis multa.

Rarius من plurali per se jam indefinito, quo gravior indefi-

niti notio fiat, praeponitur, ut من جبال فيها ينزل من السماء

demittet a coelo montes, in quibus grandinis sat

Sur. 24, 44. Potest etiam singularis indefinitus sequi, ut

participium قمن قائل et est qui dicat Abulf. ann. ant. p.

192, 7. 8. Hic من per se jam indefiniti notionem plenam tenet, participium vero e §. 639 cum eo et copulà solum in enunciatione stare potest.

Post negativum ما vero e lege من nomini indefinito sub- 577  
jecti vel objecti loco posito praemittitur, quo fortius ne ul-  
lum quidem intelligi posse dicatur; facileque sentimus, vim  
talem post negationem aptiorem esse, simulque haec em-  
phasis negationi ما e primà suà interrogandi notione bene  
convenit. Ita ما لهم من ناصرين non iis sunt ulli adjuto-

1) nota hic locutionem diductiorem et seriorem simul يوم من بعض

من الأيام dies ullus ex diebus Koseg. chr. p. 84, 11.

*res* Sur. 3, 22. 55. 91. ما كَلِمٌ مِّنَ الْآلِهَةِ غَيْرُهُ *non vobis ullus*  
*deus praeter eum*, مَا جَاءَنِي مِّن رَّجُلٍ *non venit ad me ul-*  
*lus vir*, مَا يَهُيمُ مِّن رَّجُلَيْنِ أَكْرَمَهُمَا اللَّهُ *non sunt in iis*  
*duo viri quos honoravit deus*, مَا أَهْلَكْنَا مِّن قَرْيَةٍ إِلَّا وَلَهَا *non perdidimus ullam urbem nisi cui erat*  
*scriptura nota* Sur. 15, 5. Idem fit simili ex ratione post  
interrogativum fortius هَلْ مِّن مَّالَةٍ عَلَيْهِ *estne*  
*tibi auxilii quid contra eum?* Tab. p. 60, 12. هَلْ تَحْسَبُ *estne*  
*percipisne ex iis ullum?* p. 44, 16. هَلْ لَنَا مِّنَ الْأَمْرِ مِّن شَيْءٍ *estne nobis rei illius ulla pars?*  
Sur. 3, 155, pro quo deinde statim هَلْ مِّن شَيْءٍ *estne nobis rei illius pars.* Ap-  
paretque ex his, locutionem hanc aequo jure ad omnia  
transferri vocabula indefinita, ad أَحَدٍ *unus* adeo et similia.

578 Sed aliâ ratione مِّن ita partem describere potest, ut si  
a toto vel generali *ad singula* et *peculiaris* unde illud  
constare cogitandum sit, transitur, jam haec singula an-  
nectat. Hic est peculiaris linguae hujus mos. Saepissime id  
fit post مَا *quod* et *quicquid*, quod aegre genitivo praeponi-  
tur (§. 523), ut مَا ذَهَبَ مِّنَ الْمَالِ *quod erogatum est pe-*  
*cuniae*, مَا تَنْفَعُوا مِّن خَيْرٍ يُّوفَىٰ بِكُم *quodcunque boni* (hoc  
enim indefinito خَيْرٍ *inest*) *erogatis, vobis compensabitur,*

ما تَنْغِقُوا مِنْ شَيْءٍ فَإِنَّ اللَّهَ بِهِ عَلِيمٌ *quidquid* (pr. quodcunque rei) erogatis, *deus certe de eo scit* Sur. 3, 92; indefinita locutio hic aptissima plerumque est, ut مَا آتَيْنَاكُمْ مِنْ كِتَابٍ لَمَّا آتَيْنَاكُمْ مِنْ كِتَابٍ *en quod vobis attuli libri i. e. qualem librum et sapientiam* 80. 42, 15. Deinde latius hic usus proserpit, ut نَدِمَ عَلَيَّ مَا كَانَتْ مِنْهُ مِنْ قَصْدٍ قَتَلَهُ *poenituit eum, quod ejus fuerat, consilii interficiendi eum, ubi قصد من nil vides nisi explicationem leviter annexam continere; لَمَّا كَانَتْ مِنْ خَالِدٍ مَا كَانَتْ مِنْ قَتْلِ زُهَيْرٍ dictum est, haberent, scilicet quod attinet ad Zohairi caedem. Ceterum ما etiam in enunciatione altera sequi potest ut Tab. p. 196, 18. Abulf. ann. ant. p. 150, 11. Porro vero etiam omnia substantiva ita fusius per singula explicari vel ad singulum quid restringi possunt, ut أَكْحَابُ رَسُولِ اللَّهِ *socii legati dei tam Profugi quam Adjutores, لَا أَضِيعُ عَمَلِ عَامِلٍ مِنْكُمْ مِنْ ذَكَرٍ أَوْ أُنْثَى* non pessumdabo opus ullius vestrum, sive maris sive feminae Sur. 3, 196. 40, 14.; imo vel هَايِبِلَ وَقَابِئِلَ *uterque et أَخِي وَأَنَا هَوْلَاءُ مِنَ الْأَنْصَارِ* *Abel et Kain* Abulf. ann. ant. p. 12, ult. سَارِسِبْرَةَ أَبِيهِ مِنْ قَعِ الْأَعْدَاءِ *hi nostri fratres, Adjutores* Tab. p. 10. *secutus est exemplum patris debellando hostes et terrarum cultu augendo* Abulf. ann. ant. p. 86, 4. 5. 17.*



Maxime mirum id, si nomina plurium rerum, quibus totum continetur, de industriâ simul indefinite prolata sunt, ut

خَلَقَ اللهُ فِي كُلِّ وَاحِدٍ مِنْ سِتَّةِ الْإِبْرَامِ نَوْعًا مِنَ الْخَلْقَةِ مِنْ سَمَاءٍ  
 وَتَرَابٍ وَبِشْرٍ وَحَيَوَانٍ وَانْسٍ  
*creavit deus uno quoque sex*

*dierum partem creaturae, scilicet coelum, terram, aquam, plantas, animalia, homines* p. 152, 10. schol. ad Taraf. M. ed. Vull. p. 66. In libris paulo serioribus frequentior tamen omnino videtur praepositionis hoc in sensu usus.

579 2) عَنْ in primâ lateris notione rarissime apud poetas superstes est, nec tamen nisi alii praepositioni ex §. 596

subiunctum, ut فَلَقَدْ أَرَانِي لِلرَّمَاحِ دَرِيَّةً مِنْ عَنِّي بِمِثْقَالِ ذَرَّةٍ وَأَمَامِي

*Et sane video me hastis propugnaculum, a latere dex-*

*trae meae mox et mox coram me* Ham. p. 60. et عَلِيٌّ عَنِ

بِجَانِبِي مَرَّتِ الطَّيْرُ سَنَكًا  
*ad latus dextrae meae praeterie-*  
*runt volucres ut bonum auspiciam* Kam. p. 1783. Sed e

lege latino *ab* ita respondet, ut motum a latere rei procedentem notet. Igitur de *recedendo, se avertendo* bene di-

citur, ut سَافِرٌ عَنِ الْبَلَدِ *proficiscere ab urbe*. Hinc perpetuus ejus usus de *traditionibus ab* aliquo derivatis locu-

tione brevi, qualis رَوَاهُ عَنِ أَبِيهِ *tradidit id ut descendens*

*a patre suo* etc. Similiter de verbis et argumentis, a quorum auctoritate aliquid faciendum dependeat, ut latino *secundum*

respondeat, ut لَا نَفْعُ لَنَا مِنْ هَذَا عَنْ قَوْلِكَ *non faciemus hoc e*

*voce tuâ* i. e. *secundum jussum tuum*, لِيَهْلِكَ مِنْ هَكَذَا عَنِ

<sup>بينة</sup> *ut quicumque pereat, secundum perspicuum (argumentum) pereat.* Raro hinc poetis ad *tempus* translatum notat idem fere quod in prosâ <sup>بعد</sup> *post.* Sed aliâ ratione <sup>عن</sup> e primâ suâ notione verbis *detegendi, aperiendi, nunciandi* jungi amat, utpote quae velamen quasi *a* re averti significant, ut <sup>كشف الشئ عنه</sup> *detexit ei malum,* <sup>أخبر عن السر</sup> *nunciavit de secreto;* porro *interrogandi et respondendi* de re, ut <sup>هذا سؤال سيد رسول الله عنه</sup> *haec est quaestio, de quâ Dei legatus interrogatus respondit.* Cumque praepositio haec rem *mitti* seu *negligi* notare possit, verbis *negligendi, ut* <sup>غفل</sup> *, praetervidendi, لهي* *obliviscendi* similibusque e lege jungitur, uti et *contentum se monstrandi satisfaciendique, ut* <sup>رضي</sup> *, أغني* cum adject. <sup>غني</sup> *, suffiendi* seu *substituendi se* ut <sup>جزى</sup> *et rependendi* <sup>جانزي</sup> *Ibn Khac. ed. Weyers p. 33 penult., quia hic semper una res prae alterâ majori recedit vel mittitur. Ponitur* <sup>عن</sup> *et alibi, ubi aversionis notio propinqua est, ut* <sup>شغل عن</sup> *exercere aliquem* <sup>عاجز عن</sup> *ut aliam rem mittat, se avertat ab eâ,* <sup>هدم القرية</sup> *infirmior erat quam ut oppidum dirueret, estque hic nonnunquam brevilocquentia summa, sed e more recepta, ut* <sup>بخل عن نفسه</sup> *avarus est ut se ipsum negligat,* <sup>أحببت حب الخير عن ذكر أبي</sup> *amore bonorum (fortunae) ita ducor, ut domini mei memor non sim,* <sup>أفضلت عني</sup> *potior*

*tu es me.* Nota etiam locutionem frequentem مات عن اولاد <sup>مات عن اولاد</sup> *mortuus est a liberis* i. e. relinquens liberos, vel مات عن <sup>مات عن</sup> *mortuus est 40 annos natus.* Contra vero عن <sup>عن</sup> post verba *pugnandi* ut جادل <sup>جادل</sup> nostrum *pro* exprimit, scilicet pugnando hostem defendere ab amico.

In plurimis عن <sup>عن</sup> a من <sup>من</sup> satis differre, ut neutrum alteri substitui possit, ex his apparet. Sed in quibusdam notio utriusque fere eodem collineat, ut usus nonnunquam ambiguus sit. Ita عن <sup>عن</sup> post ابن <sup>ابن</sup> idem notare potest, quod supra de من <sup>من</sup> annotavimus; et quanquam verba اغني <sup>اغني</sup>, رضي <sup>رضي</sup> e lege cum عن <sup>عن</sup> ponuntur, raro tamen iis من <sup>من</sup> quoque antiquius subjicitur, cf. فويل <sup>فويل</sup> للقاسية <sup>للقاسية</sup> قلوبهم <sup>قلوبهم</sup> من <sup>من</sup> ذكر <sup>ذكر</sup> الله <sup>الله</sup> *vaeh ergo iis quorum corda duriora sunt quin dei memores sint, ubi عن <sup>عن</sup> exspectabas.* Contra *permutandi, rependendi* verbis عن <sup>عن</sup> جزى <sup>جزى</sup>, بدل <sup>بدل</sup>, عوض <sup>عوض</sup> e lege من <sup>من</sup> subest.

580 2. Notioni motus *ad locum* plures inserviunt praepositiones: الي <sup>الي</sup> *ad*, προς <sup>προς</sup>, ل <sup>ل</sup> inde decurtatum saepiusque multo usitatum, حتى <sup>حتى</sup> gr. εως <sup>εως</sup>, نحو <sup>نحو</sup> est *versus*.

1) الي <sup>الي</sup> motum notat *ad locum*, seu *versus* eum, ut الي <sup>الي</sup> جاء <sup>جاء</sup> *venit ad me*, الي <sup>الي</sup> المدينة <sup>المدينة</sup> جاء <sup>جاء</sup> *venit ad urbem*, componunturque semper من <sup>من</sup> — الي <sup>الي</sup> *ab — usque ad*; الي <sup>الي</sup> آخرة <sup>آخرة</sup> *usque ad ultimum (finem) ejus.* Idem ad tempus nonnunquam transfertur futurum, ut ليجمع <sup>ليجمع</sup> عنكم <sup>عنكم</sup> الي <sup>الي</sup> يوم <sup>يوم</sup> القيامة <sup>القيامة</sup> *certe col-*

*liget vos in diem resurrectionis!* Porro notare potest rem ad aliam accedentem ut *cumulum*, *augmentum*, ut nobis saepe per *und cum* verti possit; jungiturque propterea cum *اد* *addere*. Transfertur etiam ad *animi* inclinationem, semperque pro simplice dativo v. c. *لي* *mihi* significantius dicitur *أحب اليّ* *carior mihi*, *أشهي اليّ* *exoptatior mihi*, unde contrarium quoque *أبغض اليّ* *exosior mihi* Tab. p. 60, 14.

Nota interjectionem *إليك* *ad te!* i. e. tuas res cura, et dilucidius *إليك عني* *ad te a me!* i. e. tuas res cura, me misum faciens.

2) *حتى* de quo v. §. 473, ab hoc *اليّ* eo differt, quod 581 rem, ad quam usque motus venit, *tangi* et *includi* notat, *اليّ* contra non diserte hoc dicit, unde in nonnullis locutionibus satis grave efficitur discrimen. Liberior autem est vocis hujus usus: nam non tantum praepositionis loco est et conjunctionis (§. 627), sed etiam adverbii instar inseri potest notans *adeo*, ut *جاء القوم حتى المشاة* *venit populus, pedites adeo*, *أكلت السمكة حتى رأسها* *comedi piscem, adeoque caput ejus*, ubi *إليّ رأسها* notaret: *ad caput ejus usque*, capite scilicet excluso; *استوحش من غير الله حتى من نفسه* *abhorruit ab omnibus praeter deum, vel adeo a se ipso*.

3) *إلى* ab *اليّ*, cui ex etymo cognatum est, usu ita sem- 582 per differt, ut *ad* notet sensu, ut ita dicam, magis ideali.

Nam actionis in remotiorem aliquem transitum ita exprimit, ut idem prorsus denotet, quod nos *dativo* casu dicimus; eaque notio in arabismo quam in hebraismo constantior facta est. Hinc praepositio ۞ juncturam nominum externam quidem, sed proximam praebet quae post statum constructum

et accusativum obtineat. Ita <sup>لَهُ</sup> <sup>وَهَبَ</sup> <sup>لِي</sup> *dedit ei*, <sup>لِي</sup> <sup>قَالَ</sup> *dixit*

*mihi*, <sup>مَا لِي</sup> <sup>أَب</sup> *non est mihi pater*, <sup>نَحْنُ</sup> <sup>لِلَّهِ</sup> *nos sumus deo*,

ubi Latini potius *dei* dicunt (cf. §. 598), <sup>لِلَّهِ</sup> <sup>الْحَمْدُ</sup> *laus sit*

*deo!* E primâ notione manat et hoc, ut dicat, *cui* aliquid inserviat, vel *ad* quid adhibeatur, nec non *finem* actionis notare potest infinitivis aliisve substantivis abstractis praepositum, ut <sup>لِمُعَاوَنَتِهِ</sup> <sup>قَامَ</sup> *surrexit ad auxilium ei ferendum.*

Verbis *dicendi* subjectum ۞ rem quoque, ad quam oratio pertineat s. *de* quâ agatur, notare potest; sed e lege in arabismo id per ۞ §. 588 exprimitur. Similiter *res*, *ad* quam actio fiat, seu ad cujus adventum actio fiat, per ۞ breviter indicari potest, id quod Latini praepositione *ob* dicunt, ut <sup>لِقَوْلِهِ</sup> <sup>عَجِبْتُ</sup> *stupui ob ejus dictum.*

Nota locutiones breves, qualis est <sup>هَذَا</sup> <sup>تَفَعَّلَ</sup> <sup>هَذَا</sup> <sup>فِي</sup> <sup>أَنْ</sup> <sup>تَفَعَّلَ</sup> <sup>هَذَا</sup> *estne tibi de eo i. e. consiliumne tibi et voluntas est, s. placetne ut facias hoc?* ubi vis sermonis in juncturâ totâ versatur, in <sup>هَذَا</sup> <sup>كَلِمَةٍ</sup> scilicet cum <sup>فِي</sup> <sup>أَنْ</sup> et subjunctivo composito.

De ۞ in *acclamatione* post ۞ dicto cf. §. 496.

- 583 3. Praepositio *quietem in loco* indicans est ۞. Potest quidem haec ut reliquae per se motum non notantes cum verbis movendi poni, sed ita ut notio earum integra maneat.

Hoc ب quanquam latissimi usus est, non ubique tamen bene adhibetur: nam eodem fere modo quo ل a cognato الي differre vidimus, ب ideali potius usui ita servatum est, ut secretum inde في sensum magis physicum teneat. Igitur

1) sensu proprie locali et temporali ب raro legitur, quanquam exempla hujus usus non prorsus desunt, ut نصركم نصركم  
 الله الله بـb  
 adjuvit vos deus in oppido Bedr. Sed superstes inde est usus, in quo ب sensu magis ideali dicitur. Cum enim ب e notione suâ primâ dicere possit, in quo res quaedam constet, saepissime ب praedicato ita adjicitur, ut in quo contineatur, dilucide non minus quam breviter monstret, ut post verbum يعرف امرؤ القيس الثاني بالخرق notus est Umrulkais secundus ut seu nomine Muharrik Abulf. ann. ant. p. 122, antep.; similiter اصغفكم بالبني elegit vos ut filios Sur. 43, 16. Deinde etiam ubi praedicatum nomine statim sive substantivo sive adjectivo continetur, ب ei hoc ipso fine accedere potest, ut praedicati subnexi ratio eo dilucidior sit; sed rarissime nec nisi e colore poetico hoc fit, si praedicatum simplici subjecto accedit, ut يا بني أنت وأمي formula mortuum lugendi sollemnis, Tab. p. 4, 5 etc. Koseg. chr. p. 140, 3; facilius in longiori sermone, ut اولم يروا ان الله... يقادري علي ان يحيي nonne ergo viderunt deum — ita potentem esse, ut resuscitet mortuos Sur. 46, 33. Sed frequentissime id fit post negativum cum subjecto positum, ut saepius post negativum sermonis formam exactiorem et diductiorem fieri notatur. Ita ليس هم بعبيدك وانما هم احرار non sunt illi

*servi tui, sed liberi sunt*, ubi opposita simul cernere licet, *لَسْتُ بِعَالِمٍ* *nescius sum*, *مَا هُمْ بِمُؤْمِنِينَ* *non sunt Credentes*. Similiter supra §. 554. post negativa ما et y praedicatum in accusativo subjungi vidimus; quod enim accusativi subjunctio sibi vult, idem praepositio apertius effatur. Notandum tamen, usum praepositionis multo esse frequentiorum quam accusativi. — Ceterum simili ex origine poeta dicit: ..... *لَيْتَ لِي بِهِمْ قَوْمًا إِذَا رَكِبُوا* *utinam in iis haberem populum, qui cum etc.* i. e. *utinam ii mihi essent populus qui ...* (ut nos dicimus *hätte ich an ihnen*) Ham. p. 8.

- 584 2) Potest vero notio localis ita amplificari, ut ب rem alteri proxime imminentem, eique quasi inhaerentem notet. Quà quidem ex origine plurimae manant significationes novae et frequentissimae. Dupliciter in universum notio haec concipi potest. *Primum* ita, ut res aliam proxime tangere, eique quasi adhaerere putetur (ubi nos dicimus *an pro in*). Hinc construitur cum verbis *adhaerendi, jungendi*, ut *عَلَّقَ*, *لَصِقَ*, porro *أَخَذَ* *capere* et *بِ* *أَخَذَ* *incipere*; *credendi et confugiendi*, ut *عُدْتُ بِرَبِّي* *confugio ad dominum meum; praetereundi*, si proxime praetereundo res tangitur, ut *مَرَّ بِرَبِّي* *praeteriit proxime ad me*, *حَازِيَ* *e regione fuit i. q. incurrit in aliquem, invenit* Tab. p. 226, 20. Haud absimiliter *جَلَسَ بِهِ* *consedit ad eum proxime*. — Eodem refer usum praepositionis in jurejurando, ut *أَقْسَمْتُ بِاللَّهِ* *juro per deum!* *بِرَأْسِكَ* *per caput tuum!* Jurans enim mente suà

rei, quam advocat, praesens quasi interest, ad eamque totum se convertit, cf. gr. *πρός*, germ. *bey* 1).

Deinde ب rem describere potest, quae aliam *comitatur*, 585 ut ei intime juncta esse et necessario inhaerere videatur. Poni igitur nequit nisi de re secundaria aliam potio-

comitante eique inserviente; ita enim a مَعَ *cum* §. 589 satis diversum est. Nec melius ب hoc sensu praeditum comparatur quam cum comitativo vel instrumentali casu linguae sanscritae, et ablativo latinae, quatenus huic respondet. Estque hinc latissimus praepositionis hujus usus. Nam a)

ب comitatum physicum exprimit, ut سَارَ بِأَهْلِهِ *profectus est*

*cum populo suo*, eo cinctus, اشْتَرَى الْحَمَارَ بِالْجَامَةِ *emit asi-*

*num cum freno suo*. Eodem collineat اِكتَفَى بَ *contentum*

*esse re* (ut nos: sich begnügen *an, mit*), et impersonali-

ter dictum اِكتَفَى بِاللَّهِ شَهِيدًا *(genug an Gott als Zeugen i. e.)*

*sufficit deus ut testis*. Hic ante omnia notandum est,

multa verba intransitiva vel consulto sine objecto posita, quae *motum* significant, cum ب ita poni, ut res describatur,

*quacum* quis se moveat, seu quam moveat et agitet. Sunt haec linguae simplicioris vestigia in arabismo lege sanc-

ita inque deliciis linguae habita. Ita ذَهَبَ بِ *abire cum*

*re* i. q. auferre, absportare rem, وِجَاءَ بِ *venire cum re*

i. q. *afferre* rem, قَامَ بِ *surgere cum re* i. q. ele-

vare, portare, sustinere rem, ut بِأَلْحَتِ قَامَ *sustinuit veri-*

1) cf. Zamakshari in Sacyi anth. p. 100 sq.



nuit veritatem, *سَمَّا بِهِ* effert eum Ham. p. 50. Similia sunt: *بَعَثَ إِلَيَّ بِهِمْ* misit ad me cum iis i. e. mitti ad me eos jussit, et alià ratione *بَعَثَ بِالْمَالِ مَعَهُمْ* misit cum argento i. e. argentum mitti jussit *cum iis* ut legatis Tab. p. 208, 5. *نَزَلَ بِي* lapsavit mecum i. e. labi me fecit, projecit me, in versu ap. Ibn Khac. ed. Wey. p. 28, 5. Talia grammatici vulgo breviter ita explicant, ut *ب* inservire dicant *لِلتَّعْدِيَةِ* ad verbum transitivum faciendum. Sed agnoscenda est linguae indoles. Et ne verbum simplex tantum seu stirpem I. hac praepositione stirpis transitivae IV. vim nancisci putes, confer locutionem ejusdem generis hanc: *أَصْبَحَ اللَّهُ بِالصَّبَاحِ* mane venit deus cum die matutino i. e. illucescere fecit deus diem Koseg. chr. p. 79, 11. <sup>1)</sup> In multis hic linguae videas volubilitatem insignem. Nam cum activa brevius accusativum sibi subjungere possint, lingua tamen frequenter verbum ejusmodi, quod ullo modo sensum jam per se perfectum suppeditat, absolute ponere nexumque vocum luxare didicit: ita *بَعَثَ* mittere quanquam accusativum adsciscere potest et saepe adsciscit, [tamen cum sensu *legandi*, *legatum mittendi* frequentatum sit, saepissime absolute positum per *ب* necti coepit.

586 Similis junctura est, si post *أَذَا* en ad rem de improvviso allatam animum vocans res per *ب* introducitur; notat enim

---

1) cf. *تَنْبَيْتٌ بِالدَّهْنِ* profert oleum Sur. 23, 21 et lites grammaticorum arabum de hoc loco agitas in Sacyi anth. p. 28. 29.

hoc proprie: *en* ille erat *cum* hac re novà i. e. illi haec res de repente obvenit, apparuit. Poniturque post اذا ex origine nominativus quidam, ut *dum* <sup>اِذَا هُوَ بِرَهْجٍ</sup> *dum proficiscebatur, en erat ipse cum pulvere* i. e. *en* pulvis ei apparuit Koseg. chr. p. 103, 2; <sup>اَنْطَلَقَا نَحْوَ الْجَبَلِ نَاذَا فَمَا</sup> *contenderunt in montem et ecce! solium inveniebant* Abulf. 'ann. ant. p. 32, antep. Tab. p. 100, antep. cll. p. 62, 14. Sed satis frequenter nominativus ejusmodi, cum sensus ejus e contextu sequatur, omittitur, ut <sup>اَلتَّقْتُوا فَاِذَا بِرَجُلٍ</sup> *convertentes se en! hominem prostratum inveniebant.* Optime confertur locutio contracta: <sup>كَانَتْكُ بِهِمْ</sup> *quasi sis cum eo (an ihm) i. e. videris eos assequi seu conspiciere posse* Abulf. Ann. M. 'T. 1. p. 182 adnot.

Alia hic animadvertenda est constructio singularis. Si post temporis definitionem generalem exactior numeri denotatio sequitur, ea per ب brevissime eodem modo explicatur, quo Latini hic ablativo uti possunt; e. c. <sup>كَانَ وَقْتُ طِهْوُ خَارِسَ</sup> *aetas Timocharis aetatem Ptolemaei 420 annis superat* Abulf. ann. ant. p. 154, 4 a f. cf. p. 26, 12. 28, 11. 56, 20. 160, 21. <sup>مَاتَ بَعْدَ</sup> *mortuus est paulo post prophetam* Tab. p. 182, 6. cf. p. 76, 7. <sup>بِأَيَّامٍ بِيْشَهْرَيْنِ وَأَيَّامٍ</sup> *advenit paulo post haec, mensibus duobus et diebus paucis interjectis* p. 88, 3. <sup>كَتَبَ إِلَيْهِ قَبْلَ أَنْ يُوَجِّهَ خَالِدًا بِأَيَّامٍ</sup>

*scripsit ad eum paucis diebus ante quam Chaledum dimitteret* p. 148, 10. Cf. §. 508.

Eodem denique refer <sup>بِ</sup> *sine*, propr. *non cum*, quà in voce duae notiones in unam integram coaluerunt, praeposità simul praepositione. Hinc non minus quam simplex <sup>بِ</sup> genitivum sibi subjungit. Ceterum non nisi indefinitum nomen sequi potest.

587 b) De instrumento quovis actionem comitante <sup>بِ</sup> semper

adhibetur, ut <sup>بِ</sup> *سَاعَسِلْ عَنِّي الْعَارِ*, *jecit eum lapide*, <sup>بِ</sup> *رَمَاهُ بِحِجْرٍ*, *abstergam a me dedecus ense!* et alia innumera.

Infinitivis idem jungitur, ut <sup>بِ</sup> *ظَلَمْتُمْ أَنْفُسَكُمْ بِاتِّخَاذِكُمُ الْعِجَلِ*, *in vosmet ipsos peccastis eo quod vitulam elegistis*. Idem rarius ad personam transferri potest, modo ea instrumenti instar habeatur.

Derivatus autem inde est usus peculiaris praepositionis <sup>بِ</sup> de pretio dictae. Proprie et hoc sensu instrumenti est, cum pretio dato rem acquiramus; hinc componitur verbis

*emendi, rependendi, substituendi*, ut <sup>بِ</sup> *عَوَضَ، جَزِي، وَاشْتَرِي*.

Eodem e fonte interpretandum <sup>بِ</sup> *pro eo quod = quia*, ut

<sup>بِ</sup> *لَهُمْ عَذَابٌ أَلِيمٌ بِمَا كَانُوا يَكْذِبُونَ*, *iis est poena doloris plena, quia mentiebantur*. Atque similia multa reperiuntur, ut

<sup>بِ</sup> *لَا يُقْتَلَنَّ بِي إِلَّا قَاتِلِي*, *vita pro vità!* <sup>بِ</sup> *لَا يُقْتَلَنَّ بِي إِلَّا قَاتِلِي* *ne interficiatur propter me nisi qui me interfecit* Henz. fr. p. 98, 2. 5. 8.

Haec potiora sunt praepositionis hujus frequentissimae usus genera. Alia ex his et iis quae sequuntur facile judicari poterunt.

في quietem *in* spatio vel tempore notat, ut في الدار<sup>588</sup> *in* domo, في السنة<sup>588</sup> *in* anno. Facile etiam intelliguntur enunciationes hujusmodi: في الغبن<sup>588</sup> في سائر<sup>588</sup> *profectus est in* i. e. *cin-*  
*ctus seu cum duobus millibus.* Transfertur autem saepissime ad animum, ut *qua in re* animus cogitabundus versetur, breviter indicet, id quod nos aliâ ratione ope prae-positionis *de* exprimimus, ut في تفكر<sup>588</sup> *meditari de*; unde في peculiarem usum tenet in argumento libri vel capitis cujusdam indicando, ut nostrum *de*; eodem refer في لام<sup>588</sup> *reprehendit de.* — Rarius ب simili usu servatum est, ut nunquam سأل<sup>588</sup> *interrogare cum ب* construitur; semper tamen dicitur أمر به<sup>588</sup> *imperavit de eo*; ظن<sup>588</sup> *cogitavit aequè cum ب* quam cum في struitur.

Quatenus في cum ب cognatum rem alii inhaerentem scu ad eam proxime accedentem notare potest, singulari usu de *proportione* dicitur, quâ res haec cum illâ confertur, ut ما متاع الدنيا في الآخرة إلا قليل<sup>588</sup> *non est fructus hujus vitae collatus cum vitâ futurâ nisi parvus*; hinc sensu tecnico, طول<sup>588</sup> خمسة ذراعاً في اثني عشر ذراعاً عرضاً<sup>588</sup> *longitudo ejus est 50 ulnarum ad 12 ulnas latitudinis.* Alio sensu dicitur ثلاثة في خمسة<sup>588</sup> *tres (multiplicandi) per quinque.*

مع<sup>589</sup> *cum* notat personam vel rem sui juris aliam parem 589 comitantem, quâ notione a similibus praepositionibus satis

differt, ut سار معي *profectus est mecum*. Singularem vim nanciscitur, si rem, quae vere adsit, cum alià conferens hanc vel juxta illam et *non obstante illà* stare affirmat, ubi nobis circumscribendo notio exprimenda est, ut قتل مع شجاعته *interfectus est non obstante virtute ejus bellicà*; مع ذلك *vel sic, licet ea sint, saepius insertum reperitur*; مع أن *quanquam, licet ante enunciationem verbalem integram*.

عند (vel عند) *apud, in habitaculo cujusdam, de tempore quoque, ut عند ذلك ad haec, inter haec, conjunctio interea dum*. Nota عندى *apud me notare posse in mente meà, hinc scio (Koseg. chr. p. 55, ult.) vel secundum me, e sententià meà, كان عندة أن القرآن مخلوق* — At physico sensu عند ut مع de rebus, quae *penes* aliquem, seu in ejus potestate sunt, dici potest, ut ما عندى vel ما مبي دينار *non est penes me vel mihi denarius*.

Rarius est لَدُن *penes, apud, de quo v. §. 469*.

590 بين *inter* cum plurali vel nomine collectivi sensus; quodsi termini duo distincte nominantur, cum copulà بين ante *posterius* e vetere linguae indole <sup>1)</sup> repetitur: arabismus tamen id tantum, si alterutrum suffixum est, postulat, ut بيني وبينه

1) cf. gr. cr. hebr. p. 615.



discrimine habere Freytag chr. p. 30, 3; nec minus <sup>فَرَّقَ بَيْنَ</sup> *dirimere inter* = *divellere* Henz. fr. p. 50.

591 <sup>عَلَى</sup> *super* gr. *ἐπί* et *ὐπέρ* usus est maxime varii.

1) Sensu locali proximo, quo rem alii superimpositam denotat, de vestimento et ornatu quovis dicitur, corpori vel membro cuicunque superjecto et de re *superficie* majoris imposità, ut <sup>رَأَى عَالِي الْحَائِطِ صُورَتَهُ</sup> *vidit in pariete imaginem suam* suspensam. Similiter de re *obscurà* quasi alicui superjectà, ut <sup>خَفِيَ عَلَيَّ</sup> *latet me*, proprie: *obscurum est*, mentem meam tegens; <sup>أَفْجَى عَلَيْهِ</sup> *animus eum defecit*, proprie: *tenebrae eum texerunt*. Porro de re gravi vel molestà, quae personae incumbit, unde semper de debito, ut <sup>عَلَيْكَ أَنْ تَفْعَلَ</sup> *super te est* i. e. *tibi incumbit*, ut *hoc facias*, seu *debes hoc facere*, <sup>لِي عَلَيْكَ مِائَةٌ دِرْهَمٍ</sup> *mihi sunt super te* i. e. *debes centum drachmas*, <sup>عَلَى النَّاسِ حَجَّ الْبَيْتِ</sup> *deo ab hominibus praestanda est peregrinatio templi*, <sup>عَلَى التَّوْبَةِ</sup> *gratia propitia deo praestatur iis qui malum ignorantia faciunt* Sur. 4, 16. Similiter <sup>أَنْمَا أَجْرِي عَلَى اللَّهِ</sup> *tantum remuneratio mea deo incumbit*, solum scio deum me remuneraturum esse.

Nota locutionem frequentem <sup>بِنَاءٍ عَلَيَّ أَنْ</sup> *aedificando in id quod* i. e. *argumento nitens hoc, quod etc.* — Sed magis notandum, <sup>عَلَى</sup> *posse etiam argumentum, quo nixus*

aliquis hoc vel illud contendendo s. affirmando rem agat, breviter explicare, ut <sup>أَتَى</sup> <sup>بَابِ</sup> <sup>الْمَلِكِ</sup> <sup>عَلِيٍّ</sup> <sup>أَنَّهُ</sup> <sup>أَخْتُهُ</sup> *venit ad portam regis*, nitens eo, quod soror ipsius (quam rex postulaverat) sit, seu contendens, se soror~~am~~ esse, vel *quasi soror ipsius esset* Abulf. ann. ant. p. 162, 3. <sup>تَحَمَّلُوا</sup> <sup>بِهِمْ</sup> <sup>عَلِيٍّ</sup> *contenderunt cum iis ad Abubekrum*, contendentes, eos precationem facere, sed collationem non persolvere Tab. p. 82, 18.

Similiter <sup>عَلِيٍّ</sup> gradum, statum, negotium, religionem denotare potest, in quo quis stat seu versatur, statum scilicet permanentem fundamenti instar, ut <sup>مَا</sup> <sup>هَمَّ</sup> <sup>عَلَيْهِ</sup> <sup>مِنْ</sup> <sup>طَيِّبَةِ</sup> <sup>الْقُلُوبِ</sup> *is quem jam tenent salutis animi gradus*, <sup>النَّاسُ</sup> <sup>عَلَى</sup> <sup>دِينٍ</sup> *homines sunt in religione = sequuntur religionem regum suorum*; <sup>قَالَتِ</sup> <sup>الْيَهُودُ</sup> <sup>لَيْسَتْ</sup> <sup>النَّصَارَى</sup> <sup>عَلَى</sup> <sup>شَيْءٍ</sup> *dixerunt Judaei, Christianos non niti ullâ re i. e. ullâ religione (verâ) Not. T. XII. p. 341.*

Sed quatenus <sup>عَلَى</sup> rem aliâ superiorem commonstrare potest, in duarum rerum comparatione bene idem notat, quod latine exprimimus per *magis quam*, ut <sup>يَسْتَحِبُّونَ</sup> <sup>الْحَيَاةَ</sup> *amant vitam praesentem magis quam futuram* Sur. 14, 3. Magis etiam mirum hoc: <sup>لَا</sup> <sup>يَسْتَوِي</sup> <sup>هَذَا</sup> *nemo hoc imperium administrabit super te, te superans i. q. te neglecto, te posthabito* Tab. p. 38, 11.



Huc aliud accedit. Si quid fieri dicitur *super alia re*, quae impedimento esse possit, eo ipso impedimentum hoc superari seu ejus nullam haberi rationem, significatur, ut

أَعَذَّبَكَ عَليَّ كِبَرِ سِنَّكَ *puniam te super aetate tuâ propectâ*

i. e. licet aetate maxime propectus sis, أَبَشَّرْتُونِي عَليَّ أَنْ

نُنْتِيَا سِنِي الْكِبَرِ *nuntiastisne mihi (filium natum), quanquam senectus me tetigit?* Sur. 15, 53. Taraf. M. 78. Talia in arabismo frequentissima sunt. Ita عَليَّ ad مع §. 589 proxime quidem accedit, sed eo tamen differt, quod oppositum fortius effert.

Denique de re, quae alii fundamento sit, seu de causâ remotiori, ut لاَ أَسْأَلُكُمْ عَلَيْهِ مَا لَآ *non rogabo vos propterea opes.*

Singularis locutio est عَليَّ بِدَيْهِ v. عَليَّ بِدَيْهِ *in manibus ejus* i. e. negotio (quod manibus incumbit) seu ope, auxilio ejus, praesertim ministri domini mandata exsequentis.

Decurtatum inde: وَأَتَيْنَا مَا وَعَدْتَنَا عَليَّ رُسُلِكَ *da nobis quod promisisti per legatos tuos* Sur. 3, 195.

- 592 2) *Motum* quoque عَليَّ exprimere potest ratione admodum variâ. Plerumque notat motum hostilem, qui rem vincere studeat, ut خَرَجَ عَلَيْهِ *exiit (cum exercitu) contra eum* atque ita per se jam latinum *contra* ubique denotat, quum contra ل §. 582 ei oppositum *pro* sit, ut أَشِرَّ عَليَّ فِي مَالِي بِأَمْرٍ *consule mihi de opibus meis consilio quodam* i. q. *da consilium, quod mihi prosit nec noceat* Tab. p. 104, 10. cf. أَلَّذِي لَهُم وَالَّذِي عَلَيْهِم *quod iis prodest et quod*

*iis obest* p. 96, 1. Hinc verbis *irascendi*, *irritandi* similibusque affectuum **عَلَيْ** subjungitur; rarius in his et **بِ** sedem habet, scilicet quatenus motum *in* aliquem describere potest, **غَمَّرَكَ بِرَبِّكَ** *decepit te contra dominum tuum*.

Sed aliis in locutionibus **عَلَيْ** tutelam et curam, quâ minori vel debiliori prospicitur, optimo jure denotat, ut **أَشَارَ عَلَيَّ** *consulere ὑπὲρ τινος, alicui*. Apparetque ex his similibusque multis, **عَلَيْ** nobis saepissime *dativo* exprimi posse, ubi arabismus exactior non generale illud **لِ** §. 582, sed vocem definitiorem requirit.

Porro de re, quae alii minori imminet, ut **جَلَسَ عَلَيَّ** *consedit ad mensam*, cum mensa minor sit Koseg. chr. p. 133, 6. 134, 7. Similiter **قَرَأَ** et **تَلَّى** *legere* cum **عَلَيْ** personae notat ita legere, ut verba audienti quasi superveniant, aures ejus percellant, quod nos dicimus *praelegere*. **جَلَّتْ (كَشَفَتْ) عَـلَيْـهَـا وَجْهَـهَـا** est: *retexit femina ei faciem suam*, ut oculos in eam tollere posset.

— Nota **دَخَلَ عَلَيْهِ** *introiit super eum*, esse: *eum adiit eo ipso statim quo erat loco*, quum **دَخَلَ الْبَيْتَ** minus dicat: *intravit ejus domum*.

Porro **عَلَيْ** rationem, *ad* quam aliquid fiat, notare potest, ut **عَلَيْ مَا حَكَاهُ** *secundum id quod narravit*. Paulo aliter **عَلَيْ** rationem seu conditionem indicare potest, cui quid imponendum seu superstruendum sit, ut **صَالَحَهُ عَلَيَّ أَلْفِ دِرْهَمٍ** *pacem ei dedit in mille drachmas (auf tausend Drachmen)* i. e. eâ conditione, ut mille drachmas solveret; ut **عَلَيْ أَنْ** cum subjunctivo saepius: *ed conditione ut faciat s. faceret*.

Et spem *in* rem vel personam futuram conversam indicare potest: أَقَامَ عَلَيْهِمْ *substitit exspectans eos* (sicut nos: warten *auf*) Tab. p. 142, 6; أَصْبِرْ عَلَيَّ *exspecta me.*

Ad idem hoc عَلِيّ moyendi refer locutiones concisas interjectionis ritu proferendas: عَلَيْكَ زَيْدًا *in te suscipe Zaidum!* i. q. prehende eum ut tibi submittendum; nam in عَلِيّ notio *suscipiendi* per se est. Similiter عِنْدَكَ زَيْدًا *apud te i. e. cape Zaidum tibi oblatum.* (Kam. sub *عند*). Frequentior vero alioque e fonte derivata junctura ea est, quâ post عَلِيّ personae, cui quid incumbere seu necessario curae esse debeat, res per ب adjungitur, ut عَلَيَّ بِهِ *proprie mihi cum eo!* i. e. adducite eum, ut cum eo rem meam agam! عَلَيْكُمْ بِالرِّجَالِ *vobis cum viris!* i. e. agendum vobis est cum viris, viros invadite! عَلَيْكُمْ بِالْجَمَامَةِ *age! agite cum Jemâmâ = invadenda vobis est terra Jem.* Tab. p. 136, 11. 162, 15. cll. cum p. 132, 19.

593      تَحْتَ *sub.* فَوْقَ السَّطْحِ *supra tecto.* فَوْقَ *supra,* ut فَوْقَ *supra,*

دُونَ praepositio difficillima videtur, utpote quam grammatici diversa omnia notare volunt. Sed omnibus collatis sic de eâ statuendum videtur: دُونَ notat motum a re inferiora versus, nostrum *von ab* (hinab), potestque in omnibus paene optime graeco παρά conferri. Igitur 1) sensu proximo locali partim *infra* notat, ut دُونَ صَنْعَاءَ *signa contulerunt infra Sanaam* Tab. p. 220, 19, ubi تَحْتَ *sub* falsum foret;

partim vero etiam *prope ab, propter* <sup>1)</sup>, non multum distans a re, praesertim altiori, cl. *παρά* cum dativo, ut *قَامَ دُونَ* *stetit propter juvencam camelam*, ut altiolem p. 234, 8; *أَدْنُ دُونَكَ* *appropinqua prope a te* i. e. confer te propius ad me. Idem in interjectione occurrit sequente accusativo, ut *دُونَكَ نَزِيدًا* *sub te Zaidum!* i. e. accipe tibi subjectum, quem tibi trado Abulf. ann. ant. p. 58, 8. Koseg. chr. p. 82, 1; unde *وَمَا تُرِيدُ دُونَكَ* *fac quodcumque velis* p. 80, 13. Cum autem haec notio 2) ad ea transferri possit, quae inferiora seu *minora* sunt quam ut tangantur, *دُونَ* numerum vel spatium minus breviter notat, ut *دُونَ رَمِيَّةٍ* *inter duo (loca) est infra lapidis jactum* i. e. minus quam lapidis jactus. Unde in rerum duarum comparatione *دُونَ* rem distantem i. e. contrariam notat, cl. *παρά* cum accusativo, ut *مِنْهُمْ الصَّالِحُونَ* *ex iis alii sunt probi, alii infra hoc* i. e. contra hoc, secus, improbi. Atque hinc porro *exclusionem* optimo jure notat, ut *παρα τοὺς ἄλλους* *praeter alios*, *دَا بِنْتِ الْجَارِ* *vel sine hoc venum ibit asinus*; ad quam notionem distinctius formandam plerumque *مِنْ* insuper praepositur, ut *مَا لَكُمْ مِنْ دُونَ اللَّهِ مِنْ رِيٍّ وَلَا نَصِيرٍ* *non est vobis praeter deum ullus patronus et adjutor* Sur. 41, 31;

1) hic ante omnia conferre juvat verba huic cognata *دُونَ* et *دُنُو*, in quibus notiones hae *infra* et *prope* iterum conspiciuntur expressae.

لَيْسَ مِنْ دُونِ قَتْلِهِ شَيْءٌ *praeterquam quod, nisi quod,* دُونَ أَنْ  
*nihil restat praeter caedem ejus,* أَنْتُمْ مِنْ دُونِ الْحَرَسِ *vos*  
*estis praeter custodes i. e. eos vitabitis* Tab. p. 62, antep.  
 124, 5. et poetice دُونَ الْأَنْبَاءِ طَرَا *petivit vos prae ce-*  
*teris hominibus omnibus,* ut iis potiores. Interjectionis vi  
 dicitur دُونَكُمْ *prae vobis!* i. e. *cavete vobis* Tab. p. 170, 7.  
 — Sed 3) دُونَ cum rem ab alià protensam, seu eà propiorem  
 describere possit, ut هَذَا دُونَ ذَلِكَ *hoc est propius illo,*  
 saepissime impedimentum rei projectum notat, aut *ob-*  
*staculum* interpositum quo minus res fiat vel finem quis as-  
 sequatur suum, ut دُونَ النَّهْرِ جَمَاعَةٌ *priusquam ad fluvium*  
*pervenias, est multitudo hominum, te impeditura,* دُونَ  
 ذَلِكَ خَرَطَ الْقَتَادَ *prae hoc i. e. antequam huc pervenias, de-*  
*corticanda est arbor Katad* (proverbialis locutio, multa  
 impedimenta vincenda sunt), et hic versus:  
 أَنْ أَمَرَ الْقَيْسِ جَرِي إِلَى الْمَدْيِ وَاعْتِاقَهُ جَمَامَةَ دُونَ الْمَدْيِ  
*Umrulkais cucurrit ad metam: sed mors eum detinuit*  
*a metá, quin eam assequeretur; aut praesidium protensum,*  
 defendens, ut لَيْسَ دُونَهُمْ حِجَابٌ *non est prae iis, eos de-*  
*fendens, velum i. e. munimentum* Tab. p. 130, 7, دُونَ  
 كُنْتُ أَنْتِي *clypeus meus i. e. praesidium meum contra*  
*eos quos timebam,* قَاتَلَ دُونَهُمْ *pugnavit pro iis, eos de-*  
*fendens* Tab. p. 160, 10. Koseg. chr. p. 53, 9. Nec minus

inde repetendum est, quod verba *claudendi portam* haud raro <sup>دون</sup> sibi subjungunt, scilicet quod clausa porta aditum prohibet, Nicoll catal. bibl. Bodl. p. 44 b.

<sup>قَبْلَ</sup> *ante*, de tempore et alias. <sup>أَمَامَ</sup> *coram*, e regione. 594

<sup>بَيْنَ يَدَيْهِ</sup> *inter manus ejus* i. e. *proxime coram*, ut quasi

*inter manus ejus esse videatur*. — <sup>بَعْدَ</sup> *post*, de tempore

potissimum. <sup>وَأَرْأَى</sup> *a tergo*, post, nonnunquam i. q. *praeter haec modo dicta* Sur. 4, 22. De his non est quod fusius dicatur.

<sup>مِنْ</sup> *de*, de quo v. finem §. 469, cum ex origine con- 595

unctio sit per se stans, nominativo praeponitur, ut <sup>مَا رَأَيْتَهُ</sup> *ما*

<sup>مِنْ</sup> *non vidi eum ex quo est annus primus* i. e.

inde ab anno primo (Kam. sub <sup>وَأَلَّ</sup>). Si tamen terminus ut nondum prorsus praeterlapsus exactius definiendus est, <sup>مِنْ</sup>

sequenti nomini arctius jungitur, ut genitivus necessario sequatur, velut <sup>مَا رَأَيْتَهُ مِنْ شَهْرِنَا هَذَا</sup> *non vidi eum ab hoc inde mense nostro* i. e. praesente.

De <sup>كَ</sup> praepositione v. §. 481 sq.

<sup>وَ</sup> copulativum saepius *jurantis* est. Videtur ita cum vi efferri, ut proprie sit: *et deus mihi sit testis*; sed cum breviter semper dicatur, nil nisi juramentum notans, praepositioni vi suà par genitivum sibi subjicit, ut <sup>وَرَبِّكَ</sup> *per dominum tuum!* <sup>وَاللَّهِ</sup> *per deum!*

Dicitur adeo copulà recens praeposità <sup>فَوَاللَّهِ</sup> *ergo per deum!*

596 II. *Praepositiones compositae* eo oriuntur, quod praepositio quaedam *motus* alii praeponitur ad notionem exactiorem formandam. Hebraismo eae frequentissimae sunt, arabismo rariores, partim quod simplices praepositiones Arabibus plures sunt, partim quod vetus linguae forma simpliciori cessit.

1. Solum <sup>و</sup> <sup>من</sup> saepius praeponitur: 1) <sup>و</sup> <sup>من</sup> <sup>بين</sup> <sup>و</sup> <sup>محمد</sup> ut <sup>و</sup> <sup>من</sup> <sup>بين</sup> <sup>هو</sup> <sup>المختص</sup> <sup>من</sup> <sup>بين</sup> <sup>كافة</sup> <sup>الخلق</sup> <sup>والفضل</sup> <sup>والكمال</sup> *Muhammed is est, qui inter omnes homines praestantia et virtute distinctus est, ubi <sup>من</sup> adjectum est, quia <sup>خص</sup> est distinguere eoque discernere e reliquis; <sup>اهل</sup> <sup>هذه</sup> <sup>المملكة</sup> <sup>بيرون</sup> *hujus terrae populus scortationem illicitam habent soli (hoc <sup>من</sup> dicit) inter Indos* Abulf. ann. ant. p. 2, 3. 80, 7. 174, 2. Tab. p. 232, 13. Ceterum in Korano potissimum <sup>من</sup> <sup>بين</sup> ex antiquiori sermone (*ab interstitio = inter*) saepius simplici <sup>بين</sup> par est, ut Sur. 41, 5. — 2) In <sup>من</sup> <sup>تحت</sup> <sup>من</sup> <sup>فوق</sup> *supra*, <sup>من</sup> <sup>تحت</sup> *infra* <sup>من</sup> <sup>فوقها</sup> *supra eam*, Sur. 41, 10. 43, 49. cf. hebr. מעל et מתחת. Similiter <sup>من</sup> <sup>قبل</sup> *ante*, <sup>من</sup> <sup>بعد</sup> *post* de tempore ab eo, in quo versamur, momento definito. Eodem refer <sup>من</sup> <sup>علي</sup> <sup>بيمينه</sup> *a parte dextrae ejus* Koseg. chr. p. 77, pen., cum alias dicatur <sup>من</sup> <sup>علي</sup> <sup>بيمينه</sup> *ad dextram ejus*. Potest autem in his etiam <sup>من</sup> a verbo movendi solo pendere, ut sequens praepo-*

silio loci tantum, quo res ante motum fuit, rationem exactius describat, ut *سَقَطَ مِنْ عَلَيَّ الْحَمَارِ* *decidit de asino*, *عَقَرَ مِنْ عَلَيَّ ظَهْرَهُ* *properavit de tergo ejus (lapidis)* Koseg. chr. p. 96, 4. Interim haec rariora sunt, in vulgari tamen linguâ frequentius obvia. Saepius occurrit *مِنْ نَحْوِ* *a regione loci cujusdam, versus, s. quâ spectat* — 3) *مِنْ عِنْدِهِ* notat rem *ab eo progressam apud quem erat, vel in cujus voluntate et potentiâ erat* (cf. §. 589), praesertim in locutione *مِنْ عِنْدِ اللَّهِ* = *مِنْ عِنْدِ اللَّهِ* Sur. 3, 37. 40, 26. Tab. p. 92, 9. Simillimum *مِنْ لَدُنْ* de deo potissimum dictum, *a quo beneficia, quae penes eum sunt omnia, impertiuntur*, ut Sur. 3, 8. 38. 4, 39. 65. *مِنْ قَبْلِ* dicitur de rebus ab eo progressis, qui rebus prospiciens *jussa coram ipso probata vel legatos cum mandatis mittit*, ut *كَانَ أَمِيرًا بِالشَّامِ مِنْ قَبْلِ* *fuit is praefectus in Syriâ ab 'Otmano missus, constitutus*, *قَدِمَ عَلَيْهِ جَوَابُ كِتَابِهِ مِنْ قَبْلِ أَبِي بَكْرٍ* *supervenit ei epistolae suae responsum ab Abubekro ut imperatore missum* Henz. fr. p. 58, pen. Tab. p. 232, 11. 12. Not. T. XII. p. 398 antep. <sup>1)</sup>. — De *مِنْ دُونِ*, in quo *من* *excludendi* notionem auget, §. 593. — Componuntur et haec: *مِنْ دُونِ الصُّبْحِ* *inde a tempore quo aurora illuxit* Sac. anth. p. 27, 4.

1) cf. קְרַמְוֶהִי מִן Dan. 2, 6. 15. 5, 24. 6, 27.



2. <sup>اِي</sup> rarissime praeponitur, cum motus in locum notio e nexu facile dilucida sit. Ita <sup>اِي</sup> <sup>نَحْوِ</sup> pro *versus* grammatici arabes sedulo improbant, cum simplex jam <sup>نَحْوِ</sup> idem dicere queat. Reperitur tamen <sup>اِي</sup>, ubi eo careri nequit, ut in hoc: <sup>اِي</sup> <sup>بَعْدَ</sup> <sup>غُرُوبِ</sup> <sup>الشَّمْسِ</sup> *usque ad* (praecedit *من* *inde a*) *occasum solis*. Abulf. ann. ant. p. 162, 12, qui totus locus legendus est. — <sup>اِي</sup> <sup>حَتَّى</sup> adverbii instar praemitti potest, de quo v. §. 581.

597 Praepositionis ita omissae, ut genitivus eo se referens maneat, rarissima sunt exempla nec nisi poetica, ut in hoc versu: <sup>اِي</sup> <sup>اَيُّ</sup> <sup>النَّاسِ</sup> <sup>شَرِّ</sup> <sup>قَبِيلَةٍ</sup> <sup>اَشَارَتْ</sup> <sup>كَلْبِ</sup> <sup>بِ</sup> <sup>اَلْاَصَابِعِ</sup> *si dicitur, quaenam inter homines est pessima tribus, Colaibum commonstrant manibus digiti*, ubi ante <sup>كَلْبِ</sup> adjici poterat <sup>اِي</sup> ex receptâ verbi structurâ; sed cum sensus vel sic e nexu verborum satis dilucidus sit, ubivis praepositiones pro arbitrio omitti posse, inde probari nequit. Si vero, ubi e more praepositio poni potest, accusativi usus fit, ibi vere accusativum e dictione audaciori ferri posse credendum est, cf. §. 540 sqq. Unicum, quod fortasse sumere licet, hoc est, suffixum verbi rarissime brevius pro casu remotiore obliquo poni posse, neque id nisi poetice <sup>1)</sup>, ut <sup>وَلَكِنْ</sup> <sup>رَحَلْنَاهَا</sup> *sed submisimus iis* (calamitatibus, pro <sup>رَحَلْنَا</sup> <sup>لَهَا</sup>) *animos generosos, qui quae ferri nequeunt suscipiunt feruntque*. Similiter in linguâ

1) cf. gr. hebr. min. §. 556.

familiari <sup>عَرَبِيَّةً</sup> <sup>أَرَابِيَّةً</sup> *vidistisne vobis ?* Sur. 6, 39. <sup>1)</sup> et ذَاكَ  
continui usus §. 455. .

III. Denique quâ ratione praepositiones casuum vicem sup- 598  
plere possint, pluribus dicendum est. Nam haud raro causae  
adsunt, quae casuum usum aut prorsus vetant aut omitti si-  
nunt. Ubi vero arcta casuum obliqui junctura mittitur, prae-  
positione opus est. Et proxima quidem, quae nexum sup-  
pleat, praepositio est *ل*, cujus notio dativum fert; dativus  
enim per se post casuum obliquos proximos, accusativum et  
genitivum, relationem denotat deinceps proximam: in ara-  
bicâ linguâ illi nexum nominis subjecti arctum et internum, *ل*  
laxiorem quidem et remotiorem, sed illis rursus inter similes  
omnes externos proximum suppeditat. Rarius aliae prae-  
positiones aptiores videntur. Singula sunt haecce:

1. *Accusativo* a verbo activo pendente rarius tantum *ل*  
substituatur, cum accusativus, quocumque loco ponatur, in  
arabismo e formâ suâ dilucidus sit et per se possit stare.  
Nonnunquam tamen, si contra morem accusativus prae-  
ponendus est, ut junctura fortius notetur, externus per *ل* ne-  
xus instituitur, ut <sup>ن</sup> <sup>و</sup> <sup>سَد</sup> <sup>لِ</sup> <sup>كُنْتُمْ</sup> <sup>لِلرَّبِّ</sup> <sup>تَعْبُرُونَ</sup> *ان كُنْتُمْ لِلرَّبِّ تَعْبُرُونَ* *si estis visionem*  
*explicantes* Sur. 12, 43. et simile Izzeddin aves et fl. p. 34, 9.

2. Frequentissime *genitivo* praepositio substituatur. Nam 599  
cum genitivus prorsus a statu constructo pendeat, si forte  
hic aut ferri nequeat aut a loquente omissus sit, semper  
externo praepositionis vinculo opus est. Fit autem id

1) necessario, si substantivum, quod in statu constructo  
ante nomen definitum positum et ipsum definitum factum

1) proprie: *vidistisne vobis ?* celeri a singulari ad pluralem transitu,  
cum e sensu et ille et hic ferri possit. Cf. *עֲבַרְתָּ לָכֶם* Mich.  
1, 11.

foret, ut indefinitum maneat e sensu cogitur, cf. §. 530. Ita

أَشَدَّتْهُ قَصِيدَةً *vidi filium (quendam) regis*, رَأَيْتُ ابْنًا لِلْمَلِكِ

رَأَيْتُ ابْنًا لِلْمَلِكِ *recitavi ei carmen aliquod meum sexaginta*

*versuum* Kos. chr. p. 125, 11; حَاجَةٌ لِي *res quaedam neces-*

*saria* seu officium *ejus*, أَخِي لِي non est frater meus certus

vel unicus, sed frater aliquis meus, et alia hujus generis in-

numera. Quodsi status constructus hic positus esset, ut

أَخِي، قَصِيدَتِي، sensus prorsus contrarius esset; nam de unâ

certâ re esset cogitandum. Possunt adjectiva accedere, ut

أَنِّي تَامَلْتُ نَسَخًا كَثِيرَةً لِلْكِتَابِ *equidem exemplaria hu-*

*jus libri multa contemplatus sum*, أَقْسَامَ لِأَيَّامِ السَّنَةِ مُخْتَلِفَةً،

*partes dierum anni diversae* Abulf. ann. ant. p. 152, 8, ubi semper notionem maxime indefinitam juxta definitam reperis. Et praeponi jam (e §. 670) apte potest nomen hujus

generis, ut وَجَدْنَا لَهُ كِتَابًا *invenimus librum ejus* aliquem,

مَا سَمِعُوا لِلْمَسَلِينِ *non audiverunt ullum Moslemorum*

*strepitum* Tab. p. 86, 4. Similiter insertis vocibus quibus-

dam, ut inserto verbo in enunciatione relativâ, v. c. ثَبِتُوا مَعَ

كَانَ لِأَيِّ بَكْرٍ عَلَيْهِمُ *manserunt cum praefecto quodam*

*Abubekri* iis imperante p. 120, antep. — Ceterum aliae quoque praepositiones hic illic notioni aptiores nexum sup-

1) hic accusativus est mensurae §. 568. Genitivus pro eo ferri possit, nisi vox quaedam interposita esset.

plent, ut <sup>و</sup>قربش <sup>من</sup> بني <sup>ش</sup>شيخ <sup>س</sup>senex quidam Koraischitarum,  
<sup>و</sup>لده <sup>ب</sup>بالملك <sup>من</sup> بوصية <sup>س</sup>من سابور <sup>و</sup>له <sup>و</sup>بالملك <sup>و</sup>regnavit testamento quodam  
a Sapore facto, quo eum regno donaverat <sup>1)</sup> Abulf. ann.  
ant. p. 84, 23; <sup>و</sup>جاء <sup>في</sup> نقر <sup>مع</sup> من <sup>بني</sup> ثعلبة <sup>و</sup>venit cinctus  
manipulo quodam quem secum habebat ex Ta'labitis Tab.  
p. 142, ant.; <sup>و</sup>احتج <sup>ب</sup>بوجبي <sup>ع</sup>عليه <sup>و</sup>excusavit se juramento quo-  
dam, quod sibi incumberet <sup>2)</sup>.

2) Praeter hunc vero, qui frequentissimus est, praepo- 600  
sitionis usum et aliae plurimae sunt causae, quae cum sta-  
tum constructum prohibeant, praepositionem ل introducunt.  
ل hic ubique ea jungit, quae quanquam notione intime co-  
haereant, formâ tamen internâ jungi nequeunt. Ita <sup>و</sup>اولاده  
<sup>و</sup>الذكور <sup>و</sup>لصلبه <sup>و</sup>liberi ejus masculi genuini (proprie lumbi  
ejus) Elnav. p. 78, pen., ubi voces interpositas externam per  
ل juncturam effecisse vides: <sup>و</sup>أخوة <sup>و</sup>لابويه <sup>و</sup>frater ejus germa-  
nus (proprie utriusque parentis) Abulf. ann. ant. p. 66, pen.  
<sup>و</sup>هم <sup>و</sup>أخوة <sup>و</sup>لاب <sup>و</sup>رام <sup>و</sup>hi sunt fratres germani (proprie patris et  
matris unius) p. 88, 7, ubi interna status constructi junctura  
facile sensum ambiguum redderet. Aliud hoc: <sup>و</sup>دمشق <sup>و</sup>مدينة

1) وصية deinde verbi sui seu infinitivi instar construitur; nam ab  
infinitivi structurâ pendent verba <sup>و</sup>لده <sup>ب</sup>بالملك.

2) cf. de totâ re gr. hebr. maj. p. 582 sqq., ubi id primum inve-  
stigatum est.

قَطْبٌ وَمَدَارٌ لِمَدِينِهَا *urbis Damasci est polus et axis* (i. e. centrum, praecipua) *urbium tractus ejus*, ubi cum prius قَطْبٌ absolute et indefinite positum esset, et sequens ei synonymum nomen absolute effari praestabat. Frequentissime vero لُ usu venit ob numerale cum nominibus duobus compositum, quo semper status constructi, qui cogitari possit, series tollitur; nam aut numerale interponitur aut nomen postpositum solitarie tamen et absolute pronuntiatur, non nisi ad numerum suum proxime se referens; ut مَاتَ فِي سَنَةِ سِتِّينَ لِحَجْرَةِ *mortuus est anno 60 aetatis suae*, اَنْشَدَهُ الْغَيْبِيَّ وَتِسْعِمِائَةَ *recitavit ei 2900 carmina paganismi* Kos. chr. p. 125, 9.

Plura si deinceps sequuntur quae per se statu construngi possint nomina, secundum tamen vel tertium facile ab arcto vinculo se secernit, modo per se etiam positum sensum fundat satis perfectum, ut مَنْكَرُ الْكِرَامَاتِ لِلْاَوْلِيَاءِ *qui negat miracula* (de quibus pluries jam dictum erat) *piorum* Not. T. XII. p. 394, 15 cl. كِرَامَاتُ الْاَوْلِيَاءِ l. pen. Facillime id evenit, si propositio trium vel quatuor nominum universa in duas minores facile abit, velut si ab initio adjectivum cum substantivo abstracto tam arcte cohaeret, ut ambo unam efficiant notionem compositam, quae eo ipso absolute poni amat, v. c. شَدِيدُ الْخَوْفِ لِلَّهِ *vehemens timoris* i. e. venerantissimus *dei* Sac. chr. I. p. 131, 1. Abulf. ann. ant. p. 198, 18. كَثِيرُ الذِّكْرِ لِاحْوَالِ الْكَوَاكِبِ *multus meditationis* i. e. studiosissimus *cognitionis conditionis siderum*;

similiter كَتَبَ الْفَلَسْفَةَ لِلْيُونَانِ libri philosophiae i. e. libri philosophici Graecorum.

Si forte, id quod in nonnullis locutionibus solennis usus fert, nomen, unde genitivus pendeat, prorsus omissum est, ut per se e contextu dilucidum, genitivus non potest non per

ل signari, ut فَتَوْحُ مِصْرَ لِلْوَاقِدِيِّ Expugnatio Aegypti (liber) Wakidii, quae dicendi formula deinde semper fere in titulis et auctoribus laudandis usu recepta est, ut vel dica-

tur تَصْنِيفٌ لِلطَّبْرِيِّ opus (aliquod) Tabarii etc. — Eodem

e fonte derivandae locutiones, quales نَحْنُ لِلَّهِ, ubi Latini genitivo bene utuntur: *nos sumus dei*, Arabes genitivo absoluto carentes dativo uti coguntur.

Nota pro مَا هُوَ أَهْلُهُ quod dignum eo est, jam dici etiam posse مَا هُوَ لَهُ أَهْلٌ Tab. p. 20, 3., ita ut أَهْلٌ prorsus adjectivi loco habeatur. Proprie notat *domum*, i. e. *homines* rei cuiusdam, i. e. ei aptos, eà dignos.

Ceterum ubi statui constructo nil obstat, sermo tamen diductior ita institui potest, ut prius nomen per se ponatur, sequens laxius annectatur. Neque hic praepositio ل, sed

potius مِنْ usu venit, ut بِمَحَضَرٍ مِنْ مَلِكِهِمْ, in praesentia regis eorum (ut gall. *de leur roi*, germ. in Gegenwart von diductus dicitur pro genitivo) Abulf. ann. ant. p. 164, 4.

Hic sermo diductior et negligentior ad recentiorum Europae linguarum indolem idoneus in prosâ rarus, a poetis tamen, ubi e metro aptum videretur, hic illic frequentatus est, ut Taraf. M. v. 50.

3. Praeterea saepius ل pro accusativo participiis et infinitivis activis jungitur, sublato, qui proximus est, per geniti-

vum nexu. Quod quâ ratione in singulis fiat, aptius §. 652. exponetur.

*De numeralium juncturâ.*

601 I. De *cardinalium* origine et indole §. 355-58 ita jam praeceptum est, ut quae hic pauca sequantur, ex iis jam satis intelligi possint.

602 1. Nomina simplicia numerorum a 3 ad 10, nec minus

مائة<sup>س</sup> et ألف<sup>س</sup> cum horum dualibus et pluralibus ex origine substantivorum jure per statum constr. jungi, e supra dictis constat. Hinc suffixis quoque pluralibus jure annecti possunt, ut

ثلاثتًا<sup>س</sup> *tres nos* (pr. trias nostrum) Tab. p. 66, 3,

أربعتهم<sup>س</sup> *quatuor illi* etc. Rarius numeralia haec adjectivorum instar in appositione postponuntur, ut oppositionis causa

كان<sup>س</sup> له<sup>س</sup> بنون<sup>س</sup> ثلاثتًا<sup>س</sup> وبنات<sup>س</sup> خمس<sup>س</sup> *erant ei filii tres et filiae quinque*; rarius etiam ex reliquorum similitudine §. 568 sub-

stantivum in accusativo postponitur, ut اثوابًا<sup>س</sup> خمسة<sup>س</sup> *quinque vestes*. —

Contra اثنتان<sup>س</sup> *duo* adjectivi loco (ut أحد<sup>س</sup> *unus*)

jungitur, inveniturque nonnunquam vel duali appositum, si

majori vi notio haec *duorum* exprimenda est, ut أسلك<sup>س</sup> فيها<sup>س</sup> من<sup>س</sup>

كل<sup>س</sup> نرجسي<sup>س</sup> اثنتين<sup>س</sup> *duc in eam (navim) e quovis (animali)*

*feminas duas* Sur. 23, 28. Rarius ex ceterorum similitudine in stat. constr. praeponitur, et facillime quidem ante collectivum,

ut اثنتان<sup>س</sup> حنظل<sup>س</sup> *duo (grana) colocynthidis*.

Ceterum omnia simplicia nomina supra dicta si cum collectivi sensus nomine ita dicuntur, ut plures e copiâ hac

intelligendi sint, ob sensum dilucidiores plerumque cum praep. <sup>و</sup>مِنْ junguntur, ut <sup>و</sup>مِنْ <sup>و</sup>الرَّهْطِ <sup>و</sup>تِسْعَةَ <sup>و</sup>novem (homines) ex tribu, <sup>و</sup>مِنْ <sup>و</sup>الطَّيْرِ <sup>و</sup>ex avibus: sed nihil etiam obstat, quo minus brevius per statum constr. annectantur, ut <sup>و</sup>كَانَ <sup>و</sup>فِي <sup>و</sup>الْمَدِينَةِ <sup>و</sup>تِسْعَةَ <sup>و</sup>رَهْطٍ <sup>و</sup>erant in urbe novem ex tribu (aliqua) Sur. 27, 49.

2. Reliqua numeralia omnia, tum variâ ratione compo- 603 sita, tum pluralia a 20 ad 90, cum ob compositionem hanc derivationemque, substantivorum perfectorum vigore et mutatione plus minusve exutâ, statum constructum haud ferant, rem numeratam semper laxius sine articulo in accusativo sibi subjungunt, ita ut ejus singularis sufficiat, cf. §. 568.

Ut <sup>و</sup>سِتَّةَ <sup>و</sup>ثَلَاثَةَ <sup>و</sup>عَشَرَ <sup>و</sup>كَوْكَبًا <sup>و</sup>20 <sup>و</sup>عِشْرُونَ <sup>و</sup>رَجُلًا <sup>و</sup>Ut <sup>و</sup>66 <sup>و</sup>وِسْتُونَ <sup>و</sup>رَجُلًا <sup>و</sup>virii. Generis tamen substantivi in numerali, si licet, semper habetur ratio.

Rarissime pluralis subjunctus est, e sensu per se haud improbandus, ut <sup>و</sup>وَقَطَعْنَا <sup>و</sup>هَمَّ <sup>و</sup>اِثْنَيْ <sup>و</sup>عَشْرَةَ <sup>و</sup>أَسْبَاطًا <sup>و</sup>et *divisimus eos in duodecim tribus*, ubi numerale propterea in feminino expressum videtur, quod nomina *tribuum* ut *terrarum* in hoc genus inclinant <sup>1</sup>). Similiter numerus centenarius <sup>و</sup>مِائَةَ post numerum 3-9 per stat. constr. junctum plerumque in sing. ponitur, nonnunquam tamen in plurali, ut <sup>و</sup>سِتُّ <sup>و</sup>مِائَةَ <sup>و</sup>vel <sup>و</sup>سِتُّ <sup>و</sup>مِائَتَيْنِ <sup>و</sup>600.

1) cf. hebr. נִצְבָּט et מִצָּה rarius jam in fem. transeuntia.



Interim haec ipsa si unâ voce vel duabus arctissime junctis constant, statum constructum ferunt, si novâ ratione substantivorum more eorumque notione praedita personae, quae numeratam rem possideat, praefiguntur, ut <sup>ع</sup><sub>ش</sub><sup>و</sup><sub>ر</sub><sup>و</sup><sub>ك</sub> *viginti tui* (v. c. cameli); arctius composita ab 11 usque ad 19 grammatici sic volunt aut sine casuum vicissitudine manere aut prius eorum casum exprimere sequenti per stat. constr. junctum, ut in nominat. aut dicatur <sup>خ</sup><sub>م<sup>س</sup><sub>ة <sup>ع</sup><sub>ش<sup>ر</sup> <sup>ز</sup><sub>ي<sup>د</sup> *quindecim* (v. c. cameli) *Zaidi*, aut <sup>ع</sup><sub>ش<sup>ر</sup> <sup>ز</sup><sub>ي<sup>د</sup> <sup>خ</sup><sub>م<sup>س</sup><sub>ة; im-  
probatur ab iis casus in uno posteriore notatus, ut <sup>خ</sup><sub>م<sup>س</sup><sub>ة <sup>ع</sup><sub>ش<sup>ر</sup>.</sub></sub></sub></sub></sub></sub></sub></sub></sub></sub></sub>

604 Singularis tamen rei numeratae numeris majoribus, qui sane per se jam pluralis notionem suggerunt, appositi forma brevior et proxima adeo sufficere visa est, ut idem singularis nominibus <sup>م</sup><sub>أ<sup>ة</sup> et <sup>أ</sup><sub>ل<sup>ف</sup> eorumque derivatis, quae semper statum constr. ineunt, continuo subjungatur, ut <sup>م</sup><sub>أ<sup>ة</sup> <sup>ك</sup><sub>ت<sup>أ</sup><sup>ب</sup> *centum libri*, <sup>د</sup><sub>و <sup>ع</sup><sub>ن <sup>م</sup><sub>أ<sup>ب</sup><sup>ن</sup><sup>ي</sup> <sup>ر</sup><sub>ج<sup>ل</sup> *ducenti viri*, <sup>د</sup><sub>و <sup>ع</sup><sub>ن <sup>أ</sup><sub>ل<sup>ف</sup> <sup>ر</sup><sub>ج<sup>ل</sup> *quatuor millia virorum*.</sub></sub></sub></sub></sub></sub></sub></sub></sub></sub></sub></sub>

605 Si numerus e multis singulis iisque diversis numeralibus per <sup>و</sup> copulatis constat, res numerata aut in fine tantum totius ita dicitur, ut cum ultimâ voce numerali conspiret, aut post singulas numeri partes repetitur, ut <sup>س</sup><sub>ت<sup>ة</sup> <sup>أ</sup><sub>ل<sup>ف</sup> <sup>س</sup><sub>ن<sup>ة</sup> *6103 anni*. Ultima haec ratio antiquior et simplicior in numeris tantum majoribus frequentior mansit. Prior a multis scriptoribus, ut ab Abulfedâ in annalibus, multo frequentius usitata est. — Sed nomen <sup>أ</sup><sub>ل<sup>ف</sup> *mille* in</sub></sub></sub></sub>

maximis numerorum compositionibus, quoties eo sensus dilucidioris causâ opus esse videtur, semper repetitur, ut

ثَلَاثَةُ أَلْفِ الْوَخْمِ مِائَةِ أَلْفٍ وَأَرْبَعَةٌ وَسِتُّونَ أَلْفًا وَخَمْسُونَ i. e. 3564,050.

Ceterum, si ratio loci ita suadet, res numerata optime etiam praeponi potest, ut numeri notatio sequatur. Si tamen res subjecti jure praemissa simulque satis disjuncta est, numero ut praedicato notatio rei dilucida denuo breviter sub-

jungi solet, ut كَانَتْ شُعُوبٌ أَوْلَادِ نُوحٍ الثَّلَاثَةِ عِنْدَ تَبْلِيلِ الْإِلْسِينِ erant populi trium Noachi filiorum, quo tempore linguarum confusio accidit, septuaginta duo populi.

*Articulus numeralibus*, si eo opus est, ubique apponitur, sive quod de re jam nominatâ agitur, sive quod res numerata ut omnibus nota sistitur, ut οἱ ἑβδομήκοντα (μαθηταί), قبل المائتين من الهجرة, ante ducentimum (annum) Heg'rae, sive quod de solius numeri potestate sermo fit, ut الثَلَاثَةُ نِصْفُ السِّتَةِ tria sunt dimidium ex sex. Quaeritur autem, quae ratio articuli sit tum in compositis numeralibus tum in juncturâ numeri et rei numeratae.

Numeralia simplicia a 3 ad 10, cum status constr. ope ex origine jungantur, articulum sequenti nomini primitus affigunt, ut ثَلَاثَةُ الرِّجَالِ tres (illi) viri. Sed cum numerale adjectivi sensum magis magisque induerit, usitatus jam est articulum ipsi numerali ab initio praemittere, manente tamen status constructi ratione (cf. §. 535 sq.), ut

الاربعه اُخاسِ, accus. الاربعه اُخاسِ *quatuor partes quintae*

Tab. p. 208, 6 <sup>1)</sup>; saepius vero articulus genitivo quoque, cui

ab origine adhaesit, simul praefixus mansit, ut *الثلاثة الرجال*

et similia <sup>2)</sup>. Nec raro substantivum, longius praesertim,

ab initio ita praemittitur, ut numerale prorsus adjectivi in-

star appositum eundem casum sequatur, ut *الرجال الثلاثة*.

608 Numeralium *مائة* et *الف* eorumque derivatorum et compositorum eadem prorsus ratio est; nam articulus aut ultimae voci, eique, ut e supra dictis constat, in genitivo post statum constr. pronunciatae, aut primae praefigitur, ut *الستمانه درهم* *sexcentae illae drachmae*, vel *الستمانه درهم*; pronomini tamen demonstrativo praemisso articulus libenter statim succedit, ut *هذه التسعة الف دينار* *haec novem millia denariorum*.

At reliquis numeralibus, cum substantivum laxius in accusativo et sine articulo postponatur, articulus semper praeposendus est; et repetendus quidem, si numeralia per *و* copulata sunt, ut *السبعة والسبعون جملاً* *septem illi et septuaginta cameli*; in arctius compositis autem numeralibus ab 11 ad 19 etsi non minus repeti potest, sufficit tamen priori praemissus, ut dicatur aut *الثلاثة العشر جملاً* *tredecim illi cameli*, aut *الثلاثة عشر جملاً*.

1) testatur hic accusativus non esse statum constructum sublatum.

2) hoc quam frequenter obvium sit, ne quis dubitet, adeat inter alia librum: *The Algebra of Mohammed ben Musa*; edited and translated by Fred. Rosen. Lond. 1831.



611 Singularis hic duplex ordinalium constructio notanda est:  
 1) ordinale ut praedicatum in statu constr. eidem numero cardinali indefinito praeponitur, ut quotusquisque in numero quodam hominum ad rem certam congregato sit seu quot comitibus dux cinctus sit, notetur; ut <sup>خـ رـ جـ نـ رـ يـ دـ سـ اـ بـ عـ سـ بـ عـ ة</sup> خرج نربد سابع سبعة ut *exiit Zaid septimus e septem i. e. sex comitibus septus, ipse septimus* Tab. 176, pen. Similia in aliis linguis antiquis facile observantur <sup>1</sup>). Porro <sup>ا</sup>الله <sup>ثـ لـ ثـ</sup>ثالث <sup>ثـ لـ ثـ ة</sup>ثلاثة *deus est tertius trium* i. e. intime junctus aliis personis duabus, seu *trinus* Sur. 5, 82; <sup>ا</sup>اخرجوه <sup>ثـ ا</sup>ثاني <sup>ا</sup>اثنين *propulerunt eum secundum duorum* i. e. uni comiti junctum Sur. 9, 42. Idem in numeralibus arcte compositis 11-19 ita licet, ut in statu constr. aut unitas cum numero denario, aut illa sola perhibeatur, cum vel solâ hac nominatâ obscuri quid sermoni inesse nequeat, ut <sup>ا</sup>اثنى عشر <sup>ثـ ا</sup>ثاني عشر vel <sup>ا</sup>اثنى عشر *duodecimus e duodecim*. Generis ubique rationem habendam esse per se patet. Sed ultra numerum 19 haec dicendi formula jam propterea assurgere non poterat, quod e pluralibus 20-90 ordinale non est derivatum.

612 2) Diversa prorsus junctura est, si ordinale in statu constr. cardinali uno gradu minori praeponitur, ut <sup>ا</sup>سابع <sup>سـ بـ عـ ة</sup>سبعة. Ita enim ordinale propius valet ut partic. act. verbi denominativi §. 364 descripti, ut eum notet, qui novus ad sex accedit, septenarium numerum complens. Unde non status constructus tantum in his licitus est, sed propria etiam verbi structura (cf. §. 642), ut <sup>ا</sup>سابع <sup>سـ بـ عـ ة</sup>سبعة <sup>ا</sup>في haec (ut) *septima ad*

1) cf. sanscritas aliasque dictiones collectas a Schlegelio ad Bhagav. 15, 7. Boppio ad Hidimbabh. p. 101. et interpp. ad 2 Petr. 2, 5.

*sex accedit*; eâdemque e causâ e pluralibus quoque 20-90 similia nomina verbalia formari possunt quadrilitera, ut

هو مئتين وتسعين تسعة وستين *hic septuagesimus accedit.*

Difficilis multisque grammaticis arabicis improbata est haec junctura in numeris 11-19 propter arcissimum duorum ne-

xum, ut هو ثالث عشر اثني عشر; sed optime fertur in numeris

cum 20-90 compositis, ut numerus denarius in fine tantum

appositus ad integram locutionem pertineat: هو رابع ثلاثة

واربعين *hic quadragesimus quartus accedit.* — Cete-

rum licet eâdem vi verba sic pronunciare: ثلاثة رابعهم

(vel رابعهم) زيد *tres (illi sunt), ad quos quartus Zaidus*

*accedit* Sur, 18, 23, ubi status constr. ob suffixum proximus est ad utendum.

Cum ordinalia a denariis, a مائة et الف eorumque derivatis 613 formata non sint, si forte oratio vim ordinalium requirit, ea immutata eorum loco ita ponuntur, ut de sensu nihil ambi-

gere possis, ut هي السنة الثالثة والثلاثون وتسعمائة للاسكندر

*hic est annus 933 Alexandri.* Sed vel ubi haec linguae necessitas non urget, brevitatis causâ in temporis computationibus saepissime simplicius cardinalia ponuntur. Ubi enim de anni aliusve temporis, quo quid acciderit, definitione agi-

tur, substantivum, ut سنة *annus*, brevius in statu constr. ita praemittitur, ut cardinalia in genitivo sequantur (cf. §. 538), genus tamen substantivi illius ob sensus universi concinnita-

tem non minus retineant, ut في سنة ثمان وثمانين وثمان مائة

٨٨٨ لاسكتندري anno 888 *Alexandri*. In numeris tamen infra  
 centenarium ordinalia libenter exprimuntur, si de unius homi-  
 nis vitâ vel regno computatio fit, ut في السنة الثانية والاربعين  
 ٤٢ من ملكه anno 42 *regni ejus*; at in computationibus ab aerâ  
 solità perpetuis brevior ingruit cardinalium usus, ut ثم دخلت  
 ٧٠ سنة سبعين tum *incepit annus 70*, et توفي صلعم فكما يوم الاثنين  
 لثنتي عشرة ليلة دخلت من شهر ربيع الاول سنة احدى عشرة من  
 الموتى mortuus est beat. *Propheta mane diei Lunae duo-*  
*decim diebus mensis Rebiae prioris praeterlapsis, anno*  
*undecimo Fugae.*

614 Operae est hic quaedam de dierum mensis computan-  
 dorum ratione adjungere. Sunt enim Arabibus duae com-  
 putationes. Dies mensis cujusdam a primo ad extremum us-  
 que unâ serie enumerari possunt, ut يوم عشرين من شهر رجب  
*die vigesimo mensis Rag'eb*. Sed multo antiquior et in  
 scriptis prioribus frequentior est e noctibus mensis cujusvis  
 instituta computatio, mensis scilicet lunaris Arabibus usitati  
 rationi aptior. Igitur de primâ nocte vel die post novam  
 lunam conspectam dicitur ١ لغرة رجب v. لاول (ليلة من) رجب  
*initio mensis*, aut, quod exactius diem post primam noctem  
 denotat, ١ من رجب خلت ليلة ad *noctem* (quae) *transiit ex*

١) etiam و و مستهل et مهل usitatur, etsi id vituperet e ratione a re di-  
 versâ Hariri in Sac. anth. gr. p. 46.

*Rag'eb* i. e. unâ nocte ejus praeterlapsâ; de alterâ اللَّيْلَتَيْنِ  
 خَلَّتَا مِنْ *duabus noctibus praeterlapsis*, de tertiâ ثَلَاثَ  
 لَيَالٍ خَلَوْنَ vel omisso nomine noctium e re ipsâ dilucido  
 ثَلَاثَ خَلَوْنَ (de fem. pl. in خَلَوْنَ v. §. 327) et sic porro  
 usque ad خَلَّتْ (لَيْلَةً) لَارْبَعِ عَشْرَةَ *quatuordecim noctibus*  
*praeterlapsis* i. e. die mensis quarto decimo; numeralibus  
 enim ab 11-14. cum e §. 603 sg. لَيْلَةً postponatur, verbum  
 in fem. sg. sequitur. De quinto decimo die ut medio mense,  
 quo luna plena apparet, usus fert dicere: فِي النِّصْفِ مِنَ رَجَبٍ  
*medio mense Rag'eb* <sup>1)</sup>. Ad quem medium mensis termi-  
 num in reliquorum dierum numeratione ita respicitur, ut  
 noctes nondum praeterlapsae ab ultimâ adscendendo enume-  
 rentur; igitur si mensis triginta constat diebus, dies sextus  
 decimus notatur لَارْبَعِ عَشْرَةَ بَقِيَّتْ *quatuordecim noctibus re-*  
*stantibus*, vigesimus لِعَشْرٍ بَقِيَّتَيْنِ *decem restantibus*  
 usque ad vigesimum octavum لِلْيَلْتَيْنِ بَقِيَّتَا i. e.  
 duâbus noctibus restantibus et vigesimum nonum لِلْيَلَّةِ بَقِيَّتْ  
 i. e. unâ nocte restante. Si contra mensis viginti tantum  
 et novem diebus efficitur, una semper nox ab his retrahen-  
 da erit, ut ثَلَاثَ عَشْرَةَ بَقِيَّتْ *tredecim noctibus restantibus*  
 i. e. die sexto decimo. Ultimus dies aut trigesimus aut vi-

1) Improbantur haec: اَلْخَمْسَ عَشْرَةَ خَلَّتْ e superioribus, et  
 اَلْخَمْسَ عَشْرَةَ بَقِيَّتْ e sequentibus.



gesimus nonus notatur per لآخر ليلة من رجب *ultimâ nocte mensis R.*, vel لسراى رجب (etiam سري) *nocte mensis R. quâ luna obscura est*; vel cum haec propius de nocte tantum hac intelligi possint, لانسلاخ — لسلاخ رجب *ad finem m. et لآخر يوم من رجب ultimo die mensis.*

## II. De verbo.

### 1. De verbo finito.

615 Verbi finiti temporibus modisque lingua summo utitur ambitu summâque, quae cogitari potest, libertate; estque hoc inter ea, quae arabismum maxime distinguunt. Nam ut omnino arabismus in formarum usu constantiam quandam simplicem et grandem monstrat: ita formis a verbo deductis nominalibus, infinitivo et participio, uti non amat, nisi ubi e vocum juncturâ nomen necessario ponendum est, ut §. 633 sqq. demonstrabitur. Et de notionibus quidem, quae verbi finiti temporibus modisque subsint, satis dictum est §. 194-213; docendum jam hoc est, quâ ratione et quam varie verbum finitum aut per se aut cum subjecto nexum enunciationibus inesse possit.

616 I. Ut nomen varios casus, ita verbum finitum modos varios subit. Perfectum quidem prorsus invariabile est, quanquam ad temporis modorumque variationem varie jam cum verbo كان componitur, cf. §. 202. 8. 13. Sed imperfectum e notione suâ latiorē §. 203 modos varios formis paulo variatis distinxit. Nam aut per se stat, quem *modum indicativum* (arab. raf'atum) nomines, nominativo casui respondentem: aut a membro enunciationis totum dependet eique est subjunctum, qui est *modus obliquus* seu *subjunctivus*, casibus obliquis respondens. *Modus jussivus* (g'ez-



ut <sup>و</sup>وضعوا <sup>و</sup>رجالاً <sup>و</sup>يقول — <sup>و</sup>وضعوا <sup>و</sup>رجالاً <sup>و</sup>يقول *subornarunt vi-*  
*rum, ut s. qui diceret, et subornarunt alium qui ei*  
*responderet, ترك معه زيدا يفقه الناس* *reliquit cum eo Zai-*  
*dum, qui homines jus doceret, جعل في الارباع فقهاء يكون عدل*  
*positi sunt in quatuor (Urbis)*  
*partibus Jurisperiti, e quorum judicio officium satellitum*  
*penderet* Abulf. ann. T. 1. p. 62, 5. 168, 9. 186, 15. T. 2.  
 p. 16, 15. 114, 8 - 10. 332, 16. In his, ubi persona mutatur,  
 nos relativo pronomine enunciationes arctius jungere possu-  
 mus: sed in arabismo simplicem consilii notionem juncturae  
 inesse eo probatur, quod post definitum nomen relativum  
 الذي insertum (§. 712 sqq.) non legitur.

- 619 Hinc imperfectum verbis quibusdam, quae notionem  
 suam alio verbo non possunt non complere, simplicis com-  
 plementi instar adjungi potest. Solet quidem in his imper-  
 fectum plerumque per relativum <sup>ان</sup> *ut* dilucidius paulo ad-  
 jungi, cf. §. 625; sed arctior junctura, quae per se non  
 mala est, in quibusdam aut usu frequenti introducta aut li-  
 cita saltem et poetis novata est. Sunt ea 1) verba notionis  
 generalioris, impetum et motum ad actionem notantia, ut  
 actio haec e mente agentis futura imperfecto adjungatur.  
 Frequentius ita proxime imperfecto junguntur <sup>قد</sup> *استطاع* et <sup>قد</sup> *قد*  
*posse (potuit faceret i. q. ut faceret, seu facere)* Abulf.  
 ann. T. 2. p. 362, 10; rarius <sup>شاء</sup> *et اراد* *voluit, ut اريد انظر*  
*volo cernere* T. I. p. 104, 1; in Korano e lege est *ان اراد*.  
 In quibusdam vulgaris lingua brevitati magis studet, ut *عرف*

١٠٠٠  
 عرف ان يفعل Abulf. Locm. f. 25, cl. *calluit natare* ann. T. 2. p. 360, 1. — 2) verba, quae actionem proxime futuram notione suâ involvunt. Quae inter frequentissimum est *كاد* *parum abfuit quin* —, quod semper ad subjectum ipsum trahitur, et e lege proxime cum imperfecto jungitur, ut *كادت النفس تزهد* *parum abfuit quin anima exspiraret*, *يكاد البرق يخطف ابصارهم* *parum abest quin fulmen oculos eorum auferat*; rariora sunt, sed ejusdem notionis et juncturae, *الم* *proprie prope venire, prope esse* Ham. p. 385, *كرب* et *اوشك*. Omnia haec rarissime cum *ان* ponuntur; at *عسي* suspicionem rei exprimens, quod plerumque simul impersonaliter construitur, externam conjunctionis *ان* juncturam amat, ut *عسي ان تكروهوا شيا وهو خير لكم* *evenit* (fortasse), *ut rem quamvis vobis bona sit odio habeatis* Sur. 4, 18. Abulf. ann. T. 2. p. 358, 6. Interim *عسي* non personaliter tantum jungi potest, ut Sur. 9, 104: sed etiam poetice sine *ان* proxime imperfecto praeponi, ut *عسي يري* *fortasse ignem tuum videbit praeteriens* cf. Ham. p. 434. Negatio accedens propter arctissimam juncturam semper verbo primo loco posito praepositur, ut *ما كادوا يفعلون* *paene non fecissent*, *لا يكاد يبين* *vix potest perspicue loqui* Sur. 43, 61, *ما عسيتم ان تفعلوا* *fortasse non facietis* Tab. p. 234, antep. Notandum et hoc, *عسي* et *كرب* non esse in usu nisi in perfecto, cum in notionem adverbii fere transeant. Simile est *لعل* §. 491, quod prorsus jam verbi

flexionem exuit, rarius cum <sup>ن</sup>أن positum ut Tab. p. 240, 7.

- 620 2) Imperfectum *praesentis* notionem tenens verbo aponi potest. Hoc imperfectum participii, quod hebraea et plus etiam syriaca lingua notione *durantis* usurpat, vicem tenens latissime propagatum est; potestque ubicunque *status*, quo actio prius nominata concipienda sit, describendus venit, imperfectum adjungi, ut <sup>ن</sup>أرسل <sup>ن</sup>بعلنه <sup>ن</sup>بذلك <sup>ن</sup>misit *nunci- cians ei haec*, <sup>ن</sup>من <sup>ن</sup>مات <sup>ن</sup>بشهاد أن <sup>ن</sup>لا <sup>ن</sup>إله <sup>ن</sup>إلا <sup>ن</sup>الله <sup>ن</sup>دخل <sup>ن</sup>الجنة <sup>ن</sup>qui *moritur testans non esse nisi deum unum, paradisu- sum intrabit*. Porro vero multis verborum classibus, quae per se rem durantem seu in statu quodam versantem describunt, imperfectum semper proxime adjungitur. Suntque ea

- 621 a) verba *incipiendi*, quae ita juncta in arabismo semper initium status cujusdam seu actionis diutius durantis notant, quanquam spatium temporis durantis pro re ipsâ valde esse potest diversum. Frequentissimum hujus generis verbum est <sup>ن</sup>جعل <sup>ن</sup>بتشاجران <sup>ن</sup>coeperunt *altercari invicem*, per tempus aliquod continuum, <sup>ن</sup>جعل <sup>ن</sup>بشرب <sup>ن</sup>تارة <sup>ن</sup>وبلهو <sup>ن</sup>inceptit *modo bibere modo ludere*, quod utrumque haud dubie repetitis vicibus fecit, <sup>ن</sup>جعل <sup>ن</sup>قارون <sup>ن</sup>بقول <sup>ن</sup>با <sup>ن</sup>موسي <sup>ن</sup>inceptit *Karun dicere: o Moses, miserere mei, et Moses dicere: o terra absume eos*, ubi per spatium aliquod utrumque verba sua iterare vides, v. Abulf. ann. ant. p. 32, 15. musl. T. I. p. 70, 9. 10.

T. 2. p. 42, 14. 46, 4. 86, 16. 345, 4 etc. Similiter اِبْتَدَاتٌ incepit Roma reperiri i. e. Urbs insignis haberi Abulf. ann. ant. p. 168, 8. اَخَذَ musl. T. 2. p. 8, 17. 372, 6. 7. شَرَعَ p. 318, 10. 12. ann. ant. p. 84, 3. اَقْبَلَ Eutyech. ann. T. 1. p. 26, 16 <sup>1)</sup>; عَلَتَ Tab. p. 70, 13. اَنْشَأَ, اَنْشَأَتْ, اَنْشَأَتْ, طَبَقَتْ, nec non ذَهَبَ Abulf. ann. T. 1. p. 184, 10. 186, 2. <sup>2)</sup>.

b) Verba. quae durationem in statu quodam seu actionem continuam semperque repetitam exprimunt, ut بَقِيَ *manere*, v. c. بَقِيَ نَزِيدُ پُرَاسَلِ اَبْنِ بُوَيْبِ وَبِسْتَدَعِيهِ وَابْنِ بُوَيْبِ بِعَنْدَرِ وَ بَقِيَ نَزِيدُ پُرَاسَلِ اَبْنِ بُوَيْبِ وَبِسْتَدَعِيهِ وَابْنِ بُوَيْبِ بِعَنْدَرِ *continuo Zaid ad Ibn-Buvaihi mittere eumque ad se vocare, et hic recusare nec sistere se* Abulf. ann. T. 1. p. 376, 9. T. 2. p. 280, 5. ann. ant. p. 16, 2. 50, 7. 56, 1. 2. دَامَ p. 24, 9. اَسْتَمَرَ p. 36, 20. اَقَامَ ann. musl. T. 2. p. 54, 1. Eutyech. ann. 1. p. 38, 11. رَسَا Div. Hud. apud Schult. ad E. H. p. 556. Eodem pertinent اَعَادَ *identidem facere* Ham. p. 323, ظَلَّ *continuo per diem facere* Sur. 56, 67, بَاتَ *per noctem* Abulf. ann. T. 2. p. 382, 1;

1) in Locm. fab. et N. T. frequentius; videtur vox syriaco-arabica.

2) apud Syros semper participium adiungitur; cf. gr. hebr. min. §. 561. Ceterum quam frequens sit haec locutio ad actionem durantem describendam, ut pateat, cf. illud ἤρξαντο παρακαλεῖν Marc. 4, 1. 5, 17 et جعل يعلمهم Marc. 4, 2. Erp. pro graeco ἐδίδασκε.

nec non omnia haec ما نزال *non desiiit*, ما بقي وما دبرح et ما انفك *non defecit* i. e. continuavit facere usque ad temporis terminum, ut Abulf. ann. T. 1. p. 176. T. 2. p. 18, 8. 36, 13. 38, 6. 42, 10 etc. Caab b. Z. v. 43. Ibn. Khac. p. 33, 6.

623 c) Denique omnia verba huc pertinent, quae simpliciter *esse*, *feri* denotant, vel *versari* tempore quodam hoc illudve agendo. Nam haec omnia imperfecto actionem statu hoc versantem describente proxime complentur. Frequentissimum hujus generis est ipsum كان, quo imperfectum simpliciter in praeteritum transfertur §. 208; صار magis denotat *feri agentem*, seu *coepisse agere* Abulf. ann. ant. p. 132, pen., uti et rarius verbum آض; alia a temporis proprie puncto desumta أسفر, أصبح Sur. 46, 25. etc. v. infra §. 657 explicita.

624 2. Modus *naçbatus* seu *obliquus* vel *subjunctivus* cujus sit indolis, §. 209 universim dictum est. Ut accusativus rem ab actione tactam vel motam, ita subjunctivus ei respondens actionem notat, quae ut fiat, ab alià re movetur, seu quae facienda aliunde pendet, et alio se refert. Actio per se semper *facienda* est, futura; sed sistitur ut ab alià re mota, conditionibus et consequentiae rerum subjecta. Hinc fit, ut latino conjunctivo cum particulà *ut* respondeat. Sed ut in nomine casus obliquus ex semiticae linguae indole praeponi nequit totusque a subjunctione pendet, ita nec modus hic *naçbatus* per se vel ab initio sermonis stare potest, sed conjunctionibus tantum idoneis subjunctus reperitur. Monstrandum jam id per singula:

625 1) Frequentissimus ejus usus est post simplicem conjunctionem أن *ut*, si verba voluntatis praecedunt, ut أن ارد ان









*ut eum verberaret*; nota praesertim frequentem hanc locutionem:

ما كذت لأفعله *non sum is, ut hoc faciam* i. e.

non sum ita comparatus, ut hoc facere velim, لم تكن

استسئزلهم *non is fuisti, qui eos seducere velles possesse*

Sur. 3, 180. 15, 33. Tab. p. 226, 15. 244, 13. 14. Ibn-Khac. p. 56, ult. p. 198. Harir. p. 71, 7. Kos. chr. p. 103, 9  
Quodsi negatio accedat, ea non proxime voci ∫ adjungitur,

utpote quae ex origine praepositio est; sed semper أن simul interponitur, quod primitus praepositioni ante verba ponendae semper succedit §. 722; unde negativum est لَمَّا، voci-

bus diversis in unum conflatis, gr. *ἵνα μή*.

Ejusdem notiois, sed gravior est conjunctio *ὅπως* كَيْ §. 481, 2 vel disertius cum illo ∫ dictum *لكي* (germanicum *auf dass*); cum negatione *كَيْلَا* vel *كَيْلَا* *ὅπως μή*. Ea conjunctio paulo rarior est, v. infra §. 740.

- 627 2) Deinde subjunctivus particulis aliquot postponitur, si e totâ sermonis vi et nexu actio haec ut a priori demum pendens eique subdita sistitur per se; quod si fit, particulae quidem simplice et proximâ notione ponuntur, sed verbi iis subjuncti modus notionem, quae in universo nexu sermonis elucet, singularem aptius indicat. Fitque id varie:

حتى conjunctio *eo usque ut, donec*, si notat finem actionis seu actionem eo usque continuatam, donec quod quis voluit assequatur, ut

أجره حتى يسمع كلام الله *recipe eum donec audiat*

i. e. hoc consilio ut tandem audiat *dei verbum*, نطاعن

عَدَاً نَا حَتَّى يَهَيِّجَ الْمَاجِدَ *confodimus hostes nostros, donec*  
 i. e. *ut appareat gloria* Amru ben K. M. v. 40. Potest  
 tamen etiam actionem notare eo usque differendam vel non  
 faciendam, donec fiat vel factum sit, quod necessario sit prius  
 faciendum, praesertim post jussivum qui cum imperativo  
 omnino cum حَتَّى frequentissime ponitur; ut لا تَدْخُلُوا بَيْوتَنَا *ne ingredia-*  
 نَا بَيْوتِكُمْ حَتَّى تَسْتَأْذِنُوا وَتَسَلِّمُوا عَلَيِّ أَهْلَهَا *mini domos praeter vestras, donec veniam petieritis et*  
*incolas ejus salutaveritis* Sur. 24, 28. Henz. fr. p. 62, 6.  
 Tab. p. 9, ult. Potestque subjunctivus vel ad rei praeteritae  
 narrationem traduci, modo non finem quis assecutum esse,  
 sed eum voluisse tantum assequi, dicatur, ut مَنَعَ دُخُولَ *prohibuit ne femina*  
 امْرَاةٍ إِلَى دَارِ الخِلافةِ حَتَّى يَعْرِفَ مِنْ فِي *chalifarum palatium ingrederetur, donec quaenam esset,*  
*compererit* Abulf. ann. T. 2. p. 368, 15; vel in finem rei  
 لما مات المنذرُ *instantem tantum narratio praeparatur, ut*  
 حضر أصحاب المنذر في مكانين حَتَّى يَنْقِذَهُم العلاءُ *cum Mundar*  
*moriebatur, ejus amici in abditis locis erant, donec eos*  
*liberaret* Elala Tab. p. 184, 10. 192, 11. 13. 206, 15. 16.  
 Latini in his ubique similiter conjunctivo utuntur. — Ubi  
 vero حَتَّى simpliciter tempus describit, naçbatum non flagitat,  
 ut حَتَّى يَقُولُ *donec dicebat* Sur. 2, 214 (nam varia lectio,  
 quae hic est, e grammaticorum interpretatione diversâ orta  
 est).

قِي ex §. 727 consequentiam denotans si post imperativum, 628  
 jussivum vel sermonem alium de tempore praesente vividum rem  
 futuram, quae e prioribus necessario sequatur, proponit, subjec-  
 tivum, qui consequentiam hanc ut animi motum inde effectum simul

insigniat, sibi postponit, ut semper Latini in his *ut cum* conjunctivo ponere possint. *اغفر لي يا ربي فادخل الجنة* *ignosce mihi*

*o domine, ut paradisum intrem, هل يزيد في الدار فامضي اليه*, *num Zaid domi suae est, ut ad eum me conferam?*

*لستنا كمن كنتم تصيبون سلة فنقيل ضيها او نحكم قاضيها* *non sumus ut quem inveniebatis praedatorem, ut recipiamus injuriam aut ad judicem provocemus* Ham. p. 55.

*قد كنت في خير فتعرفه* *vix fortunam attigisti ut eam noveris* Kam. p. 405, 7. Post jussivum negativum latine hoc *ne*

per *ne* vertere licet, quanquam notio ejus ipsa minime mutetur, *لا تسعوا مقاتلتهم فيذهبوا ينصيبكم من هذا الامر* *ne sermoni eorum obtemperate ut proinde auferant i. q. ne auferant partem vestram ex hoc imperio* Tab. p. 36, 20.

*لا تؤاخذني فاهلك* *ne castiga me, ut ne peream.*

Similem ob notionem subjunctivus sequitur voculam *اذ* vel *اذن* §. 490, si consequentiam e proxime antecedentibus, ut animi motum seu consilium, describit, ut si quis dicenti: *ego te cras invisam* respondet *اذن اكرمك* *tum te*

1) decurtari Kam. dicit rarissime in *ذن*. Sed falso quis *اذن* ex *اذن* vel *اذن* ex *ان* compositum esse recentius opinatus est, quod nec per se ullo modo verisimile est nec Arabum testimonio firmatur. Accedit quod opinio haec perverso isto fundamento nititur, quasi subjunctivus ubique e magica voculae *ان* vi penderet.

*honorabo!* 1) i. q. age, fac hoc ut te honorem. In hoc prudens quisque اذن a نى ita tantum differre judicabit, ut نى in juncturâ arctiore, اذن in minus arctâ, velut ab initio responsionis, collocetur; notio autem subjunctivi utrimque eadem est.

Vel و simplex copula subjunctivo praeponi potest, simili verborum statu, quem in نى vidimus, hoc tamen inter و et نى discrimine necessario intercedente, ut و non consequentiam temporis denotet, sed cogitationem priori subordinatam remque eodem tempore simul gerendam, ut لا تنه عن الخلف <sup>صودون</sup> ut ipse simul <sup>صودون</sup> similes <sup>صودون</sup> proferas, <sup>صودون</sup> ne reprobas <sup>صودون</sup> mores, ut ipse <sup>صودون</sup> simul <sup>صودون</sup> similes <sup>صودون</sup> proferas, <sup>صودون</sup> num edes <sup>صودون</sup> piscem ut simul <sup>صودون</sup> bibas <sup>صودون</sup> lac? Simplex per و junctura ex vetere linguae indole permansit: sed in modo notio exactior est expressa. Quodque hic in modo cernimus, idem jam in accusativo observavimus §. 564.

أو <sup>ع</sup> aut si ante enunciationem priori arctius nexam notat 629 nisi forte e contrario sit ut illud fiat, necessario subjunctivum comitatur, velut si quis post verba: deus ad homines per revelationem tantum loqui potest, dicat: <sup>ع</sup> أو <sup>ع</sup> يرسل <sup>ع</sup> رسولاً <sup>ع</sup> فيبوي <sup>ع</sup> إليه: <sup>ع</sup> aut mittat i. q. nisi forte sit ut mittat legatum eique revelet quae vult Sur. 42, 50. 51. 3, 72; <sup>ع</sup> لا <sup>ع</sup> تقتلن <sup>ع</sup> الكافر <sup>ع</sup> أو <sup>ع</sup> يرسلن <sup>ع</sup> profecto interficiam paganum, aut i. e. nisi Moslemus fiat, <sup>ع</sup> نحاول <sup>ع</sup> ملكاً <sup>ع</sup> أو <sup>ع</sup> نموت <sup>ع</sup> ونعذرا <sup>ع</sup> recuperabimus regnum nisi

1) Germani propius ad arabismum, so ehre ich dich! seu: so will ich dich ehren!

*accidat ut moriamur et excusemur* ita Abulf. ann. ant. p. 134, 5. Potest etiam praecedere perfectum in narratione, ut كَرِهَتْ الرَّحِيلَةَ عَنِ تِلْكَ الْمَدِينَةِ أَوْ أَشْهَدُ بِهَا يَوْمَ النَّزْبَةِ *ut nolui ab hac urbe proficisci, nisi ita ut in eâ diei festo affuissem* Harir. p. 45, 2. 1). Possuntque duo subinde poni, quae excipias, ut لَا أَتَكَلَّمُ أَوْ أَظْفَرُ أَوْ أَقْتُلُ *non loquar, nisi vicero aut interfectus fuero* Tab. p. 166, 13. Sed licet etiam aliâ ratione per repetitum أَوْ disjunctivas duas enunciationes formare, quae utraeque priori subjiciantur; ut لَيْسَ لَكَ مِنْ الْأَمْرِ شَيْءٌ أَوْ يَتُوبَ عَلَيْهِمْ أَوْ يُعَذِّبُهُمْ *nihil prorsus tua refert, sive veniam iis det (deus) sive eos puniat* Sur. 3, 128.

3) Ex omnibus autem, quae jam explicita sunt, subjunctivum patet non posse nisi proxime post conjunctionem poni, nullâ voce intercedente nisi simplice negatione et, si forte interveniat, interjectione vel vocativo; uti nec jussivus poni potest nisi conjunctione praeviâ, ex quâ pendeat. Rarissime poeta quis nudum naçbatum sine أَنْ posuit, si subjunctivi collocatio e nexu verborum satis dilucido hoc ferre videretur, ut أَهْـؤَلُهَا ذَا اللَّامِي أَحْضَرُ الْوَجِي *o tu qui me vituperas, quod pugnae intersim* Taraf. M. v. 56; sequitur ibi in sequenti membro وَأَنْ *et quod cum naçbato alio.*

630 3. De modo *g'ezmato* v. §. 310 dicta et quae deinceps dicentur. Hic de finibus breviter dicendum, quibus *jussivi* proprie ita dicendi usus in arabismo circumscriptus est.

1) novâ ratione أَوْ ذَقُولُ *aut* (nisi hoc ita fuit, ut diximus) *dicendum* nobis esset Ibn-Khaldun in Sac. chr. T. 2. p. 122, 12. 127, 1.

Scilicet plurima jam antiquae libertatis vestigia in jussivi usu abolita sunt, perinde ac lingua franco-gallica conjunctivo sine conjunctionibus uti nequit. Per se enim et ab initio sermonis jussivus amplius non dicitur, sed fortius quaerit fulcrum quo sermo concitatus incipiens nitatur. Id autem varium est.

Sufficit jam negatio simplex, ut <sup>بِ</sup>بِفَعْلٍ <sup>لَا</sup> *ne faciat* §. 695. Nec minus, imperativus si ab initio ponitur, jussivus simplex fertur, nec tamen orationem novo impetu sumto rectâ continuans, sed imperativo ita subditus, ut simul actionis prioris consequentiam e mente loquentis faciendam indicet; quae quidem frequens et arabismo peculiaris dictio est, v. §. 732. Denique jussivus post particulam *conditionalem* aliasque sensu ei compares in protasi aequae atque in apodosi fertur, ut inde a §. 750 uberius demonstratum ibimus. Si vero jussivus ab initio ponendus est, ut fulcro justo nitatur, <sup>لَا</sup> ei ex §. 472

praefigitur, ut <sup>لَا</sup>بِفَعْلٍ <sup>لَا</sup> *faciat!* hoc enim <sup>لَا</sup> notionem, quae jussivo per se inest, insignit tantum et illustrat. Rarissime poeta quis jussivum nudum sufficere putavit, cujus generis

Arabes versum huncce exempli instar vitandi laudant: <sup>كَمَد</sup>

<sup>تَدِدْ</sup> <sup>نَفْسَكَ</sup> <sup>كُلَّ</sup> <sup>نَفْسٍ</sup> *o Muhammed! redimat animam tuam quaevis anima!* Facilius paulo idem poetae licitum habent,

si in priori enunciatione jussivus jam praecessit, ut <sup>فَلَا</sup> <sup>تَسْتَطَلُّ</sup>

<sup>مَنِي</sup> <sup>بِقَاءِي</sup> <sup>وَمَدَّتِي</sup> <sup>وَلَكِنْ</sup> <sup>بِكُنْ</sup> <sup>لِلْخَيْرِ</sup> <sup>مِنْكَ</sup> <sup>نَصِيبٌ</sup> *ne mihi vitam diesque meos extendas, sed sit mihi felicitatis tuae pars!* vel si vox quaedam cogitandi praemissa est, a qua

jussivus facilius pendeat, ut <sup>قُلْتُ</sup> <sup>لِبَوَابٍ</sup> <sup>لَدَيْهِ</sup> <sup>دَارَهَا</sup> <sup>تَمَذَّنْ</sup> *dixi ad janitorem, penes quem ejus domus erat: veniam des!* 1)

1) v. exempla haec in Sac. chr. 3. p. 528.



631 Omnes autem modos ex imperfecti formâ proximâ s. raf'atâ derivatos, naçbatum aequè ac jussivum et imperativum, etsi bene distinctos, tamen velut ramos ex unâ stirpe enasci exutâque peculiari suâ formâ in communem illum fontem relabi posse, bene tenendum est. Nam ut ab initio sermonis modi hi satis distincti sunt, ita eo progrediente vel impedimento accedente vi modi peculiaris obtusâ facile in raf'atum transeunt. Inde haecce explicantur: 1) Imperativus, si longius continuandus esset, facile in imperfectum transit, ut quae facienda sint, sedatius jam in futuro describantur <sup>1)</sup>; fitque id v. c. e lege, si <sup>تُم</sup> *tum* interponitur, ut Tab. p. 148, 7. — 2) Facilius jussivi et naçbati vis per plura verba copulâ juncta perdurat, nec <sup>تُم</sup> impedimentum injicit, ut Sur. 3, 78. 43, 13. 47, 11. 48, 2. 3. 25. 49, 6. Tab. p. 9, ult. 10, 1. 96, 1. Interim post naçbatum haud raro raf'atus redit in oratione per copulam continuatâ, ut Henz. fr. p. 62, 6. 7; potestque negatio accedens vim conjunctionis naçbatum flagitantis adeo frangere, ut post <sup>أَنْ</sup> <sup>عَ</sup> <sup>أَنْ</sup> <sup>عَ</sup> ex <sup>أَنْ</sup> <sup>عَ</sup> <sup>أَنْ</sup> <sup>عَ</sup> compositum naçbatus non minus quam raf'atus feratur, testante Tebrizio ad Ham. p. 196. Gravior est jussivi continuandi constantia, quae quâ ratione infringi possit, v. infra §. 750 sqq.

632 II. Integra enunciatio verbalis, subjecto et verbo constans, uni verbo ita subjungi potest, ut subjectum illud in accusativum transeat, verbum autem ejus ei semper postponendum hoc ipso vocum ordine ut subjunctum discernatur. Est haec eadem structura, quâ Latinis accusativus cum infinitivo verbo uni transitivo subjungitur: in arabismo simplicius tantum et laxius verbum finitum enunciationis subjunctae servatur, sed ita, ut ex ipsâ vocabulorum série subjunctum dignoscatur. Verba autem vi hac insignia sunt verba transi-

1) in hebraismo idem etiam frequentius fit, cf. gr. hebr. cr. p. 556.

tiva *videndi*, *audiendi*, *sentiendi*, *putandi* et similia, quae frequentioris usus sunt omnia. Ita 1) si verbum subjunctum

rem simpliciter perfectam et praeteritam describit, ut <sup>رَأَيْتَهُ</sup> رَأَيْتَهُ

*vidi eum jam fecisse illud*, <sup>رَأَوْهُمْ لَمَّا بَعَجَرُوا</sup> رَأَوْهُمْ لَمَّا بَعَجَرُوا

*viderunt eos non transiisse*, <sup>أَظُنُّهُمْ قَدْ مَاتُوا</sup> أَظُنُّهُمْ قَدْ مَاتُوا *puto eos jam*

*mortuos esse*; similiter <sup>هَدَيْتُكَ أَعْتَسَقْتَ اللَّيْلَ</sup> هَدَيْتُكَ أَعْتَسَقْتَ اللَّيْلَ *da i. e. fac,*

*pone, te noctu in devia aberrasse* Ibn - Khac. p. 36, 5. 1).

Hic verbum finitum semper subjungendum est, cum participium, quod fortasse iis substituatur, non adsit, cf. §. 633 sqq.

— 2) Si verbum subjunctum praesentis loco est, ut <sup>رَأَيْتَهُ يَمُوتُ</sup> رَأَيْتَهُ يَمُوتُ

*vidi eum mori seu morientem*, <sup>سَمِعْتُهُ يَقُولُ</sup> سَمِعْتُهُ يَقُولُ *audivi eum*

*dicere*, <sup>أَفْتَرُونِي أَقْتُلُ أَخِي</sup> أَفْتَرُونِي أَقْتُلُ أَخِي *putatisne ergo me fratrem meum*

*interficere?* Porro si actio in futurum tempus transire co-

gitanda est, ut <sup>مَا تَرَانِي أَصْنَعُ بِكَ</sup> مَا تَرَانِي أَصْنَعُ بِكَ *quid putas faciam i. e.*

*mihī faciendum esse tecum?* Tab. p. 184, 18. 246, 6;

quanquam ubi futurum diserte distinguendum est, sensus di-

lucidior redditur circumscriptione, qualis haec est: <sup>لَا أَرِي أَنَّهُ</sup> لَا أَرِي أَنَّهُ

*non puto eum ad nos*

*venturum esse.* Hic autem, cum participium ex §. 634 sq.

substitui possit, verbum finitum saltem non necessarium est;

aequo enim jure dicitur <sup>رَأَيْتَهُ مَا نَتَا</sup> رَأَيْتَهُ مَا نَتَا *de praesente, et vel ما*

*cum illo alternans* Tab. p. 244, 16. — Quod-

1) eundem usum hujus <sup>هَبْ</sup> هَبْ v. Sac. anth. p. 445; et diductius dictum

<sup>هَبْ أَدْنَى</sup> هَبْ أَدْنَى Taalibi c. 8.

si verbum ex his transitivum in passivum abeat, e §. 546 misso accusativo verbum finitum statim subjungitur, ut <sup>سَمِعَ</sup> <sup>وَقَالَ</sup> <sup>أَمْرٌ</sup> <sup>يَقُولُ</sup> *auditus est 'Amr dicens*, vel *auditum est, 'Amrum dicere Sac. chr. T. I. p. 494.*

## 2. De participio et infinitivo.

633 Nomina haec verbalia quatenus nominum reliquorum normam legesque sequuntur, supra in doctrinà de nomine explicita sunt; sed quà ratione ad verba propius accedant eque verborum indole usus eorum pendeat, hic distinctius exponendum est.

*Participium* personam vel rem ponit, cui verbi notio insit. Quà ex notione et vi duplex promanat ejus usus praecepius. Nam aut brevis ita participio ponitur denotatio *personae* agentis vel patientis, cui si velis verbum finitum cum pronomine relativo substituas, ut *agens* i. q. *qui agit*; aut participium datà operà eligitur, ut *statum* agentis *durantem* describat. Praedicati enim loco positum a verbo finito actionis exercitationem describente per se ita differt, ut actionem certo quodam temporis spatio fixam, *durantem* proponat. Hinc participium in linguis semiticis praedicati vice positum temporis paene verbi peculiaris vim hanc induit, ut actionem *durantem* seu praesentem depingat vario usu. Quod idem quatenus in arabismo obtineat, jam primo loco age fusius demonstramus.

634 1. Participium verbi vice ad *statum* depingendum in arabismo rarius est quam in hebraismo multoque minus frequens quam in aramaismo; imperfecti enim usus in his maxime invaluit, cf. §. 206 sqq. Nec participium verbi loco est nisi e legibus hisce:

1) In enunciatione per se stante participium actionem longius *durantem* nuncque permanentem sistit, ut <sup>سَمِعَ</sup> <sup>وَقَالَ</sup> <sup>أَمْرٌ</sup> <sup>يَقُولُ</sup> *سَمِعَ* *أَمْرٌ* *يَقُولُ*

*Muhammed dormit*, hoc ipso quo loquimur momento,

هوآي مع الركب *esurio* Abulf. ann. T. I. p. 70, 10. أنا جامع

الجهانبي مصعد *amor meus cum equitibus Jemanensibus*

*ascendit* Ham. p. 22 cf. p. 382, 5 a f. et alia multa. Hic imperfectum saepe promiscue ponitur: sed in prosâ tamen oratione discrimen plerumque servatur hoc, ut actio celerius transiens vel motus et cursus continui imperfecto, status contra magis

durantis participio notetur <sup>1)</sup>). Potest etiam poetice ان §. 488

praeponi, quod bene statum commonstrat, ut أنا محبوك

*en nos salutamus te* Ham. p. 45. 400.

Sed cum participium ita rem in statu praesenti versan- 635  
tem monstret, pro sententiae ratione *futuram* quoque rem vel *instantem* vel *vividius* expressam tantum ut animo praesentem et certam obversantem notare potest, atque hic propriam fere sedem tenet participium.

Sic: كل نفس ذائقة الموت

*omnis homo gustabit mortem*, نريد ناكح ابنه غدا نربيدة

*Zaidi filius cras Zubaidae nubet*, أنا قاتله *interfecturus*

*sum eum* Tab. p. 62, 14; et in passivo هذا معتول *hic interficiendus est* p. 218, 9. Idemque in enunciationibus annexis cernitur, ut

انهم ملاقوا ربهم *putant se coram*

*domino suo apparituros esse* Kor., قد اطارق بنظر ما هم

*tacuit exspectans, quid illi facturi essent* Tab.

1) cf. κλεισθε per τῆσκον, sed καθειθε per τῆσκον redditum ab Arabe Erp. Marc. 5, 39.

p. 126, 9 (pro quo v. 10 بِصَنَعُونَ, cum imperfectum non falsum, sed minus distinctum sit) cl. p. 60, pen. 98, 10. 11. Abulf. ann. ant. p. 54, 7. 60, 4. Saepius tamen futuri notio praeposito أَنْ acuitur, ut hebr. אֲנִי אֶתְּלֹךְ eidem fini inservit, ut أَنْتَ خَارِجٌ وَقَاتِعٌ أَبْدِيهِمْ وَضَارِبٌ ego te interficiam, وَأَعْنَاقِهِمْ وَصَالِبِهِمْ en ille prodibit, manus abscindet, cervices secabit et cruci eos figet, unde simul plura participia unâ serie sic se excipere posse patet; أَنْتَ مَيِّتٌ وَأَنْهُمْ مَيِّتُونَ tu morieris et illi morientur Tab. p. 6, 17 sqq. 8, 19. 180, 10. 184, 2. Sur. 3, 54. Abulf. ann. ant. p. 32, 19. 21. musl. T. I. p. 214, 10; rarius هَا §. 494 praeponitur, ut هَا أَنَا سَائِرُ الْبَهَائِمِ en ego contendam ad eam p. 138, 11.

Cumque participium tam frequenter futurum instans notet, non mirum quod nonnunquam jam كَانَ ei praepositum novum format tempus compositum, ex eorum quae §. 202. 208. 213. descripta sunt indole; oritur enim sic futuri praeteritum, ut كَانَ مَفْعُولًا res quae erat facienda Wakidi Aeg. p. 53, 16. 59, 13. — مَا كَانَ كَانًا لَوْ quid futurum esset si — Tab. p. 174, 12.

- 636 2) appositum participium ejusdem ubique notionis est, sed status, quem participium depingit, pro tempore, in quo describendo oratio versatur, vario varie concipitur; potest enim hic status ad praeteritum, praesens vel futurum pertinere. Ita أَنشَدَ وهو بحبوس بمكة cecinit dum in vinculis erat Meccae, دَعَايَ الْمَسْمُونِ وهو واخوة جالسان علي شاطي نهر

فَقَالَ *vocato mihi Mamun, ipse cum fratre ad fluvii ripam*

*considerans, dixit, جَدَّ الْمَهْدِيِّ فِي الْهَرَبِ وَقَدِمَ طَرَابُلُسَ الْغَرْبِ*

*Mahdi in fugâ properans Tripolim*

*Africae pervenit, زِيَادَةُ اللَّهِ مَتَوَقِّعٌ عَلَيْهِ*

*ex iis est, quos feminae*

*conceperunt, dum nectunt ligamenta vestis (i. e. abiturae,*

*renitentes) Ham. p. 35. potestque vel in rei praeteritae re-*

*petitae narratione participium hoc statum durantem descri-*

*bens apponi, ut Abulf. ann. T. 2. p. 340, 9. 12. Praesens in*

*hoc describitur: مَنْ مَنِ بِسَلَامٍ وَجْهَهُ إِلَى اللَّهِ وَهُوَ حَسِينٌ*

*qui ad*

*deum se totum convertit bene faciens Sur. 31, 22; futu-*

*rum Sur. 42, 22. Potest etiam praecedere enunciatio parti-*

*cipialis, ut in hoc: بَيْنَا إِذَا رَاكِبٌ — فَسَمِعْتُ نَدَاءً مِنْ وِرَاءِي*

*interea dum equitabam, audivi clamorem a tergo. Appa-*

*ret vero e §. 620, hic imperfectum quoque in praeterito poni*

*posse; atque imperfectum adeo frequentius est. Discrimen*

*autem in his iisque, quae proxime sequentur, iterum hoc in-*

*tercedit, quod participium magis statum actionis immutatae*

*et immotae seu conditionem magis quam actionem describit,*

*ut وَهُوَ وَاقِفٌ يَنْظُرُ *dum ipse stabat videns, (vel, quod ad**

*idem redit, وَهُوَ وَاقِفٌ نَاطِرًا cf. Kos. chr. p. 68 penult. cum*

*p. 85, 3;) v. Kos. chr. p. 68, pen. 78, 9. 10. 96, 14. 117,*

*13. 14. Sur. 42. 44. Henz. fr. p. 91, 4. Freyt. chr. p. 31, 1.*

Quodsi persona participii eadem est quae subjecti ver- 637  
baque ambo e sensu sermonis universo arctius cohaerent,  
participium statim verbo priori subjungi potest, in accusativo

igitur ex §. 552 efferendum, ut وَصَلَ رَاجِعًا venit rediens,  
 حَجَّ هَارِبًا خَرَجَ هَارِبًا exiit fugiens, عَادَ مِنْهُمْ مَاشِبًا  
 peregrinatus est ad aedem sacram pedes, اسْتَوَى جَالِسًا  
 erexit se (cum prius cubisset) sedens Abulf. ann. T. 2. p. 136, 4;  
 قَالَ مُخَاطِبًا نَفْسَهُ dixit alloquens se ipsum; possuntque  
 pluram etiam participia subungi, ut جَاءَ زَائِرًا وَمُعَظِّمًا لِهَذَا الْبَيْتِ  
 venit visitans et venerans hanc domum T. 1. p. 124, 8. <sup>1)</sup>  
 Hinc etiam verbis illis, quae §. 621-23 imperfectum sibi sub-  
 jungere dictum est, participium subjungitur, si notio status  
 durantis participio magis favet; praecipue huc pertinet  
 لَمْ يَبْرَحْ, لَمْ يَبْرَحْ non desiit esse in hoc statu <sup>2)</sup>, ut  
 مَا دَامَ الْغَضَبُ, مَا دَامَ الْغَضَبُ non desiit captivus teneri,  
 قَالِبًا عَلَيْكَ quousque ira continuabit subigere i. q. subiget  
 te, مَنَحَرًا عَلَيَّ نَفْسِهِ mansit i. e. perrexit cavere sibi,  
 مَا نَزَالَ مَأْكُولًا <sup>3)</sup> non desinit devorari  
 i. e. semper devoratur, مَا أَذْفَكَ مُشْعِرِي non desiit docere  
 me cf. Abulf. ann. T. 2. p. 48, 5. 120, 5. 270, 5. 6. 284, 12.

1) in versionibus e graeco arabicis participium hoc nonnunquam latiori  
 sensu adhibetur, graeci sermonis exemplo, ut وَقَفَ مُسَلِّمًا قَائِلًا  
 stetit salutans, dicens Lokm. fab. 6.

2) graecam hanc esse structuram, satis notum est. Sed origo ejus  
 in semiticis linguis facilius perspicitur quam in graecà, licet apud  
 omnes populos usus hic participii ex ejus notione promanet.

3) nominativus sic pro accusativo, propter rhythmum.

362, 2. ann. ant. p. 40, 17. Ham. p. 194. Caab ben Zoh. carm. v. 50. Ibn-Khac. p. 22, 2. Similiter عودِي مَبْنِيَّةٌ *redi i. e. iterum reddere aedificata*, denuo aedificare Abulf. ann. ant. p. 76, 6.

Denique eâdem ratione participium nonnunquam verbo 638  
 كان subjungitur, ut *كانَ نائِمًا habitabat illo tempore* Abulf.  
 ann. ant. p. 142, 7. كانوا راجعين *redibant*, in reditu erant eo  
 ipso, quo res nova accidit, tempore Tab. p. 156, pen. Dis-  
 crimen participium inter et imperfectum similiter usitatum  
 §. 208, si quod est, eo redit, quod participium statum ma-  
 gis rei haud motae immutatum exprimit, imperfectum rem  
 celerius transeuntem vel repetitam, ut in somnio describendo:  
*undecim baculi longi مَرَكُوزَةٌ كانتَ erant fixi in terrâ,*  
*et ecce baculus minor superveniebat تثبُّ عليّ* Sac. anth.  
 p. 127, 18. Interim discrimen hoc non ubique sibi constat,  
 cum participium omnino multo rarius factum sit.

2. Ab hoc participii usu prorsus diversus is est, quo 639  
 brevius personam cum verbo junctam offert, ut ubique e  
 sensu locutionis in pronomen aliquod relativum cum tertiâ  
 verbi finiti personâ possit resolvi. Hoc participium unice e  
 verborum nexu ita pendet, ut, ubicunque brevior haec di-  
 cendi formula apta sit, participium potius habeatur. Igitur  
 nil refert, utrum subjecti an praedicati loco sit; utque no-  
 mini vulgari prorsus par est, ita articulum ubique ferre pot-  
 est. Nec temporis certi notio participio huic inest; nam  
 nexu verborum ita ferente et imperfectum et perfectum in  
 participium transire potest. Primum igitur praesens aoristum  
 ei inesse potest, ut *اناَ البازِلُونُ en nos sumus profunden-*



tes i. e. illi qui profundunt opes 'Amr .b. Kel. M. v. 90. 91. Sed praeteritum quoque, ut ex actionis ratione apparet; velut <sup>و</sup><sup>و</sup><sup>و</sup> المـهاـجرـون *profugientes* i. e. ii qui cum Mohammede profugerunt, seu profugerant; <sup>و</sup><sup>و</sup> هو قاتل أخيه *is est qui interfecit fratrem suum*, <sup>و</sup><sup>و</sup><sup>و</sup><sup>و</sup><sup>و</sup><sup>و</sup><sup>و</sup> عمرو القاتل أبوه محمودا *'Amr, cujus pater Mahmudem interfecit*, ubi ob solam juncturae brevitate et facilitatem القاتل ponitur pro الَّذِي قَتَلَ; similiter <sup>و</sup><sup>و</sup><sup>و</sup><sup>و</sup><sup>و</sup><sup>و</sup><sup>و</sup> كَنَاطِحِ صَخْرَةٍ يَوْمًا لِيُوهِبَهَا قَلَمٌ بِصَرْحِهَا وَادِي قَرْزَةِ السَّوْعِلِ *ut (cervus) qui aliquando rupem percussit, ut eam frangeret, nec tamen ei nocuit fregitque suum ipsius cornu cervus*, ubi participium ob praepositionem <sup>و</sup> positum est brevius pro كالَّذِي نَطَحَ. Futurum autem participio ob sensus ambiguitatem circumscribi non solet, estque id in hebraea quoque lingua rarissime usitatum <sup>1</sup>).

640 Nomina in statu constructo tantum usitata §. 516 sqq.

participium proxime sibi subjungunt, ut <sup>و</sup><sup>و</sup> كُلُّ خَائِفٍ *omnis qui timet*, <sup>و</sup><sup>و</sup> غَيْرِ خَائِفٍ *qui non timet*; cum nomine definito <sup>و</sup><sup>و</sup><sup>و</sup><sup>و</sup><sup>و</sup><sup>و</sup><sup>و</sup> الْمَلِكِ الْغَيْبِ الْمَغْلُوبِ *rex haud victus cum articulo ante statum constr. ex §. 536. Similiter participia cum substantivum statim introducere possint, frequenter sequuntur exclamationem <sup>و</sup><sup>و</sup> <sup>و</sup><sup>و</sup> §. 349, ut <sup>و</sup><sup>و</sup> يَا جَاهِدًا *o studentem!* i. e. *o eum qui studet!**

641 Postquam ita de participii notione dictum est, breviter de ejus structurâ agendum restat. Quâ de re lex quidem

1) v. gr. hebr. cr. p. 538.

summa haec valet, participium ut infinitivum verbi sui finiti juncturam sequi, ab eaque totum pendere. Igitur si verbum praepositioni jungitur, participium eandem sibi annectit, ut

ان الله على كل شيء قدير *certe deus de omni re potens est i. e. omne efficere potest*, ubi participium intransitivum habes:

ما الله بغافل عما تعملون *non negligit deus id quod facitis*, cf. de عن cum غفل §. 579.

Sed si verbum proxime cum objecto construitur, duae 642 juncturae hic obtinere possunt. Proximum quidem e verbi structurâ hic est, accusativum, qui verbo subjicitur, eundem participio subjungere; sed cum nominum junctura proxima per statum constr. fiat, quae junctura per se accusativi cum verbis juncturae prorsus respondet, participium etiam ubique pro accusativo nominum ceterorum more statum constructum subire potest; cf. §. 525. Neque in status constructi juncturâ apud Arabes refert, utrum participium verbi loco sit nec ne <sup>1)</sup>; nam ex utrâque ratione participium fere ubique aequo jure aut accusativo aut genitivo adjungitur, ut apud poetas arbitrium saepe e metri ratione aptâ pendeat. Genitivi tamen structura brevior in universum potior habetur. Interim accusativi junctura, cum per se laxior sit, frequentior et melior est, si participium in praedicato cum ب praepositione §. 583 indefinite ponitur, ut ما انت يتابع قبلةهم *non tu es qui sequaris eorum kiblâ*; et similiter, si participium post interjectionem يا §. 640 absolute potius ponitur, ut يا طالعاً جبلاً *o eum qui adscendit montem!* Contra genitivi junctura praefertur, si participium ob verborum ne-

1) Apud Hebraeos id discrimen paulo plus valet. Sed omnino apud eos participium in hoc usu ad verba propius accedit.

xum facilem relativum pronomen cum perfecto circumscibit (§. 639), ut *هو قاتل أخيه* *is est, qui interfecit fratrem suum*, cum in his participium a verbi vi temporisque praesentis proximi notione longissime absit totamque nominis vim subeat. Neque tamen et hinc accusativus haud toleratur, si nomen aliquod interponendum arctam status constr. juncturam prohibeat, ut in hoc *عمرو القاتل أبوه محمودا* §. 639. — Cf. praeterea, quae §. 525 jam de usu status constructi monita sunt.

- 643 Quanquam vero status constructus, si nihil ei obstat, in his frequentior sit concinniorque: tamen is magis a verborum nexu externo quam sensu interno et necessario pendet; unde laxioris per accusativum juncturae, non minus probandae, vestigia satis multa adsunt. Nam suffixum primae pers. sing. *ني*, quod verbis proprium accusativum dicit §. 367, in his vel post statum constr. frequentissimum est, ut *هل أنتم صادقون* *fidemne mihi habebitis?* *هل أنتم مطلعون فاطم* *vosne me spectare sinetis, ut spectem?* Possuntque ante suffixa vel soni pluralis et dualis nasales servari, ut *الضاربونك* vel *الضاربوك* *qui te feriunt*, *الضاربان* vel *الضاربان* *duo qui eum feriunt*. Occurrit etiam raro accusativus nominis perfecti post statum constr., ut *الضاربوا زيدا* *qui Zaidum feriunt*. Porro cum genitivus magis e nexu externo pendeat, si nomina plura per deinceps annectuntur, prius tantum post statum constr. in genitivo necessario pronuntiatur, sequentia, cum nexus ille remotior jam sit, in laxiorem accusativi subjunctionem transire possunt, ut *مبتغي جاء ومالا من نهض* *quaerit honorem et*

جَاعِلُ اللَّيْلِ سَكَنًا وَالشَّمْسِ وَالْقَمَرِ حَسْبَانَا  
*opes qui surgit, qui facit noctem ad quietem, et solem lunamque ad cal-  
 culum.*

Quodsi verbum plura nomina in accusativo sibi sub- 644  
 jungit §. 543 sqq., prius participio aut in accusativo subjun-  
 ctum manet aut post statum constr. in genitivum transit, ut  
 هَلْ أَنْتَ طَانٌ عَاقِلًا vel هَلْ أَنْتَ طَانٌ عَمْرًا عَاقِلًا  
*an putas Amrum esse prudentem? Sed tam parum genitivus in his  
 quoque e sensu necessario postponitur, ut poeta ob metrum  
 vel accusativum praeponere possit, ut*

مَا نَزَالَ بِوَقْنٍ مِنْ يَوْمِكَ بِالْغَنِيِّ وَسِوَاكَ مَانِعٍ فَضْلَهُ الْمَجْتَاجِ  
*quicumque te petit, nunquam non opibus satisfit, dum  
 alii (praeter te) beneficia sua vel egeno denegant. cf. de  
 منع §. 543. Personae nomen cum propius sit, مانِعٍ pro-  
 xime quidem cum genitivo الْمَجْتَاجِ construitur, poeta tamen  
 accusativum praeposuit <sup>1)</sup>.*

Ceterum cave ne participium, adjectivi vice dictum, cui 645  
 genitivus descriptivus ex more omnium adjectivorum sub-  
 junctus est, huc referas, ut الرَّحِيمِ الرَّاحِمِ الْقَلْبِ poetice pro  
*misericors, proprie tener animi.*

Sed satis frequenter, et nonnunquam necessario partici-  
 pium activum prorsus absolute positum cum dativo jungitur,  
 de quo v. §. 652.

1) Sur. 14, 47 legitur in cdd. لا تَحْسِبَنَّ اللَّهَ مَخْلُوفٍ وَعَدَدَهُ

رَسُولُهُ *ne putato deum promisso suo legatis non stare, in aliis*

cum edit. Mar. et Petrop. وَعَدَدَهُ رَسُولُهُ quod potius esse videtur.

Nam in poetâ licentia haec facilius fertur.

646 *Infinitivus* solam actionem eloquitur sine personae, temporis vel modi varietate. Quo ipso usus ejus satis definitus est, modo praeterea eum in arabismo non nimis frequenter adhiberi nominisque multo magis quam verbi similitudinem et nexum ferre teneas. Nam 1) usus ejus frequentissimus hic est, ut vulgaris nominis instar aut subjecti loco aut a praepositione vel statu constructo quodam dependens actionem integram eloquatur; multo rarius objecti loco enunciationi subjungitur, ut *novi legere, decrevit mittere*, neque laxius cum praepositione لا (ut hebr. ל, germ. zu) subjungi potest. — Praeterea infinitivus 2) absolute ponitur hebraico inf. abs. conferendus, ut cum emphasi verbi loco breviter dicatur verbique vim et naturam strictius sequatur: quâ re in accusativo effertur, sive in interjectione (§. 565), sive ut actio praecedens explicetur (§. 550), vel ut nova actio priorem exponens post copulam adeo breviter annectatur, ut وَحَفِظْنَا — نَرَبَّنَا *ornavimus et custodivimus* Sur. 41, 12; raro in interjectione paulo sedatiore nominativus requiritur, ut فَاَمْسَاك in loco Koranico mox citando. Omnia tamen haec praeter loquendi genus §. 550 explicitum rarissima sunt. — Sed quanquam infinitivus arabicus ita a verbo secretior est nominique propior, tamen duabus potissimum in rebus verbo fidelius inhaeret a nominibusque reliquis longius distat. Primum hoc est, quod infinitivus nudus praesertim subjecti loco per se positus saepius articulo caret, quem in ceteris nominibus similiter haud desideres; sed in infinitivo, quatenus simplicem verbi notionem nominis formâ indutam eloquitur, articulus haud adeo desideratur, cum actio per se definita videri possit, ut فَصَبِرْ جَمِيلٌ *ergo pati* (patientem esse) *pulcrum est* Sur. 12, 18. قَتَالَ فِيهِ كَبِيرٌ وَصَدَّ عَنْ سَبِيلِ اللَّهِ *interficere in eo* (mense) *est grave vitium; sed deflectere a dei viâ eique non credere gravius est*, فَاطَّلَقَ الطَّلَاقَ مَرَّتَانِ فَاَمْسَاكَ بِمَعْرُوفٍ أَوْ تَسْرِيحَ بِإِحْسَانٍ *divortium bis* (licitum est); *tum retinere* (oportet feminam) *benevolentia*,

*aut remittere benefaciendo* (i. q. benefactis); in accusativo idem obvium esse potest, ut لا يَسْتَطِيعُونَ نَصْرًا *non possunt auxiliari* Sur. 7, 192. Alterum in infinitivorum juncturâ continetur, quâ verbis finitis per se simillimi sunt totique ab iis pendent; cum vero nominum simul instar sint, ut participia, quorum junctura simillima est, quaedam singularia habent, uberius jam exponenda.

Infinitivus in eo prorsus verbi finiti structuram sequitur, 647 quod pro ejus naturâ aut cum praepositione aut arctius nullâ voce intercedente objecto jungitur. Sed cum infinitivo personae agentis denotatio haud insit, si ea omnino necessaria est, nomen, quod in verbo finito subjecti loco esset, idem infinitivo subjungitur. Lex autem structurae universa haec est, ut nomen, quodcunque infinitivo ut nomini proxime succedit, status constructi nexu ei subjungatur; nomina enim concurrentia huc ante omnia ferri, in participiis jam monitum est. Unde structurae variae oriuntur hae:

1. Nomen, quod verbo finito subjecti loco esset, si infi- 648 nitivo annectitur, proxime sub junctum in genitivo pronunciatum, objectum vero, si quod accedit, cum per genitivum proxime annecti amplius nequeat, jam laxius in accusativo sub junctum manet; quae verborum collocatio quantopere toti enunciationis arabicae indoli respondeat, e §. 669 porro cognoscere est.

Ita sine objecto: فِي وَقْتِ مَوْتِ مُحَمَّدٍ *tempore* τοῦ θνήσκειν, s. *mortis Muhammedis*, et in nominativo

كَانَ مَوْتُ مُحَمَّدٍ فِي سَنَةِ أَحَدِي عَشْرَةَ لِلْهِجْرَةِ *erat mori i. q. mors* خروجہ علی الاعباء *Muhammedis anno Heg'rae undecimo, exitus ejus contra hostes.* Cum objecto vero haecce habe:

كَانَ قَتْلُ الْخَلِيفَةِ جَعْفَرًا فِي هَذِهِ السَّنَةِ *accidit interficere Chalifae* i. q. quod Chalifa interfecit G'afarum hoc anno,

اذكروا الله كذکرکم اباءکم *mementote dei, sicut patres ve-*

*stros in memoriam revocatis*, ubi infinitivus a praepositione

ك nomen proxime sibi annectente pendet, قتلوه قتل أخيه

اباهم interfecerunt eum ut frater ipsorum patrem interfecerat, ubi accusativus infinitivi e §. 548 dijudicandus est; et in accusativo a verbo activo pendente, quod rarius fit:

سنكتب ما قالوا وقتلهم الانبياء scribemus id quod dixerunt (mali) et interficere eorum i. e. quod interfecerunt prophetas Sur. 3, 182; frequenter tamen infinitivus in accusativo

pendet a كره detrectavit, noluit قدبر, استطاع potuit paucisque similibus. Objectum quousque pateat, e supra dictis apparet,

كون الانسان مخلوقا هو من اصول الدين esse hominem creatum est inter fundamenta religionis, ubi accusativus e §. 553 explicatur. Apparetque etiam per se, plura objecta uni verbo subiecta post infinitivum non mutari,

ut كرهت اعلام زيد عمرا هذا الامر aegre fero, quod Zaidus Amro hanc rem nunciavit, quod e §. 543. 1 satis jam dilucidum est.

649 Sed cum structura genitivi haec e nexu magis externo promanet, non miramur, quod hic magna oriri potest varietas. Nam primum accusativus objecti praeponi potest, sequente genitivo subjecti, quae tamen ratio rarissima est et poetis potius solis licita ad rhythmici finalis facilitatem juvandum,

ut فسقناهم سوق البغاث الاجادل et fugavimus eos ut milvum fugant accipitres <sup>1)</sup>. Sed plerumque e ratione

1) Sur. 6, 137 idem legitur ex varia lectione; cf. marg. edit. Petropol.

Sed etsi hic post نرين nominativus praestat, legi tamen bene potest

est ex altera ratione قتل اولادهم شركاؤهم.

multo faciliore objectum proxime subnexum ita in genitivum transit, ut subjectum in fine suppletum jam, cum per se ponatur, in nominativum e sensu verum redeat. Haec ratio in prosà quoque saepius usu venit, si objectum pronomine personali, quod facillime in suffixo pronunciatur, subjectum vero

substantivo continetur, ut <sup>و</sup>عَذَّبُوا <sup>زَيْدًا</sup> <sup>تَعَذِّبُهُ</sup> <sup>أَبُوهُ</sup> *puniverunt*

*Zaidum*, ut eum puniverat pater ejus, <sup>مَنَعَ</sup> <sup>النَّاسَ</sup> <sup>كُلَّهُ</sup>

<sup>مِنَ</sup> <sup>مَخَاطِبَتِهِ</sup> <sup>أَحَدٍ</sup> <sup>بِسَبِّدِنَا</sup> *vetuit hominibus omnibus ne quis*

eum alloqueretur nomine domini nostri; similiter si subjectum longius et gravius est vel integrà enunciatione conti-

netur, ut <sup>حَجَّ</sup> <sup>الْبَيْتِ</sup> <sup>مِنَ</sup> <sup>أَسْتَطَاعَ</sup> <sup>الْبَيْتِ</sup> <sup>سَبِيلاً</sup> *quod templum adit*

quicumque eo proficisci potest. Et praeter haec idem hic

illic obvium est. Potest porro vel e §. 670 notio secundaria, ut definitio temporis, post infinitivum poni, aut per se ponenda aut si id bene fertur, per statum constructum annectenda.

Quà ratione cum complementa infinitivi prorsus ab eo segregata sint, ea seriem et casus subeunt sensui proximo aptos, ut subjectum in nominativo, objectum in accusativo sequatur,

<sup>أَنْتَظِرُ</sup> <sup>يَوْمَ</sup> <sup>الْجُمُعَةِ</sup> — <sup>أَعْجَبَنِي</sup> <sup>أَنْتَظِرُ</sup> <sup>يَوْمَ</sup> <sup>الْجُمُعَةِ</sup> <sup>أَخَاهُ</sup> *ut*

— *mirum me tenuit, quod exspectat die Veneris Mahmud*

*fratrem suum*, ubi infinitivus brevius dictus est pro <sup>أَنْ</sup> <sup>يَنْتَظِرُ</sup>

*quod exspectat*. Idemque eveniat necesse est, si quando infinitivus cum articulo positus eoque ipso prorsus secretus et

absolute prolatus est, ut <sup>بَلَّغَنِي</sup> <sup>الْقَتْلَ</sup> <sup>أَخَاهُ</sup> *comperi in-*

*terfecisse Mahmudem fratrem suum*, ubi <sup>الْقَتْلَ</sup> brevius

dictum est pro <sup>أَنْ</sup> <sup>قَتَلَ</sup> *quod interfecit*.



650 2. Sin contra objectum solum idque proxime infinitivo succedit, per statum constructum firmiter annectitur; si quid vero intercedat vel articulo praeposito infinitivus distineatur, in casu suo seu accusativo necessario manet; quae omnia ex modo dictis satis perspicua sunt. Deest autem subjectum post infinitivum aut quia prorsus eo non opus est, ut

قَرِيبٌ بِخَشَوْنَ النَّاسِ nonnulli timent homines ut timent deum, vel vehementius etiam.

مَنْعَهُمْ مِنْ قَوْلِ الْحَقِّ prohibuit eos a dicendo vero, عَزَمْتُ عَلَيَّ أَظْهَارَ ذَلِكَ وَكَشَفْتُهُ volui hoc manifestare et explicare, vel sic: pervenit Omari

epistola ad eum بِتَوَلُّبَتِهِ (hoc argumento) quod eum praefectum fecerit, ergo i. q. أَنَّهُ وَلَاه; aut quia certius non desideratur, ut infinitivus breviter dictus sit e sermonis nexu

pro tertiâ personâ pluralis, ut فِي تَسْمِيَةِ فِي الْوَقْتِ الَّذِي سَمَوْهُ i. q. quo cruci affixus est Koseg. chr. p. 62. 64, 13<sup>1</sup>); Daniel martyr factus

est فِي الْوَقْتِ الَّذِي سَمَوْهُ i. q. quo cruci affixus est Koseg. chr. p. 62. 64, 13<sup>1</sup>); Daniel martyr factus est

est فِي الْوَقْتِ الَّذِي سَمَوْهُ i. q. quo cruci affixus est Koseg. chr. p. 62. 64, 13<sup>1</sup>); Daniel martyr factus est

est فِي الْوَقْتِ الَّذِي سَمَوْهُ i. q. quo cruci affixus est Koseg. chr. p. 62. 64, 13<sup>1</sup>); Daniel martyr factus est

est فِي الْوَقْتِ الَّذِي سَمَوْهُ i. q. quo cruci affixus est Koseg. chr. p. 62. 64, 13<sup>1</sup>); Daniel martyr factus est

651 Cum genitivus ita infinitivo annexus omnis e solo nexu pendeat, non miramur, quod nomen tali genitivo appositum vel per copulam junctum sublato nexu proximo in casum

1) Cum, si infinitivo tali passivum substituas, sensus eodem redeat, grammatici quidam arabes nomen sequens per se positum in nominativo dici posse autumant, ut

بَلَّغَنِي قَتْلَ الْيَوْمِ نَزِيدٌ comperi

quod hodie interfectus est Zaid i. q. أَن قَتِلَ.

sensui propiori aptum resolvi potest, aut in nominativum aut in accusativum, prout sensus fert; idemque jam in participii juncturà §. 643 ex eodem jure fieri posse vidimus. Ita

كَرِهَتْ أَكْلَ الْخُبْزِ وَاللَّحْمِ *fastidio esum panis et carnis*, ubi objectum habes infinito subjunctum. Quanquam genitivus continuatus وَاللَّحْمِ omnium minime vitio verti potest <sup>1)</sup>.

Infinitivus ut objectum, quo verbum e suâ ipsius stirpe completur §. 548, si propter juncturam vocum verbi loco infinitivus ponendus est, et hic redit, ut infinitivus ab infinitivo pendere possit; v. c.

بَعْدَ خِرَابِ بَيْتِ الْمَقْدَسِ الْخِرَابِ الثَّانِي *postquam Hierosolyma secundâ vice destructa erant* Abulf. ann. ant. p. 65, 5. 160, 3 cll. verbo finito l. 5. 6. Nicoll, catal. bibl. Bodl. p. 38, 8. 60.

Infinitivus aequè ac participium in arabismo frequentissime jam objectum non proxime i. e. per casum, sed externâ per praepositionem ل juncturâ §. 599-600 supplere didicit. Fit id, si proxima genitivi junctura subnecti nequit; adeo enim proxima est haec junctura, ut, si ea tollatur necesse est, lingua ad juncturam jam prorsus externam relabi incipiat, formaque activa per se potius tota consistere tentet. Hinc ubi *proxime* sequitur nomen nexum 'genitivi haud ferens, ibi frequentissime accusativo ل substituitur, rarius ubi remotius est. Quâ in re cum infinitivi et participii eadem sit ratio, hic de utroque simul agere juvat. Fieri autem id potest:

1) si datâ operâ indefinite ponuntur, ut eo ipso non possint non simul absolute concipi, ut part. مَنِ عَمِرَ بِدٍ قَاطِعَةً لَهُ

1) Si qui grammatici arabes vel nominativum hic sequi posse وَاللَّحْمِ putant, res ex notâ praecedente apparet; scilicet passivum verbum substiture licet بِوَكَلٍ أَنْ ne edatur.

*sine* (§. 518) *manu quae eum pellat* i. e. nullà manu eum  
pellente, Abulf. ann. ant. 74, 2. 38, 3; مَجْبِبٌ لَكَ *aliquis*

*qui te mirari facit* Sac. anth. p. 84, 17. مِّنْ غَيْرِ تَأْمَلٍ

*sine considerando* i. e. haud considerans, *quid*  
*in eo malum rectumve sit*. Praecipue id usu venit: a) si  
participium ex §. 634 seq. verbi potius vice struitur, ut ac-  
cusativo hic necessario tamen ل e more jam substitui ince-

perit, ut وَهِيَ مُجَانِبَةٌ لَهُ *ed illum vitante* Kos. chr. p. 132, 1.

b) si verbalia haec ad notionem praedicati amplificandam  
in accusativo enunciationi subjiciuntur, cum ita verborum  
vice brevius posita sint, ex §. 550 seq. 560, ut partic.

نَزَلَ عَلَيَّ الْمَدِينَةَ مُحَاصِرًا لَهَا *descendit ad urbem, obsidione*

*eam cingens*, infin. قَامَ تَعْظِيمًا لِرَسُولِ اللَّهِ *surrexit honorando,*

ut honoraret *legatum dei* امْسَكَ عَنْهُمْ اذْهَبًا لِلْمُهَاجِرِينَ *abstinuit ab iis exspectando* i. e. *ut exspectaret* Muhag'e-

ros; idem ita apparet: كَانَ يُوسُفُ أَصْحَابَ النَّاسِ عِبَارَةً لِلرُّبَا *erat Josephus omnium gnarissimus interpretandi somnia,*  
ubi accusativus infinitivi similiter absolutus est, potestque in-  
finitivus vel ita poni, ut subjectum distinctius prorsus desit

(cf. §. 650), v. c. قَبِلَ سَيِّ قُرَيْشًا تَشْبِيهًا لَهُ بِدَابَّةٍ مِّنْ دَوَابِّ الْبَحْرِ *dicatur Kuraischi\* nomen ob fortitudinem*

*traxisse, comparando eum* i. q. *ut compararetur cum*  
*belluâ quâdam marinâ elkarscho dictâ*. Interim infinitivus

talis passim et statum constructum fert, ut اِبْتِعَاءُ الْغَنَّةِ *quae-*

rendo *tumultum* Sur. 3, 7, et participium vel genitivum vel accusativum, ut in loco §. 636 citato.

Participia activa in descriptione indefinite posita saepius absolute simul ponuntur, ut: *feminae sint حَافِظَاتٌ لِلْغَيْبِ* *servantes secretum* Sur. 4, 33. Elnav. p. 94, 12. Not. T. XII.

p. 276, 10 etc.; et praeposito objecto *أَنَا لَهُ حَافِظُونَ* *nos certe id servabimus* Sur. 15, 10. Adjectiva vero activa intensiva, cum verborum notioni et nexui arctius inhaereant, pro ac-

cusativo ubivis ita strui amant, ut *مَنَاعٌ لِلْخَيْرِ* *turbator boni,*

*ظَلَامٌ لِلْعَبِيدِ* *oppressor servorum* Sur. 3, 182. 50, 24. 68, 12.

*قَوْلٌ لِّ* *qui semper dicit quod* — Ham. p. 53; interim poetae accusativum quoque proxime iis subjungere possunt, ut

*طَاهِرٌ* *ejector = ejiciens usque v. c. festucas;* participii

vice accusativo junctum est Taraf. M. v. 33; et *خَوَاضُ الْبَيْهَةِ*

*immergere solitus in eam (mortem) legio-*

*nes* Ham. p. 32, *وَصَالٌ* *jungere solitus cum accusativo* p. 57.

2) Si cum articulo ponuntur, ut part. *النَّاقِلُ لِهَذِهِ الْكِتَابَةِ*

*qui transtulit hanc scriptionem,* *الْمُفَسِّرُونَ لِهَذِهِ الْآيَاتِ*

*qui interpretati sunt hos versus* Ham. p. 61, 16. Sac. chr. 1.

p. 135, 11, anth. p. 59, 1. 98, 2. 100, 1. *أَكْبَرُ الْمُسَاعِدِينَ لِعَثْمَانَ*

*maximus eorum qui Otmanum adjuverunt* Henz. fr. p. 44.

et infinitivus, ut *الْوَضْعُ لِعَلِيِّ* *dejicere sublimi loco positum*

Ibn-Khac. p. 53, 6, <sup>تَرَكَ</sup> <sup>الْمُطَالِبَةَ</sup> <sup>لِلنَّاسِ</sup> *desistere a perse-*  
*quendo hostem*, cf. Tab. p. 106, 18.

3) Denique satis frequenter jam accusativo post geniti-  
vum a participio vel infinitivo pendenti (§. 648.) ↓ substitui-  
tur, quanquam id usus e lege non postulet, ut <sup>لِي</sup> <sup>أَعْدَائِي</sup> <sup>الْمُطَالِبَةَ</sup>  
*propterea quod hostes mei me persequuntur*, <sup>إِلَى</sup> <sup>وَقْتِ</sup> <sup>تَالِيغِنَا</sup>,  
<sup>لِهَذَا</sup> <sup>الْكِتَابِ</sup> *usque ad tempus quo librum hunc composui-*  
*mus* Kos. chr. p. 106, 7. Henz. fr. p. 87, 5. 6. Abulf. ann.  
ant. p. 24, 11. Sac. chr. p. 124, 12. Similiter <sup>فَرَاقَهُ</sup> <sup>لِبِعْقَابِ</sup>  
*quod Jacobum reliquit* Abulf. ann. ant. p. 28, 7.

653 Adjectiva elativa §. 252 a verborum quidem notionibus  
originem ducunt <sup>1)</sup>, sed cum adjectivis absolutis similiores  
sint quam participiis, absolute posita ubique praepositionis ope  
jungenda sunt. A verbis intransitivis derivata eandem prae-  
positionem, quae verbi est, adsciscunt, ut <sup>هَذَا</sup> <sup>أَهْوَنُ</sup> <sup>عَلَيْهِ</sup>  
*facilius hoc ei est* <sup>2)</sup>, <sup>أَسْرَعُ</sup> <sup>إِلَى</sup> <sup>الشَّرِّ</sup> *properantior ad malum*,  
<sup>أَعْوَدُ</sup> <sup>عَلَيْنَا</sup> *utilius nobis*, <sup>أَبْشَرُ</sup> <sup>فِي</sup> <sup>الدُّنْيَا</sup> *abstinentior mun-*  
*di* <sup>3)</sup>. A verbis transitivis derivata rarissime accusativo jun-

1) Quatenus adjectiva e verbis proxime oriuntur; nam si quando a  
nomine substantivo derivatus sit elativus, ut <sup>أَسْرَعُ</sup> <sup>لِصِّ</sup> *rapacior* a <sup>لِصِّ</sup>  
*latro*, tamen in eo jam non substantivi sensus mansit, sed in  
tionem actionis et adjectivi transiit.

2) Nam ut <sup>عَلَى</sup> ponitur, ubi de re *gravi* sermo est §. 591, ita similiter  
de re *levi*, haud graviter incumbente.

3) Nam ut verba *concupiscendi*, ut <sup>رَغْبِ</sup>, cum praep. <sup>فِي</sup> ponuntur,  
cf. <sup>כַּבֵּד</sup> c. <sup>ב</sup>, quae animi rei *inhaerentis* proclivitatem denotet,  
ita eodem jure verba, quae *non concupiscere* i. e. *abstinere* dicunt.

guntur, e lege contra juncturam per illud  $\lambda$  suppleant, majori etiam quam adjectiva intensiva simillima (§. 652, 1) structuræ constantiâ; v. c.  $\text{أَطْلَبُ لِلْعِلْمِ}$  *magis quaerens cognitionem*,  $\text{أَرْحَمُ لِلنَّاسِ}$  *magis hominum misertus*. Eandem structuram adjectiva a verbis amandi et odio habendi sequuntur, ut  $\text{أَحِبُّ لِلْأَمْرِ}$  *amantior rei*,  $\text{أَشْهِي لِلْأَمْرِ}$  *studiosior rei*: at eadem si sensu passivo dicuntur <sup>1)</sup>, discriminis causâ semper cum  $\text{إِلَيَّ}$  jungenda sunt, quod huic notioni bene convenire, supra jam §. 580 annotatum est, ut  $\text{أَحِبُّ إِلَيَّ}$  *carior mihi*,  $\text{أَبْغَضُ إِلَيَّ}$  *exosior mihi*. A verbis *sciendi* tamen derivata, cum lingua in iis intransitivi notioni firmiter insistat, etsi activae significationis sint, cum praepos.  $\text{بِ}$  potius junguntur <sup>2)</sup>, ut  $\text{اللَّهُ أَعْلَمُ بِمَا فِي صُدُورِكُمْ}$  *deus gnarissimus est eorum quae in pectoribus vestris sunt*,  $\text{أَنْتَ أَعْرَفُ بِالْحَقِّ مِنِّي}$  *tu juris peritior es quam ego*. Ceterum cum non ab omnibus verbis, sed a frequentioribus tantum <sup>3)</sup> elativus de-

1)  $\text{أَحِبُّ}$  a  $\text{حَبِيبٌ}$  *amatus, carus*, ut  $\text{أَرْفَعُ}$  *altior* a  $\text{رَفِيعٌ}$  *altus*.

Nam cum elativi una tantum forma sit, e quali positivo ea derivetur, ex usu pendet, adeo ut nonnunquam idem elativus pro variâ dicendi ratione aut activi aut passivi sensus sit.

2) Nam verba quoque  $\text{عَلِمَ}$  et  $\text{عَرَفَ}$  absolute posita e p. 74 huic praepositioni jungi possunt (cf. germ. kundig seyn *in etwas*), etsi a proximâ etiam accusativi structurâ haud aliena sunt.

3) Quanquam plerumque a stirpibus simplicibus oritur elativus, potest tamen etiam usu frequente derivatio ex aliis institui, ut  $\text{أَعْطَى}$

rivatus sit, nonnunquam elativum ita circumscriptum vides, ut infinitivus in accusativo (§. 542) elativo cuidam generaliori jungatur, ut <sup>و</sup>كُنْتَ <sup>عَظِيمًا</sup>عَظِيمًا <sup>فَتَنَّةً</sup>فَتَنَّةً <sup>عَلَيْهِمْ</sup>عَلَيْهِمْ <sup>مِنِّي</sup>مِنِّي *fuisti gravior vexatione i. e. gravius eos vexasti quam ego* Tab. p. 150, 19.

- 654 Jamque ex omnibus his de participio et infinitivo dictis satis apparet, Arabum verbalia haec nominum indolem et virtutem constantissime servare, nominisque vel ibi simillima esse, ubi verborum sensu adhibentur. Quod quidem eo usque valet, ut, ubi verborum loco sunt, ne negatio quidem unquam accedere possit. Nam simplex negatio, ut *y*, cum non nisi simplex praedicatum neget, verbo finito tantum jungi potest; ut, ubi ceteroquin verbale nomen verbi loco poni posset, ob negationem tamen accedentem verbum finitum modo temporeque idoneo reponendum sit. Cf. §. 694 seqq.

---

*plus largiens* a st. verbi IV <sup>عَظِيمًا</sup>أَعْطَى *largiri*, <sup>و</sup>أَجْزَلَ *magis in brevius redigens* a st. VIII <sup>عَظِيمًا</sup>أَخْتَصَرَ; poetae ab adjectivis quoque ejusdem formae intensivis elativos derivant simplices nec nisi e nexu sermonis dilucidos, ut <sup>عَظِيمًا</sup>أَنْزَهَرَ *candidior*, <sup>و</sup>أَكْلَفَ *flavior* Ibn-Khac. p. 35, 3. (ubi schol. explicat vocibus usitatioribus <sup>عَظِيمًا</sup>أَكْثَرَ <sup>و</sup>أَنْزَهَرَ), <sup>عَظِيمًا</sup>أَهْوَجَ *magis fatuus* a positivis <sup>عَظِيمًا</sup>أَنْزَهَرَ etc. Cf. add. ad vol. 1. p. 388.

---

## PARS ALTERA.

## DE ENUNCIATIONUM CONNEXU.

## I. De enunciatione simplice.

## 1. De enunciationis partibus, sive de subjecto et praedicato eorumque complementis.

Quaevis enunciatio perfecta subjecto et praedicato con- 655  
stat. Utrumque conjunctum cernitur in verbi personis, ut  
ex his quaevis per se jam integram enunciationem efficere  
possit, ut <sup>قُلْتُ</sup> dixi. Segregatum autem utrumque per  
se stat suoque jure, nominativo propterea per se semper  
efferendum; nec nisi eo quod duo per se posita socie-  
tatem sensus altiozem ineunt, enunciatio perfecta ori-  
tur. Ceterum vero praedicatum non adjectivo vel sub-  
stantivo tantum contineri potest, ut <sup>الله رحيم</sup> deus est mise-  
ricors, <sup>الله هو الحياة والحق</sup> deus est vita et veritas, quod  
brevius et gravius simul dicitur pro: in deo solo omnis vita  
et veritas continetur: sed aliae etiam quaecunque voces prae-  
dicati instar poni possunt, modo ejusmodi vox cum subjecto  
ei opposito in perfectae enunciationis sensum coeat, ut <sup>انا</sup>  
<sup>محمد في المسجد</sup> Muhammed est ego (sum) domi, <sup>الله قدرة</sup>  
in templo, <sup>للام اولاد</sup> matri sunt liberi, <sup>الله</sup> deo est  
potestas, <sup>نحن لله</sup> nos sumus dei, <sup>علي دين</sup> super me est i.  
e. mihi incumbit *debitum* aliquod; neque ut subjectum no-  
minativi formam sequatur necesse est, modo sensus ejus di-  
lucidus sit, ut <sup>لك ان تفعله</sup> tibi est i. e. tuum est *ut facias*  
*id*, ubi subjectum enunciatione verbali per ان introducta con-  
stat. Ob adjectivorum recens formandorum vel composito-  
rum difficultatem linguae innatam, simplicitate simul linguae



antiquâ accedente, praedicatum per substantivum quoddam saepissime summam tantum et concise innuitur, ut e sensu totius enunciationis ratio ejus dijudicanda sit, velut التَّابِعُونَ

هم خمس عشرة طبقة — *Sectatores* — *sunt quindecim clas-*

*ses* i. e. 15 classibus constant, العرب اصناف

*Arabes sunt species* plures (cf. §. 508) i. e. variarum specierum sunt, بلاد

السندي قسمان *regiones Sindi sunt, partes duae* i. e. biparti-

*tae sunt*, هذه البلاد جبال *hae regiones sunt montes* i. e. *mon-*

*tosae*; أما سعد بن زيد مناة فانهم كانوا فرقتين

*tribum Sa'd ben Zaid-manat, ii erant partes duae, et alia innumera hujus generis.*

656 Adjectivo simplici praedicato inservienti per se articulo non opus est. Si tamen sensus articulum poscat, idem haud deest. Poscitur autem, si in adjectivo non simplex quaedam qualitas, sed ea insigni maxime modo vel ob oppositionem

gravem notanda venit, ut اذتم الاعلون *vos estis altissimi,*

الله الغني وانتم الفقراء *deus est dives ille, quem solum ditem*

*esse scitis, i. fere q. ditissimus, et vos contra pauperes* Sur.

3, 139. 47, 35. 38; وكان المشهور في تلك الناحية

*fuitque is celeberrimus in hac regione, proprie celeber ille, quem unum omnes norant.*

657 Ad subjectum eique oppositum praedicatum jungendum copulâ seu verbo abstracto ex antiquâ linguae simplicitate opus non est; inque plurimis enunciationibus nihil ejus generis reperitur. Nexum duas inter enunciationis partes ne-

cessarias quaeque sit singularum ratio et necessitudo, ex notionum compositarum vi orationisque ambitu uti et soni independentis complexu satis apparet. Interim duo vocabula copulae vicem in multis jam locutionibus tenent:

1) Pronomen tertiae personae subjectum inter et praedicatum inseri potest. Fit hoc, si utrumque vocabulo definito constat, ut sine voce quâdam dirimente facile contra loquentis sensum utrumque unâ serie jungi possit. Fit quidem praecipue in Korani stylo conciso haud raro, ut definitum et subjectum et praedicatum componatur, ut هَذَا بَيْتُ اللَّهِ

haec est domus dei, ذَلِكَ الْفَوْزُ الْعَظِيمُ haec est felicitas illa

magna Sur. 4, 12. الْمَصْلِحَةُ التَّغَالُفُ utilissimum est negligere

Abulf. ann. ant. p. 146, 5 a f. 200, 7; اللَّهُ شَدِيدُ الْعِقَابِ

deus est vehemens poenae Sur. 3, 11. et in formulis brevibus perpetuis, ut مُحَمَّدٌ رَسُولُ اللَّهِ Muhammed est dei legatus;

neque enim talia per se vetita esse possunt; sed ob ambiguitatem non multum amantur. Ea autem est pronominis tertiae personae vis, ut post subjectum ab eo diversum necessario praedicatum jam contineat, sed id tam vagum, ut

statim exactior ejus requiratur determinatio. Apertissima hoc sensu ejus junctura est cum primae vel secundae personae

pronomine ut subjecto vel praedicato, ut أَنَا هُوَ الرَّبُّ الْكَرِيمُ

ego sum dominus deus tuus; ذَلِكَ الرَّجُلُ هُوَ أَنَا hic homo

sum ego; porro in aliis, ut اللَّهُ هُوَ الْحَيُّ الْقَيُّومُ deus est vivus

aeternus; nec non e lege post pronomem interrogativum personale, ut مَنْ هُوَ أَنَا quis sum ego? <sup>1)</sup> — Ceterum, quan-

1) Optime grammatici arabes id appellant ضَمِيرُ الْفَصْلِ pronomen separationis. — De هُوَ post interrogativum cf. §. 705.

quam pronomen hoc sensu insertum e lege in enunciationibus simplicis temporis seu praesentis reperitur, ubi كان §. 658 stare non poterat: tamen vel ubi كان praepositum est, idem ad praedicatum dilucidius introducendum inseri potest, ut

كان هذا هو السبب *fuit hoc — (factum) causa illius rei,*

كان المسلمون هم الجند *erant Moslemi exercitus (i. e. exercitus Moslemis liberis, non servis et mercenariis constabat)*

فيكون السنة الثالثة والثلاثين من ملك بربريزي *Henz. fr. p. 35;*

السنة الخامسة وثلاثون وتسع مائة لالاسكندر *est igitur annus tricesimus tertius regni Parvizi annus 935 Alexandri;*

cf. Abulf. ann. ant. p. 50, 24. 941 penult. 106, 7. Idemque هو manet, si subjectum cum praedicato verbo activo *videndi* vel alii (§. 545) subditum est, ut Izzedd. av. p. 62, 10. Eo igitur dilucidius constat, notionem temporis praesentis per se pronomini huic non inesse.

Diversa prorsus eveniunt particulis, quae ab initio subjectum sibi subjungunt §. 563. 67. Nam cum particula cum eo quod attrahit nomine membrum orationis magis disjunctum et vi quâdam pronunciatum efficiat, si illa praedicati definitio sequitur, ipsum ejus quod modo subjunctum erat nomi-

nis pronomen subjecti innovati instar repetitur, ut اني انا الله

en ego i. e. certe ego sum deus, انك انت الوهاب *certe tu es*

نبي عبادي اني انا الغفور الرحيم وان عذابي هو العذاب *donator,*

النuncia servis meis, me esse condonatore misericordem, et poenam meam esse poenam dolorosam Sur.

15, 48. انك انت السميع *tu enim es audiens benigne (con-*

tra praedicato sine articulo incipiente اذَكَ سَمِيْعَ الدَّعَاِءِ (Sur. 3, 38.)<sup>1)</sup>.

2) *Verbum* quoque substantivum linguae praesto est كَانَ<sup>658</sup> fuit, sed usus ejus satis arctis limitibus circumscriptus. Nam ibi tantum eo utendum est, ubi nec simplex praedicati cum subjecto compositio neque illud pronomen personale sufficit. Igitur ubi temporis modive distinctior denotatio necessaria est, ea nisi per verbi substantivi flexionem exprimi nequit. Quodsi quid simpliciter fuisse dicendum est, perfectum كَانَ adhibendum; si quid futurum esse, imperfectum يَكُوْنُ suo loco est; idem de *subjunctivo* valet. Jussivus quoque et imperativus, si sensus ejus e nexu fortasse orationis haud per se dilucidus est (§. 708-10), verbo hoc insigniendus est, ut اَكُنْ رَحِيْمًا esto misericors! Potest quidem praesens quoque simplex perfecto<sup>2)</sup> كَانَ dici, quatenus perfectum strictius γέγονε rem factam nuncque ita durantem describere potest, sed rarissime id usu venit: nam frequentius et e lege quâdam constanti كَانَ ita non legitur, nisi post negationem eâ vi praemissam, ut integram per se enunciationem non possit non efficere verbo كَانَ complendam, ob quam vim insigniorem et مَا negativum hic habetur (§. 698) et verbum interponitur, ut مَا كَانَ حَدِيْثًا يُّفْتَرِيْ وَلٰكِنْ تَصَدَّقَتْ الَّذِيْ بَيْنَ يَدَيْهِ non est ea historia quae commenticia sit, sed confirmatio ejus quod praecessit; hinc idem semper est in locutione مَا كَانَ هُوَ لِ non est ejus ut etc. et مَا كَانَ لَهُ اَنْ

1) Si praeter haec pronomen repetitur, id ob vim sermonis fieri putandum est, cf. §. 676.

2) Participium verbi substantivi ad praesens dicendum neque hebraismus neque arabismus formavit, aramaismus innovavit demum.

ille is qui etc. de quibus v. §. 625 sq.; etiam post interro-

gativum simile, ut أَكَانَ لِلنَّاسِ عَجَبًا أَنْ أَوْحَيْنَا إِلَى رَجُلٍ مِنْهُمْ

estne hominibus mirum, quod viro e vobis cuidam revelationem dedimus? Praeter hujusmodi vero locutiones كَانَ sensu praesentis in sermone pedestri haud facile invenias; in Korano tamen idem hic illic consultius continuo repetitur, scilicet ut accusativo praedicati jam necessario rhythmus finalis efficiatur, ut

إِنَّ اللَّهَ كَانَ عَلِيمًا حَكِيمًا nam deus est gnarus, sapiens Sur. 4, 1. 2. 10 aliisque hujus Surae versibus.

Praedicatum verbo substantivo in accusativo subjungi e §. 553 apparet; unde si forte praedicati notatione diligentiori e sententiarum nexu non opus est, pronomen tantum

suffixum verbo accedere potest, ut أَمَّا الصِّدِّيقُ فَكَانَتْهُ دُرُودٌ quod ad justum pertinet, ego (tal)is eram (germ. ich war es),

وَإِخْوَانًا حَسِبْتَهُمْ دُرُوعًا وَكَانُوا هِيَ وَلَكِنَّ لِلْأَعَادِي *esse loricas (i. e. praesidia), fueruntque (ea), at hostibus,* versus laudatus in vitâ Ali - Hazini ed. Lond. p. 286.

Praeter vulgare verbum substantivum كَانَ similis notio-

et structurae plura alia sunt minus frequentia: صَامِرٌ proprie formari notat magis fieri, (§. 623); بَاتَ, ظَلَّ et دَامَ iterum fieri, *durare* = diu esse v. fieri, ut voce ظَلَّ poetae saepe statum tantum paulo diutius permanentem describant (§. 622), et verba his notione similia quae non desinere notant, ut

مَا نَزَلَ حَكِيمًا, haud desiit dormire (cf. §. 637), مَا نَزَلَ نَامًا

haud desiit sapiens esse, مَا نَزَلَ مَلِكًا h. d. rex esse; denique verba proprie a diei termino quodam desumta

أَصْبَحَ

mane fuit, <sup>أَسْفَر</sup> sub aurorae ortum fuit, <sup>أَضْحَى</sup> medio die fuit, <sup>أَمْسَى</sup> vespere fuit, quae poetis saepe ita dicuntur, ut temporis distincti notio evanescere videatur; diligentius tamen observanti discrimen hoc non prorsus obliterari patere puto, ut <sup>أَصْبَحَ</sup> et <sup>أَسْفَر</sup> rem *mature*, satis celeriter vel pridem factam, <sup>أَمْسَى</sup> contra rem tardius vel serius obvenientem, <sup>أَضْحَى</sup> denique rem (ut sol videtur medio die) paulo diutius manentem (cf. Ibn-Khac. p. 38, uk.) describat; omninoque ubi sibi opposita sunt ex his duo, discrimen eorum satis observari videtur, ut Ibn-Kh. p. 21, pen. Tab. p. 136, antep. Grammatici verba haec omnia <sup>أَخَوَاتُ كَان</sup> sorores <sup>1)</sup> verbi *kána* appellant.

His de subjecti et praedicati nexu dictis pauca de sub- 659  
jecti indefiniti ratione adjicere juvat. Enunciatio enim saepissime subjecto definitiori caret, tum personae tum rei. *Personae* notatio diligentior deest, si eam aut nescimus aut nominare nihil attinet. Sed antiquus tertiae *singularis* verbi personae usus ad hominem nescio quem notandum in arabismo evanuit <sup>2)</sup>; nec subjectum definitius in singulari omittitur, nisi ubi omnibus notum est, ut in perpetuo illo scholiastarum vocabulo <sup>قَالَ</sup> *dixit* sc. poeta, cujus verba ipsa jam laudantur. Si vero de personâ prorsus incertâ agitur, facile <sup>وَجَدَ</sup> *vir* = aliquis, <sup>وَجَدَتْ</sup> *femina* et talia inseruntur, vel si de singulo inter plures jam notos agitur, participium ejusdem verbi subjecti vicem obtinet, ut <sup>قَالُوا</sup> <sup>قَالَ</sup> *dixit dicens* eorum i. q. is inter eos qui dixit nescio quis, ergo *aliquis*

1) Femininum genus hic habetur, quod nomina vocabulorum ut literarum ad neutrum vel femininum referuntur.

2) cf. gr. hebr. minor. §. 573.

Caab b. Z. carm. v. 52. Tab. p. 12, 16. Multo facilius tertia pluralis persona per se posita de hominibus nescio quibus dici potest, cum plurali, nisi personam disertam nomines, copiae incertae notio per se insit; sed quanquam id arabismus in locutionibus quibusdam obvium haud aegre ferat, ut قَالُوا *dicunt*, زَعَمُوا *credunt*, tamen haud frequens et constans est. Saepe tamen pluralis sic adhibetur, ut participium ejusdem verbi subjecti instar sequatur, idque aut sine articulo ponendum, si de nonnullis tantum agi urgendum videtur, ut قَالُوا قَالُوا *dixerunt aliqui*, nonnulli Tab. p. 170, 9. 17 (de verbo in sg. praemisso v. §. 681), aut cum articulo pronunciandum, ubi de omnibus hujus generis agitur, ut مَا سَمِعَ السَّامِعُونَ قَطُّ بِشَيْءٍ أَحْسَنَ مِنْ ذَلِكَ *nunquam audiverunt audientes* (germ. hat man gehört) *rem hanc pulcritorem* Kos. chr. p. 132, 8. Talia frequentissime obviam sunt.

660 De re haud distinctius nominanda si agitur, cum neutrum linguae semiticae non adsit, aut masculinum ut proprius aut fem. genus in auxilium vocandum est: sed arabismo hic semper masculinum satisfacit, in nomine aequae ac verbo, ut ذَكَرَ *hoc*, اَلْقَبِيحُ *deforme*; يَجُوزُ *licet*, يَبْغِي *dedecet*, مَطَرَ *pluit*, شَتَا *hiemavit*, تَلَجَ *ninxit* Ant. M. v. 52. Gravissimum hoc in passivorum usu. Nam cum passiva dictio concisa et gravis linguae omnino frequentissima sit, non tantum ubi de certa persona agitur, passivum ubique a verbis activis derivatur, sed etiam de re incerta passivum impersonale dictum ubivis adhiberi potest, tum a verbis activis, ut قَبِلَ *dictum est*, اُرِي *traditur*, tum ab intransitivis, id quod latissime patet, ut اِخْتَلَفَ *disceptatum est*, اِظْمَأَ *quasi dices*

*sititur* i. q. *sitis* sentitur, et personâ per praepositionem adjunctâ <sup>انزل عليه</sup> *demissum est in eum* i. e. oracula ei ob-  
venerunt coelitus demissa, <sup>غشي عليه</sup> *obscuratum est* =  
tenebrae venerunt *super eum* i. e. animi deliquium passus  
est; cf. §. 547. — *Femininum* neutrius vice nonnunquam in  
pronomine dicitur, ut <sup>هي</sup>, et suff. <sup>ها</sup> *id.*

Nec tamen passivum personale facile adhibetur, si per-  
sona ipsa, quae actionem instigaverit, simul nominanda est,  
ut nobis praepositionis *ab* ope ubique licet; sic enim con-  
structio activa multo est propior linguaeque potior visa, ut  
vel dicatur <sup>كانوا قومه اذا ذكروا الحارث بشجاعة بسبهم</sup> *popula-*  
*res ejus, cum Haretum ob fortitudinem celebrarent, ab*  
*eo conviciis infestabantur* Kos. chr. p. 79, 7, ubi structura  
passiva, quam scriptoris animo ab initio obversari vides, de-  
inde, cum persona, a quâ conviciis infestentur, nominanda  
esset, in activam transit subjecto mutato; id quod hic ob  
thesin insertam facilius evenire poterat.

Jam vero simplices hae et necessariae enunciationis par- 661  
tes varie magnumque in ambitum extendi et dilatari possunt;  
suntque *complementorum* horum genera tria haecce:

1) proxima et praecipua complementorum ratio *circum-*  
*scriptione* vel subjecti vel praedicati *internâ* seu *subjun-*  
*ctione* continetur, eaque iterum aut *arctior* est, quem ne-  
xum status constructi esse constat §. 511-38, aut *laxior*,  
objectum scilicet varie subjunctum §. 539 sqq. Status con-  
structus quibusnam et quot limitibus circumscriptus sit, su-  
perius descriptum sit; constat inde et hoc, nomen prius jam  
definitum, si eidem genitivus subjungendus videtur, integrum  
repetendum esse, cum ita demum status constructus oriri  
possit, ut <sup>صوت - صوت - صوت</sup> <sup>صوت - صوت - صوت</sup> <sup>صوت - صوت - صوت</sup> *coelum altissimum, coe-*



*lum angelorum*, germ. brevius *der oberste Himmel*, *der der Engel*. De objecto nunc pauca adjungere placet.

Cum linguae semiticae pronomen primitus *reflexivum* desit, pronomen tertiae personae suffixum ejus locum tenere potest, si alia vox ipsum inter et subjectum intercedit, ut *سَلَفٌ سَبَغَهُ* *extulit ensem suum*, *قَالُوا لِأَخْوَانِهِمْ* *dixerunt fratribus suis*, cujusmodi suffixis Arabes haud parcunt, *أَخْرَجَ مَعَهُ مَالًا كَثِيرًا* *eduxit secum multas opes*; sed idem proxime ad subjectum referri nequit, cum in juncturâ cum verbo proximâ necessario alium quem praeter subjectum in-  
nuat, ut *قَتَلَهُ* non notare possit nisi *interfecit eum*. Quare in his reflexivi notio substantivi *نَفْسٍ* *anima* in statu constr.

jungendi usu dilucidius enuncianda est, ut *قَتَلَ نَفْسَهُ* *interfecit animam suam* i. e. semet ipsum; idemque nomen et alias adhibendum, si reflexivi notio fortius urgenda est, ut *قَالَ لِنَفْسِهِ* *dixit sibimet ipsi*, ubi *لِ* dicere minime sufficit.

Omnino vox haec pronominis notione in arabismo satis jam frequenter obvia est, cf. §. 663, 2. Lex autem illa de objecto reflexivi quanquam perpetua et necessaria est, unâ tamen in loquendi ratione impune violatur. Nam si verbum aliquod *videndi*; *credendi*, *sciendi* vel *audiendi* integrum subjecti quod cogitari possit et praedicati nexum sibi subjungit (§. 545), suffixum accedens ad subjectum redire potest, cum nec solum nec proxime, sed laxius cum integrâ

enunciatione subjiciatur, ut *خَالَهٗ مُصَابًا* *putat se percussum esse*, i. q. *أَنَّهُ مُصَابٌ*, quod sine difficultate dicitur, Taraf. M. v. 41. Idemque eodem jure in personâ primâ et secundâ licet, quae sola est ratio, quâ suffixum ejusdem personae

verbo finito adjungi potest <sup>1)</sup>, ut <sup>عَـنَ دَـوَّ سَـوَّ</sup> أراني أعصر خمرًا *videbam me i. q. videbar mihi exprimere vinum* Sur. 12, 37 bis, <sup>دَرِيَّةَ</sup> ترأك للراماح *vides te hastis scopum esse* Ham. p.60; cf. Sac. anth. p. 123, 6 et not. p. 469, 4. 470. atque adeo sic dictum: <sup>وِـبِـعِدَ سَـوَّ سَـوَّ</sup> فما لي أراني وابن عمي مالكا متي ادن منه بنا عني وببعد *video me patruelemque meum Malekum — quando ei appropinquo, recedere a me et distare?* Taraf. M. v. 69, ubi poetam primitus *me et Malekum semper dissidere dicere voluisse patet. Eodem refer* <sup>هَبِكْ</sup> *da i. q. concede, fac te esse, supra p. 123 explicitum. Quodsi verbum finitum sequitur, suffixum ita in tertiâ personâ prorsus omitti potest, id quod vel ob ambiguitatem evitatam potius habetur, ut* <sup>سَـعَـيَـهَا</sup> *censet se ea audivisse* Sibavaihi in Sac. anth. p. 160, 14.

2) Altera ratio est circumscriptio sive subjecti sive prae- 662  
dicati *externa vel appositio*, quâ vocabulo uni potiori similia, quae eandem notionem explicent, arcte annectuntur eodem casu juncta, non subjiciuntur; id quod plerumque nomini, rarius verbo accidit. Valetque in his e linguae indole universâ lex summa haec, ut quae vocabulum potius explicitura sint, ex ordine justo ei *postponantur*, quae ratio maxime simplex et prona est.

a) Nomini adjectiva maxime et pronomina apponuntur. Potest vel pronomini personali demonstrativum addi, ut <sup>سَـوَّ دَـوَّ</sup> <sup>هَـؤُـنَ</sup> ها انتم هولاء حاجبتم *en vos hi, qui hîc estis, disceptastis*

1) Praeter Koranica illa <sup>أرابتك</sup> *vidistine tibi?* de quibus v. §. 597 cf. de totâ re bene disputantem Tebrizium ad Ham. p. 213 versus f.

Sur. 3, 65. Adjectivum semper postponitur, nisi forte brevius vel fortius loquendo adjectivum idque neutrum in substantivum conversum in statu constr. praemittatur, quod idoneum non est, nisi ubi de ratione rerum vel virtutum agitur; id plerumque vim poeticae orationis insignit, v. exempla §. 533, nec tamen etiam in prosâ deest ad notiones compositas

breviter formandas, v. c. <sup>سَابِقٌ عِلْمِ اللَّهِ</sup> *praecurrens* (neutrum) *scientiae dei* i. q. nos brevius composito dicimus *praescientiam dei* Not. T.12. p. 333. Rarissime ubi de personis agitur, adjectivum cum articulo ita praemittitur, ut persona vi insigni ante omnia ex indole suâ describatur, ut <sup>وَاللَّعِينِ أَرِسْطُولَيْسُ</sup> *exsecratus ille Aristulis* in scripto superiore Wakidi Aeg. p. 53, 7. 16; similiter etiam in titulis honorificis.

Articulus vero, quo substantivum introductum est, necessario continuatur, cum solâ hac relatione adjectivum non novum orationis membrum ordiri, sed substantivi modo dicti ditionem circumscribere notetur, ut <sup>رَجُلٌ حَكِيمٌ</sup> *vir quidam sapiens*, <sup>الرَّجُلُ الْحَكِيمُ</sup> *ὁ ἀνὴρ ὁ σοφός* <sup>1)</sup>, et post nomina duo statu constr. juncta (cf. §. 526-529) <sup>بَيْتُ اللَّهِ الْكَرِيمِ</sup> *domus dei clara*. Demonstrativa vero pronomina e lege jam continuâ simplici nomini definito praeponuntur, estque id inter ea, quae arabismus notiones secundarias faciliori nexu collocando innovavit, ut <sup>هَذَا الْمَلِكُ</sup> *οὗτος ὁ βασιλεύς*, et cum adjectivo <sup>ذَلِكَ الْوَجْهَ الْقَبِيْحُ</sup> *illa facies deformis*. Si

1) Utrum articulus in priori nomine omitti possit necne, et quando id fiat, v. §. 538.

tamen suffixum substantivo accedens vim definitionis versus finem trahit, demonstrativum huic demum postponi potest, ut

عِبَادِي هَؤُلَاءِ *servi hi mei*, اِلَيَّ وَقَتْنَا هَذَا *usque ad tempus*

هَذِهِ *hoc nostrum*, هَذِهِ مَرْتَنَا هَذِهِ *hac nostrâ vice*, هَذَا الْجَلِيلُ *hic liber ejus clarus*.

Quam eandem vim genitivus alius quoque exercere potest, sed non ita, ut in juncturâ hac paulo

leviori contrarium ferri nequeat, ut هَذِهِ جِرْزَةُ الْخَطْبِ *hic ligni fasciculus*.

Ceterum si forte adjectivum a notione quadam haud derivatum vel usitatum est, id quod in nonnullis vocabulis continuo fit, alia ei substitui possunt nomina eodem nexu ponenda; substantiva igitur, vel concretum nomini concreto

jungendum, ut جَارِيَةٌ بَكْرٌ *puella virgo*, vel abstractum genitivo jungendum, in quo e §. 535 articulus continuatur, ut

تِلْكَ السَّنَةُ السُّوءُ *homo malus ille*, اَلْاِنْسَانُ السُّوءُ *illa consuetudo mala* et alia hujus generis; vel vox adverbii

instar dici solita, ut اَنَا *deus solus* §. 562, اَللَّهُ وَحْدَهُ

بَعَيْتُ اَنَا *amicus* صَاحِبِنَا بِاَلْاَمْسِ *mansimus nos duo soli*, وَهُوَ وَحْدُنَا

*noster heri* i. e. quod latine dicitur *hesternus*.

Adjectivi notio novi quoque adjectivi appositione circum-

scribi potest, ut اَلْكَوْكَبُ الذَّبْرِ الْاَحْمَرُ *stella fulgens rubra*

i. q. rubro fulgore praedita, quasi gr. *ερυθροφαής* vel germ. *rothleuchtend* diceres; nam si vocabula componendi facultas arabismo ea esset quae nostris linguis, haud dubie hîc adjectivo composito locus fuisset.

663 Singularis ratio est substantivorum quorundam, quae cum proprie in statu constr. anteponebatur, tamen cum notione et vim adjectivi plus minusve induerint, frequentissime jam postponi solent; videsque iis in nostris linguis primitus jam adjectiva vel pronomina his similia substitui. Sunt ea potissimum haecce: 1) nomina sensum latini *omnis* et *totus* reddentia, ut كل الناس vel الناس كلهم, cf. §. 516, a. Posteriorius in appositione dicitur, sicut semper dicendum est لي اصحاب الناس غيرهم *homines praeter eos i. q. reliqui*, لي اصحاب من غيركم *sunt mihi amici praeter vos, quos amo*, cf. de غير §. 518, c. Si vero كل nomini indefinito jungendum *omnem* = quemvis denotat, ut كل مدينة *quaevis civitas*, كل postponi non posse facile patet: nam suffixum, quocumque ponendum esset, semper definiti vim illaturum esset; ut كل et جمع substantivo indefinito postponi non possint, nisi si forte substantivum aliquod rem certi spatii designet, ut سنة كلها *annus (unus) totus*, شهرًا جميعه *per mensem (unum) totum*. Ceterum eidem juncturae nonnunquam etiam vox عامه propr. *universitas* inservit, ut الجيش عامته *exercitus universus*. Formantur et rarius recenter elativi (1) ابضع, اکتع, اجمع, et ابتع eadem notione praediti, iique

1) Ita Kamus sub voce ابتع et بضع; Sacyus quod habet ابضع, nescio unde hauserit. Ceterum اکتع, ابضع et ابتع, plenum et collectum notantia simul ob soni similitudinem ita continuo composita sunt; singulum enim ex his raro reperitur; videnturque magis in pl. msc. et fem. sg. ac pl. quam in msc. sg. obvia esse. Plura de his rarioribus collegit Kamus p. 990 sub بضع.

cum adjectivi formam per se ferant, soli semper postponuntur flexionique generis et numeri subjecti (pl. <sup>أجمعون</sup> أجمعون, f. <sup>أجمعاء</sup> أجمعاء pl. جمع): sed plerumque elativi hi aut omnes, ut tamen gregem ducat, aut singuli nomini illi كل apponuntur tantum, ut ex omnium complexu summa, ex uno adjecto insignis saltem vis huic notioni accedat; paulo frequentius tamen non reperitur nisi <sup>أجمعون</sup> أجمعون, ut <sup>جاءوا كلهم أجمعون</sup> جاءوا كلهم أجمعون *venerunt omnes junctim*, <sup>لاغوينهم أجمعين</sup> لاغوينهم أجمعين *profecto eos seducam omnes*.

Similis appositio oritur e <sup>كلا</sup> كلاً §. 519 postposito, ut <sup>جاءوا زيد وعمر كلاهما</sup> جاءوا زيد وعمر كلاهما *venerunt Zaid et Omar ambo*; potestque vel in societatem trahi ob notionis similitudinem vox substantiva <sup>نصف</sup> نصف, ut aut dicatur <sup>الجيش نصف الجيش</sup> الجيش نصف الجيش aut <sup>الجيش</sup> الجيش *dimidius exercitus*; posterius tamen rarius est.

2) <sup>انفس</sup> انفس *anima reflexivum formare* §. 661 dictum est; unde in arabismo frequentissime jam latini *ipse* notionem suppeditat, ut hebr. <sup>בגופו</sup> בגופו *corpus genitivo junctum*. Quam ad eandem notionem devenit et <sup>عيني</sup> عيني *oculus*, aspectus, hinc *ipse* ille, qui praesens oculis se offert. Haec ipsa hac notione praedita primitus in statu constr. praeponuntur, saepeque dicitur <sup>عيني الكوكب</sup> عيني الكوكب *opsa stella*, rarius <sup>انفس</sup> انفس velut in hac junctura: <sup>رايت نفسي</sup> رايت نفسي *vidi ipsummet*. Sed magis jam placet grammaticisque probatur ea cum suffixis substantivis in appositione nectere, ut si de duobus vel pluribus agitur, in collectivum simul formae <sup>انفس</sup> انفس et <sup>اعين</sup> اعين continuo transeant,

جَاءَتْ زَيْنَبُ نَفْسَهَا *dixit Zaido ipsimet*, قَالَ لَزَيْدٍ نَفْسَهُ *ut venit Zainab ipsa*, قَتَلَ الْأَصْحَابَ أَنْفُسَهُمْ *interfecit socios ipsos etc.* Nec tamen raro eadem praepositionis ب ope subnexa videas, ut جَاءَ بِنَفْسِهِ *venit ipse*, الْكَوَاكِبُ بِأَعْيَانِهَا *stellae ipsae*, ubi etiam pluralis formam diversam habes, vel brevius فِي in accusativo adverbiali subjunctum, ut الْكَوَاكِبُ عَيْنَانَا, cf. Not. T. 12. p. 261, pen.

Denique monendum, appositionem posse et enunciationem brevem contractam amplecti, ut تَقَاتَلُوا بَعْضُهُمْ لِبَعْضٍ *§. 517.* Subjectum ita si appositio talis statim excipit, structura enunciationis saepe e proximo subjecto continuatur, ut الْأَخِلَاءُ يَوْمَئِذٍ بَعْضُهُمْ لِبَعْضٍ عَدُوٌّ *amici tum — unus alteri inimicus i. q. inter se inimici erunt Sur. 43, 65.*

664 b) Verbum quin eadem ratione verbo apponi possit, nihil est quod dubitemus. Huc enim refer: 1) si imperfectum participii praesentis loco verbo finito apponitur, ut أَجَابَهُ بِقَوْلٍ *respondit ei dicens*, cf. §. 620. — 2) si eadem verbi finiti forma ita continuatur, ut alterum verbum prius explicet, v. c. فَارْسَلْنَا أَعْلَمَ بِذَلِكَ أَبَاهُ *tum misit nunciavit i. q. mittens nunciavit hoc patri Abulf. ann. ant. p. 70, ult. Sed talia in arabismo rara <sup>1)</sup>.*

665 3) Denique enunciationi multa vocabula accedere possunt laxius juncta, quae rationes rei vel alia forte fortunā

1) In syriasmo e more est inter duo verba copulam post verbum movendi ita omittere, ut latine prius participio subungere possis.

simul monenda describant; ut *adverbium* nomini vel verbo postponendum, v. c. كَثِيرٌ جِدًّا *valde magnus*, النَّاسُ طَرًّا *homines = junctim i. q. cuncti*, عَجِبْتُ جِدًّا *miratus sum valde*; temporis notationes variae, nomina praepositionibus varias ob relationes aucta, et si quae alia sunt ex ipso verborum nexu dilucida.

Omnia haec laxiora complementa aut praepositione introducenda sunt, aut brevius, quantum usus fert, accusativo subjungenda. Pertinet igitur etiam huc integra enuntiatio accusativo subjuncta §. 560, quod idem Latini ablativo absoluto attingunt. Eodem refer appositionem laxiorem unius nominis §. 557 sq. descriptam, quâ arabismus valde delectatur, ut

أَجِبُّ أَحَدَكُمْ أَنْ يَأْكُلَ لَحْمَ أَخِيهِ مَيْتًا *cupitne ullus e vobis carnem fratris sui ut mortui edere?* Sur. 49, 12.

إِذَا تَتْلَىٰ عَلَيْهِمْ آيَاتُنَا بَيِّنَاتٍ *cum praeleguntur ipsis versus nostri ut dilucidi*, et alia plurima supra allata. Porro hujus ditionis sunt singula substantiva multa, quae rationes rei exactius exponant, praesertim igitur quae per se jam numerum, statum, genus et talia definiunt, ut in plurali indefi-

nito صُغُوفًا *per series vel ex ordine* Rosenm. anal. 3. p. 5, 17.

تَمَلَّانَا مِنِّي ضَرْبًا وَلَذَاتِ أَفَانِينَ *impleti sumus votis per genera i. q. generis varii et voluptatibus speciei variae* (haec enim *varii* notio plurali indefinito inest) Ibn-Khac. p. 47, 10. Quare vel notiones quaedam rationem rei describentes, quas ex origine apponere licet, laxius etiam subjungi

incipiunt, ut مَا تَوَا جِيعًا *stellae ipsae* §. 663,

مَوْتٌ سَائِمٌ *mortui sunt omnino =* جَمِيعًا *omnes* §. 516, et vel



§. 663 in accusativo <sup>أجمع</sup> subjungi posse, e grammaticorum quorundam sententiâ probat Kamus p. 990.

Nec porro obliviscendum est, appositionis prius §. 662 descriptae genera ad nomina proximae tantum seu tertiae personae pertinere. Pronomen vero personale primae personae, quod omnino rarius definitione indiget, ita substantivo definiri nequit: imo cum id linguae prorsus per se stare absolutumque esse visum sit, nomen definitionis causâ accedens non eâdem serie seu appositione novâ adjungitur, sed

accusativo subjungendum est, ut <sup>نحن العرب اقربى الناس للضيف</sup> nos, Arabes dico, inter homines maxime ad hospitium proclives sumus, <sup>نحن معاشر الانبياء لا نورث</sup> nos, prophetarum familiae, heredes non sustinemus. Potest etiam,

praesertim si definitio laxius adjungitur, <sup>ايها</sup> accusativo huic praecedere; notat enim qui hîc, adverbii instar quoad, ut per se explicationi inservire possit, ut <sup>انا افعل كذا ايها الرجل</sup> ego ita faciam, scilicet vir hic, quem hîc videtis solum; <sup>اللهم اغفر لنا ايها العصابة</sup> o deus, ignosce nobis, scilicet gregi huic, unde simul pronomini <sup>اي</sup> genus e substantivo sequenti pendere patet. Adjectivum tali substantivo accedens in nominativum redire potest.

Idem secundae personae pronomini accidit, ut <sup>بِكَ اللهُ</sup> <sup>ذُرْجُو الْفَضْلُ</sup> per te, deum scilicet, speramus salutem.

## 2. De ordine et vi vocabulorum in enunciatione.

666 Ordo vocabulorum in arabismo ut in reliquis linguis semiticis non e vi tantum sensuque tum orationis totius tum vocum singularum dependet, sed ob formarum linguae perfectarum inopiam haud levem simul notionibus formandis inservit; estque hinc linguae huic in universum multo minor seriei vocum variandae facultas quam graecae, sanscritae si-

milibusque. Duo igitur hîc monstranda sunt: prius, qualis sit orationis quiete fluentis ordo, quaeque ordinis vocabulorum ratio et lex; alterum, quas ordinis hujus variationes sensus et vis enunciationum singularis permittat.

1. Constans est genitivi e statu constructo dependentis ordo; nec minus continua est appositionis adjectivorum, adverbiorum aliarumque vocum supra descriptae lex; appositio enim ubique e sensus ordine postponenda est: et nomina quidem proxime, verbis laxius appositis (§. 620) interstitium majus pro loci ratione conceditur. Objectum porro, quamquam in eo collocando licentia paulo major est, e lege tamen verbo suo postponitur; objectum duplex e justâ serie ponendum, quae non nisi sensu perspicuo variari potest. Semperque justus objecti duplicis ordo servandus si accusativus cum verbo utj altero objecto subjungitur §. 632, ut vel dicendum sit *إذا سمعتم آيات الله يكفر بها* *si dei signa abnegari auditis* Sur. 4, 139, cum كفر cum ب ponatur. Omnia haec e supra dictis jam perspicua sunt.

Major quidem in subjecti et praedicati juncturâ ordinis verborum varietas prona est: neque enim, cur sive illud sive hoc praecedat, cum utrumque per se ponatur, causa proxima cernitur. Cum tamen id, quod de re praedicandum est, plerumque e totâ orationis vi sensuque loquentis multo sit gravius propiusque, praedicatum subjecto praeponere adeo consuetum est, ut lex paene continua in oratione quietâ hunc ordinem sanxerit.

Hoc eo praesertim valet, ut verbum subjecto in oratione 667 quietâ semper praeponendum sit, ut مات أبوه *mortuus est pater ejus*; objectum autem, si quod accedit, post subjectum demum accedat, cum subjectum eo multo propius sit, ut خلف الله السموات والأرض *creavit deus coelum et terram*. Quem eundem ordinem ab hac verbi finiti lege continuâ ad infinitivi et participii juncturam transferri, §. 641 sqq. uberius descriptum est.

Facile quidem subjectum, si cum vi quadam effertur, verbo etiam praeponi potest, ut كَذَلِكَ اللَّهُ يَفْعَلُ مَا يَشَاءُ sic deus facit quae vult Sur. 3, 41. 47. Sed hoc pronum non est, nisi ubi sermo ab initio alio fundamento niti nequit, ut fundamenti instar aut verbum, quod propius omnino est, aut ob vim quandam subjectum praemittatur. Si vero vox arctius juncta vique suâ insignienda praecedit sermonis firmum quasi fundamentum struens, constantissime quietus ille vocum ordo servatur; sic enim res ipsa fert, ut quo fortius fundamentum positum est, eo placidius et sedatius ordo vocum deinceps decurrat. Idque fundamentum varium maxime est: pertinent enim huc 1) particulae vi insigniori efferendae ac cum ipsâ enunciatione arctissime junctae, ut fundamentum ejus non possint non efficere, nempe *interrogativae* هَلْ، أ، *negativae* omnes, de quibus v. §. 694 sqq.; porro particulae *temporis* et *conditionis* (exceptis iis temporis particulis, de quibus §. 738 dicetur), ut لَمَّا cum, حَتَّى donec, أَنْ et لَوْ si, إِذَا quando reliquaeque, conditionis notionem quae suggerunt (v. §. 741-72), nec non قَدْ jam et سَ (§. 199 sq. 205), quae cum nil nisi tempus definiant, non possunt alii vocabulo nisi verbo proxime praeponi neque omnino enunciationi insunt verbo carenti; denique particulae variae modo naçbato vel g'ezmato jungendae (§. 624-31), utpote quae in arctâ tantum cum modo hâc juncturâ vim suam exserunt, sicut prae-positiones a casu suo divelli nequeunt. Quae cum ita sint, facile jam apparet, particulam simpliciter copulativam و et huc non pertinere, cum extrinsecus et laxo nexu enunciationi accedat; nec وَ per se ordinem vocum moderatur, quanquam si narrationis progressum notat, verbum ei proxime postponere in quieto sermonis defluxu pronum ac con-

suetum est. — 2) In enunciatione *relativa* continuo praedicatum subjecto praeposendum est, cum eo, quod relative explicandum est, vocabulo fundamenti instar posito quietus jam maxime vocabulorum ordo postuletur. Huc vero plurima

pertinent, ut si pronomen relativum intercedit, v. c. <sup>ص</sup>زَيْدٌ <sup>م</sup>الَّذِي

<sup>د</sup>مَاتَ أَبُوهُ *Zaid*, *cujus pater mortuus est*, et si sermo eo

caret (ex §. 715), ut <sup>د</sup>رَجُلٌ <sup>د</sup>مَاتَ أَبُوهُ *vir* (quidam), *cujus*

*pater mortuus est*, <sup>د</sup>كَثِيرٌ <sup>د</sup>عَدَدُهُمْ *tribus* (quaedam), *cu-*

*jus numerus magnus est* (idem enim ad adjectiva non minori jure valet), et locutiones §. 560 descriptae; nec minus

particula relativa (§. 724), v. c. <sup>ع</sup>أَنَّ, eo semper valet, ut verbum deinde subjecto praepositum necessario sequatur. Si tamen forte pronomen relativum simul subjecti loco est, ut

verbo subjectum denuo postponatur, necesse non esse facile patet. — 3) Si quando vox praeter ordinem suetum praeposita est, sive quia interrogativa est, sive ob emphasin singularem in eâ collocandam, deinde ordo quietus redit, tanta

ejus est vis usu sancita; ut <sup>د</sup>زَيْدٌ <sup>د</sup>مَاتَ أَبُوهُ *Zaidi pater mortuus est*. Si igitur de verbo, subjecto et objecto agitur, subjecto praeposito verbum et objectum, objecto praeposito

verbum et subjectum deinceps sese excipiunt, ut <sup>د</sup>قَرَّبَنَا <sup>د</sup>هَدَى اللَّهُ

*partem deus direxit*.

Praedicatum si non verbo, sed nomine continetur, ea- 668 dem lex valet modo descripta: nam praedicatum e lege praemitti, monstrat relativa enunciatio quaeque ejus similia sunt §. 667. Et in enunciatione fundamento externo destitutâ

praedicatum praecedit, ut <sup>د</sup>أَنَا <sup>د</sup>تَمِيمِي *Temimita ego sum*,

مَوَّجُودٌ عِنْدَنَا رِجَالٌ مِّنَ الْكِرَامِ *inveniuntur apud nos viri*  
 (i. e. nonnulli) *e nobilibus*. Sed si praedicatum per se non  
 statim dignoscitur, ut sensus ambiguus esse possit, subjectum  
 jam vi pronunciandum eoque ipso praemittendum est, ut  
 رَبَّنَا اللَّهُ *deus est dominus noster*, non alius praeter deum,  
 مُحَمَّدٌ رَسُولُ اللَّهِ *Muhammed*, neque alius praeter eum, est  
*legatus dei*. Facileque et alibi subjectum, si *definitum* est,  
 praedicato indefinito praemittitur, ut اللَّهُ كَرِيمٌ *deus est*  
*liberalis*, اللَّهُ أَعْلَمُ *deus est scientissimus*, هَذَا صِرَاطٌ مُسْتَقِيمٌ  
*haec est via recta* Sur. 3, 50, ubi *via* sine articulo dicta  
 est, quia adjectivum definitionem aliquatenus supplet. Subjectum  
 cum لَ §. 496 ob ipsam vim semper praemittendum est, ut  
 لَأَنْتَ كَاذِبٌ *profecto tu es mendax*. At subjectum prorsus  
 indefinitum debilius est, quam ut commode praemittatur: fun-  
 damenti loco aut particula quaedam apta praecedit, velut  
 هَلْ أَنْسَانَ فِي الْبَيْتِ *vel* *negativa vel interrogativa*, v. c. هَلْ فِي الْبَيْتِ أَنْسَانَ  
 (neque enim refert, utrum illum an hunc  
 ordinem praeferas) *estne homo quis domi?* مَا أَحَدٌ فِي الدَّارِ  
*non est aliquis domi*, aut si ea deest, alia vox praedicato  
 inserviens, ut فِي الْبَيْتِ رَجُلٌ *domi est vir aliquis*, عِنْدِي دِرْهَمٌ  
*penes me est drachma*. Quanquam substantivum indefinitum  
 ab initio bene toleratur, si adjectivo circumscibitur ac de-  
 finitur, ut رَجُلٌ كَرِيمٌ عِنْدِي *vir quidam nobilis apud me*  
 est. Nec tamen hujus ditionis est vox per se indefiniti sen-

sus, ut <sup>من</sup> *qui, quicumque*, <sup>كل</sup> *omnis*, quae bene praemittuntur; nec nomen interjectionis vice vi fortiori praemissum, ut <sup>عليك</sup> *pax sit super te!* nec denique infinitivus, qui articulo propter notionem suam non eget, ut <sup>فَصَبْرٌ جَوَادٌ</sup> §. 646.

Verbum substantivum <sup>كان</sup> vel aliud ei simile si ad subjectum et praedicatum accedit, verbi cujusvis legem sequitur, si fundamenti vice vox praecedit §. 667; sed si ejusmodi nihil praecedit, non ab initio tantum ponitur, sed praedicato etiam subjici potest subjecto sequente, quod tamen, nisi forte vis singularis praedicatum insigniat, poetis potius peculiare est, ut <sup>لَمْ يَزَلْ عَمْرُو</sup> *liberalis esse non desiit Amr*; etiam <sup>مَا صَدِيقَكَ نَزَالَ نَزِيدٌ</sup> *non amicus tuus esse desiit Zaid*; negativum tamen simplex <sup>لَيْسَ</sup> interponi se non bene sinit. Contra vero <sup>كان</sup>, quod ad tempus praeteritum notandum enunciationi accidit §. 201. 208, tam parum arcte cum eâ cohaeret, ut saepe ab initio positum longo intervallo ab eo distet verbo, quo e temporis ratione referendum est.

Quae denique ad partes praecipuas vel fundamenta orationis accedunt notiones maxime variae, eas lingua mediae enunciationi inserere amat, quo facilius et arctius tota sermonis compages cohaereat. Ita temporis definitio, adverbium, nomina praepositionibus aucta libenter verbum inter et subjectum ponuntur, ut <sup>كَانَ يَوْمَ الْجُمُعَةِ نَزِيدٌ صَائِمًا</sup> *erat die Veneris Zaid jejunans*. Objectum adeo haud raro verbo et subjecto interponitur, praesertim si objectum e vi sermonis levius, subjectum gravius vel longius est, ut <sup>إِذَا حَضَرَ الْقِسْمَةَ</sup>

و ازلوا القربي والبتامي والمساكين *si praesentes sunt partitioni*  
*propinqui et orbi et pauperes* Sur. 4, 7. افْتَحْ اَرْضَ مِصْرَ  
 اصحاب رسول الله *expugnarunt Aegyptum comites legati*  
 فرعون المذكور المتجهون بظهور موسي, *certiorem fe-*  
*cerunt Pharaonem memoratum astrologi de Mosis ortu,*  
 ليس سواء عالم وجهول *non est idem (§. 553) sciens et in-*  
 ما دام متعباً في الدار صاحبها *quousque domi ma-*  
*nebit dominus ejus.*

- 670 2. Vidimus hucusque consuetum et quietum vocabulo-  
 rum ordinem, a praedicato e lege prodeuntem. Sed is dua-  
 bus e causis tolli potest. Primum praedicatum, sive verbum  
 sive nomen sit, subjecto continuo postponendum est, si *sta-*  
*tus* depingendus est, ita ut inverso huic vocum ordini simul  
*notionis* singularis formatio insit. Egregie enim inverso hoc  
 ordine res vel actio non progrediens, sed qualis eo ipso mo-  
 mento vel statu comparata sit, descripta sistitur. Hinc  
 praedicatum, si fieri potest, *participio* continetur; potest  
 tamen etiam, ubi notio postulat, verbum finitum praedicali  
 loco esse, imperfectum scilicet praesentis vice statum de-  
 scribens, perfectum plusquamperfecti nostri sensu; nec non  
 aliud nomen personale praedicali locum occupare potest.  
 Quod si forte enunciatio hujusmodi praedicato distincto pror-  
 sus careat, ut alia vox, velut nomen cum praepositione, prae-  
 dicatum suppleat (§. 655), vocum ordo tam perspicue in-  
 verti nequit: videas tamen plerumque subjectum alias prae-  
 positum jam postponi inverso ordine. Et alias voces tempus  
 vel locum describentes simul praeponere juvat, quibus status  
 delineatio incipiat. Ceterum enunciationem hujus generis non  
 nisi in oratione continuâ obviam esse posse, facile apparet, v.

igitur infra §. 730. Nunc unum locum e Koseg. chr. p.75, 12 sqq. laudare sufficit, ubi exemplorum copia larga est:

فَأَشْرَفَ عَلَيَّ وَادٍ كَثِيرَ النَّبَاتِ مَخْضِرِ الْجَنْبَاتِ وَعَلَيَّ حَاقَةَ الْوَادِي

بِوَتٍ مَضْرُوبَةٍ وَفِيهَا عَالَمٌ عَظِيمٌ وَرِمَاحُهُمْ مَرْكُوزَةٌ وَبِوَتِهِمْ عَالِبَةٌ

وَسَعَادَتُهُمْ ذَاهِبَةٌ وَالخَيْبُولُ مَرْبُوطَةٌ وَبِسْطُ الدِّبْجِاجِ مَبْسُوطَةٌ وَالْجِمَالُ

Conspexit vallem plan-

tis refertam et arboribus virentem, cujus in margine tentoria erant fixa, inque eâ homines multi, quorum hastae erant in terrâ defixae, domus altae, fortuna emi-

nens, equi alligati, stragula serica expansa, cameli camelaeque genibus nixi, ancillae lyras pulsantes etc. Si-

militer post *ها* ecce semper subjectum proxime efferendum est, ut *ها أنا مَيِّتٌ* *en ego moriens sum*, *ها أنا أَجِلٌ* *en ego porto* etc.

Particulae *لَعَلَّ*, *لَيْتَ*, *لَكِنَّ*, *أَنَّ*, *أَنَّ* cur nomen sub- 671

jecti vi praeditum attrahant sibi in accusativo subjungant, §. 563. 67. expositum est. Tantaque iis inest se nomine apto complendi et subjectum aliquod sibi subjiciendi vis, ut, si subjectum verbi personis vel formis inhaeret, tamen pronomen ejus praereptum sibi subjungant, v. c. *لَعَلَّكُمْ تَفْلِحُونَ* si

*forte felices eritis*, *لَا أَظُنُّ أَنَّهُ بِمَوْتٍ* *non puto eum mo-*

*riturum esse*, *أَنَّهُ مَصِيبُهُمْ مَا أَصَابَهُمْ* *sane iis accidet quod*

*illis accidit*, ubi participium jam praedicati tantum vicem explet; utque, si ante vocem aliam, quae enunciationis





أَهْتَدَيْتَ بِكَفَيْكَ أَنْ *nonne sufficit tibi, quod directus es in*

vià verà? أَسْتَتْرَ أَنْ *tempore, quo absconditus erat etc.*

Quanquam si in tali nexu non verbum finitum, sed participium sequitur, personae seu subjecti suffixum ab hōc أَنْ abesse nequit. Singulari praeterea vi أَنْ modum naçbatum

complementi sui instar sibi jungit. §. 625. — أَنْ vero rarissime voci dissimili, velut verbo, praepositum inuenitur, quod ubi fit, sine vocali ultima ejus syllaba effertur eodem

discrimine quod inter أَنْ et أَنْ est, scilicet ut vocalis finalis, ubi adest, proclivem voculae nexum cum nomine praeparet, suspensa vero nexum hunc consuetum sublatum vocemque

magis hiantem notet, v. c. أَنْ كُنْتَ مِنْ قَبْلِهِ مِنَ الْغَافِلِينَ. *sane antehac inter negligentes fuisti Sur. 12, 4* <sup>1)</sup>. —

Similiter brevius effertur لَكِنَّ, si adversativum hoc magis per se stat, velut verbo sequente, quod haud ita raro fit, cf.

Sur. 4, 161. 165. 10, 37. — De لَعَلَّ v. porro §. 709.

Deinde invertitur ille verborum ordo ob vim, quā una prae ceteris vox insignienda videtur; sic enim vox haec potior visa ita praepositur, ut ordo verborum inde pendeat. Frequentior est ea verborum inversio in hebraeā linguā vivace admodum et juvenili; rarior in arabicā, quanquam Koranus vestigia ejus satis multa trahit. Ita raro id cernas oppositi fortius insigniendi causā duas inter enunciationes, ut

لَا تَعْلَمُونَ وَأَنْتُمْ لَا تَعْلَمُونَ *deus id scit, sed vos haud scitis*

1) Sequens ل satisfacit monstrat أَنْ hoc loco non posse notare si. Cf. de hoc loco Zamakschari in Sac. anth. p. 125. et Sur. 10, 29. 62, 2. 68, 52.

Sur. 3, 65; <sup>قَرِيبًا هَدَىٰ وَفَرِيقًا حَتَّىٰ عَلَيْهِمُ الضَّلَالَةُ</sup> *partem vestrum direxit, sed parti alii adjudicatus est error* Sur. 7, 31. Frequentius paulo id fit, ut in singulâ enunciatione unum prae ceteris nomen ut potissimum, de quo dicendum sit, insigniatur, ut <sup>ذَٰلِكَ تَتْلُوهُ</sup> *hoc praelegimus* <sup>اللَّهُ رَسُولُهُ</sup> *dei legatus vobiscum est* et sexcenta talia in Korano. Ex utrâque vero ratione cum nomen, quod in quietô orationis fluxu postponendum fuisset, extra juncturam praeponatur, nexus ejus, si opus est, in enunciationis tenore justo loco pronomine ejus suffixo supplendus est. Et nominativus quidem ab initio positus sufficit per se, ut <sup>اللَّهُ يَعْلَمُ</sup> *deus scit*: sed nomen, quod e quietâ oratione a statu constructo vel praepositione penderet, ut suffixo suppléatur, ubique necesse est, ut <sup>اللَّهُ رَسُولُهُ</sup> *deus — legatus ejus* i. q. *dei legatus*, neque enim genitivus arabicus per se poni potest; <sup>اللَّهُ لَدَىٰ مَا فِي السَّمَوَاتِ وَالْأَرْضِ</sup> *deo est quodcunque in coelo et terra*; accusativus ipse praepositus, cum terminatio ei sit dilucida, sufficere jam potest, ut <sup>قَرِيبًا هَدَىٰ</sup> *partem direxit*, ut omnino accusativus facilius praeponitur, ac poetae saepe eum non ob vim, sed ob metrum praeponunt, v. c. <sup>كَأَمْبِطٍ لَا</sup> *mortui instar qui terram non secuit* Izzedd. av. p. 70, 3; nomen tamen paulo gravius seque magis secernens, ut definitum, suffixi ope suo loco saepe redit, ut <sup>مُوسَىٰ</sup> *Mosen elegimus*, necessariumque id magis, si forte accusativi terminatio non adest, ut post <sup>ذَٰلِكَ</sup> *hoc*.

Quod vero ita extra juncturam praemittitur nomen deinceps suo loco suffixi ope supplendum, in nominativo pronuntiatur, cum oratio ita incipiat, quasi de hōc nomine aliquid praedicaturus sis. Saepe tamen et accusativum praemissum reperias, si post verbum interpositum objectum vel proxime vel praepositionis ope junctum sequitur. Nam ita loquens objecti vim, quam in mente tenet, ab initio statim dilucide exprimit, quae est ratio sermonem integrum jam animo complectentis. Nominativus magis hiat, accusativus mitior est faciliusque subjicitur. Hinc accusativus tum maxime placet, cum particula conditionis et temporis, interrogativa vel negativa etiam, fortior praesertim ut <sup>ان</sup> <sup>لو</sup> <sup>هل</sup>, fundamenti loco praemissa est, quas easdem jam supra §. 667 basin enunciationis efficere fortiusque ab initio pronuntiari vidimus, v. c. <sup>هل</sup> <sup>زيدا</sup> <sup>لقتله</sup> *num Zaidum offendisti?* <sup>مهما</sup> <sup>زيدا</sup> <sup>مهرت</sup> <sup>به</sup> <sup>سلامت</sup> <sup>عليه</sup> *quotiescunque juxta Zaidum transeo, saluto eum,* <sup>ما</sup> <sup>زيدا</sup> <sup>كلمته</sup> *non Zaidum alloquutus sum;* licet et nominativus feratur, praesertim post negationem vel interrogativum minus forte, ut <sup>لا</sup> <sup>تجزعي</sup> <sup>ان</sup> <sup>منفس</sup> <sup>اهلكه</sup> *ne contremisce, si Munfisum interfecero.* Post simplicem vero copulam accusativus minus quidem necessarius est, invenitur tamen satis frequenter, ut <sup>والسما</sup> <sup>ببناها</sup> — <sup>والارض</sup> <sup>قرشناها</sup> *et coelum aedificavimus — et terram expendimus* Sur. 51, 47. 48, sed minus placet, si in enunciatione priori nominativus est, ut <sup>امر</sup> <sup>قتل</sup> <sup>وعرا</sup> <sup>جرحة</sup> *Omar occisus est, et Amrum vulneravi,* ubi <sup>وعرو</sup> potius est. Denique si nihil prorsus praecedit, accusativus minime placet, faciliusque fertur <sup>زيدا</sup> <sup>قتلته</sup> *Zaidum interfeci* quam <sup>زيدا</sup> <sup>قتلته</sup>. Praeterea in oratione

commotiore ante imperativum vel jussivum accusativus his respondens potior est, ut <sup>لَا</sup> <sup>وَابْنِ</sup> <sup>عَبْدِكَ</sup> <sup>أَرْجُو</sup> <sup>اللَّهُمَّ</sup> عبدك أرجو وابن عبدك لا  
 تجعله من الكافرين <sup>مِنَ</sup> <sup>الْكَافِرِينَ</sup> o deus, servum tuum tibi commenda-  
 tum habe vernamque tuum ne impiis adjungas! — Ubi-  
 cunque vero ita accusativus fertur, non est cur nomen, quo  
 hic e sensu sermonis justo pertinet, verbum proximo statim  
 loco sequatur; nam potest et post statum constructum se-  
 cundo vel tertio loco distare, aut in enunciatione integrâ  
 appositâ (e §. 715) sequi, ut <sup>مَا</sup> <sup>زَيْدًا</sup> <sup>أَمَرْتُ</sup> <sup>بِقَتْلِ</sup> <sup>أَبْنِهِ</sup> Zaidi  
 filii mortem non praecepi, <sup>مَا</sup> <sup>زَيْدًا</sup> <sup>كَلَّمْتُ</sup> <sup>أَحَدًا</sup> <sup>مَرِيئًا</sup> Zai-  
 dum qui offenderit neminem allocutus sum; quanquam  
 ubi vox vere relativa, vel articulus tantum (§. 718), ita in-  
 tercedit, ut duae enunciationes distinctae formentur, accusa-  
 tivus qui ad posteriorem pertineat, in priori ferri nequit.

Ceteroquin accusativus ferri nequit, velut si particula  
 enunciationem fundamenti instar incipiens §. 667 post nomen  
 demum praemissum sequitur, quâ ratione nomen prius sine  
 omni nexu ponitur, v. c. <sup>مَا</sup> <sup>رَأَيْتَهُ</sup> <sup>مُحَمَّدًا</sup> Muhammedem  
 non vidi, <sup>مَا</sup> <sup>رَأَيْتَ</sup> <sup>أَحْسَنَ</sup> <sup>مِنْهُ</sup> Zaido jam pulcriorem  
 vidi, quo eodem pertinet <sup>لَ</sup> emphaticum, ut <sup>مَا</sup> <sup>زَيْدًا</sup> <sup>لَأَحِبُّهُ</sup> Zai-  
 dum certe amo; vel si conjunctio per se subjectum mon-  
 strans ideoque semper nominativo praefixa praecedat, ut <sup>إِذَا</sup>  
 ecce notans (§. 490), <sup>أَمَّا</sup> quod attinet ad (§. 486), v. c.  
<sup>وَأِذَا</sup> <sup>زَيْدٌ</sup> <sup>بِرَأْيِهِ</sup> et ecce Zaidum videbat 'Amrus, <sup>أَمَّا</sup>  
<sup>تَمُودُ</sup> <sup>فَمِنْهُمْ</sup> <sup>أَتَمُودُ</sup> Tamúdum direximus Sur. 41, 17; etsi



Hic tamen ante omnia notandum, arabismum ut in multis rebus ita in hac quoque longe antiquae linguae semiticae arctos limites transgressum esse. Nam arabismo ea jam indita est nova vis, quâ duo suffixa uni verbo subjungere queat. Quod tamen ut fiat, ordo, quo suffixa duo se excipiant, requiritur justus et perspicuus. Igitur cum gravior suffixum praeponi aequum sit, primae personae suffixum praecedat suffixo secundae vel tertiae, secundae item suffixo tertiae; nec fertur in tertiâ vel aliâ ejusdem suffixi bis ponendi compositio ingrata et obscura; nec denique unquam objectorum series, quae e notione pendet (§. 545), negligi potest.

Licita ergo sunt haecce: <sup>ع</sup>أَعْرِفَنِيكَ <sup>ع</sup>facit me te cognoscere, <sup>س</sup>سَلِّئِيهَا <sup>س</sup>id me interroga, <sup>س</sup>تَحِيَّةٌ <sup>س</sup>حَيْبَاكَ <sup>س</sup>salutatio quaedam, <sup>ع</sup>أَعْطَيْتَكُمُوهُ <sup>ع</sup>تَبِيكَ <sup>ع</sup>tibi eos monstrat, <sup>ع</sup>أَسْقَيْتَهُمُوهَا <sup>ع</sup>vobis eum dedi, <sup>ع</sup>أَرَانِيكَ <sup>ع</sup>notet: monstravit <sup>ع</sup>أَرَانِيكَ <sup>ع</sup>mihi eum, <sup>ع</sup>أَعْطَيْتَهُ أَبَاكَ <sup>ع</sup>dedi ei te, <sup>ع</sup>أَقْبَضْتِكَ <sup>ع</sup>أَبَايَ <sup>ع</sup>te me prehendere sivi, <sup>ع</sup>سَلِّئِ أَبَاكَ <sup>ع</sup>interroga eum id etc. Cum verbo putandi similibusque (v. §. 545) licet quidem dicere, pronominibus diversis junctis, <sup>ع</sup>لَمْ أَكُنْ حَكِيمًا <sup>ع</sup>وَدَسِبْتَنِي <sup>ع</sup>non fui sapiens et tu putasti me esse eum (i. e. sapientem), sed ubi idem suffixum subjungendum foret, id vitandum est, ut <sup>ع</sup>ظَنَنْتُهَا <sup>ع</sup>أَبَاهَا <sup>ع</sup>credidi eam esse illam (feminam, quae quanam sit quaeritur). Ceterum objectum posterius et ibi hoc <sup>ع</sup>بَا <sup>ع</sup>posito separari potest, ubi juncturae duorum suffixorum per se nihil obstat; nam non ubique innovatio haec arabismi

necessario sibi jam constat. — Quae vero voces verborum vim ita referunt, ut et ipsae duplex objectum patiantur, eandem suffixorum juncturam ferunt, ut praepositio <sup>دُون</sup> ex §. 593, v. c. <sup>دُونَكَ</sup> *accipe eum*, et nomina verbalia, tum participia cum infinitivi, quibus duplex objectum subjici posse §. 644 sqq. monstratum est, v. c. <sup>دُونَ</sup> <sup>دُونَ</sup> *is qui tibi eos dat*, <sup>دُونَ</sup> <sup>دُونَ</sup> *mirum me tenuit quod ei donum dedisti*. Sed cum verbalibus minor inhaereat transitivi verbi vis quam verbo finito (cf. §. 652), hic frequentius etiam quam post verbum finitum, objectum posterius separatur.

Nec minus per <sup>أَبَا</sup> suffixum separatur, si accusativus post genitivum a nomine verbali pendentem sequitur, ut <sup>أَبَا</sup> <sup>أَبَا</sup> *quod deus eum interficit* cf. §. 648; vel si nomen verbale indefinite et absolute ponendum est, ut <sup>أَبَا</sup> <sup>أَبَا</sup> *sed is est audiens i. q. sed audit eum*. Utrâque tamen ratione accusativum saepissime diversâ praepositionis <sup>أَبَا</sup> juncturâ evitari e §. 652 elucet.

2) Potest etiam fieri, ut objectum prorsus nude ponatur, 675 ubi jam suffixum sine <sup>أَبَا</sup> stare omnino nequit. Fit id frequentius in locutione interjectionis ritu pronunciandâ, de quâ v. §. 708.

3) <sup>أَبَا</sup> notionem latini *praeter* aequans objectum sibi subjicere §. 564 dictum est. Suffixum tamen, si objecti vice est, nondum didicit proxime subjici, sed interposito <sup>أَبَا</sup>, quo disertius accusativus notetur, carere nequit; v. c. *non est noster dux* <sup>أَبَاكَ</sup> <sup>أَبَاكَ</sup> *praeter te* Kos. chr. p. 78, ult. Similiter <sup>أَبَا</sup> §. 479 nonnunquam *praeter* notat accu-



sativo suffixi jungendum, ut suffixum disertius potius per *ابا* quam proxime subjungatur, nam proxima subjunctio rara est et poetis priva, ut *أتوني لیس اباک* *venerunt ad me, praeter te*; pr. sg. *لپسني* s. *لپسي* <sup>1)</sup> *praeter me*.

Denique si particula praecedit accusativum postulans eaque suffixo juncta, novum suffixum copulae *و* ope accedens per *ابا* annectitur, ut in Korano legitur *اننا واباکم لعلي* *nos profecto et vos in via recta sumus, aut in errore manifesto*, et similia satis multa leguntur, ut Schanfari *carm. v. 32* in *Sac. chr., Haret. M. v. 68. Sac. anth. not. p. 194. Exp. Memph. p. 87, 3. 137, 9.* Cur vero minus frequenter suffixum novum post verbum ita copuletur, v. c. ut dicatur *واياها قتله* *interfecit eum (virum) et illam (feminam)*, v. §. 727.

676 *Repetitio* vocis cujusdam in enunciatione insignem efficit orationis vim in hac unâ voce positam. Vis tamen haec duplicis generis esse potest: aut *logica*, ut breviter dicam, aut *rhetorica*. Et illa quidem in verbo et nomine perfecto aptius plerumque aliis notari potest rationibus, formationum scilicet et compositionum novarum ingente copiâ, quâ arabismum praecipue gaudere constat. Cujus quidem generis quae sunt, pleraque superius suis locis explicuimus; sunt enim inter se rursus plus minusve diversa; adde nunc unum hoc, insignem notionis nominalis vim oriri posse ex substantivo cum adjectivo ejusdem radicis composito, ut *داهية دهوائ* quasi dicas *infortunium infelicissimum* i. e. maximum,

1) Formatio hic fluctuat inter suffixum accusativi et nominis: utrumque enim paene aequo jure fruitur.

لَيْلٌ vel لَيْلٌ *nox* quae ante ceteras omnes noctis imaginem fert i. e. *aterrima*, atrocissima, *بوم* vel *بوم* *dies* (velut pugnae) *clarissimus*, *شاعر* *carmen ποιητικώτατον*, poetà *dignissimum* et quae alia ejus numeri in sublimiore praesertim oratione obvia sunt. Simile est *أني أني* *ego sum superbus superbus*, ut idem nomen prius substantivi, dein adjectivi id definientis locum teneat sensusque sit hic: *superbus homo non specie, sed vere superbiens*; *ظلي* *umbra mea optima*; et *لَيْثٌ لَيْثٌ* *leo leonum* i. e. leo ante omnes ita nominandus. Rariora sunt haecce: *أنا* *ego sum audacissimus omnium omnino* <sup>1)</sup>, *بَطَّيْرُونَ بِالمُتَعَالَةِ* *abjiciunt orationem omnium ci-* *tissime* Tab. p. 8, pen. ubi verbum ut alias infinitivo suo <sup>2)</sup> explicatur. Nec logica notionis cujusdam vis voce repetendā exprimenda est nisi in *adverbiis* formationi novae haud idoneis, quanquam id quoque in arabismo rarum est, ut *جدا جدا* *vehementissime* Gen. 7, 19 Saad. ex hebraeo *מְאֵד מְאֵד*. *Rhetorica* autem vocis cujusdam vis, si levior sufficit, in nomine jam positione vocabulorum satis insigniri potest (cf. §.672); si gravior affectus regnat, ipsum verbum vel nomen

1) Germ. *der Kühnste, der Aller Kühnste*. Aliud exemplum Izzedd. av. p. 112, 2.

2) Igitur forma *بَطَّيْرُونَ* ad eas pertinet, de quibus T. I. p. 379 dictum est. Sed ob sonum jam similiorem sueta infinitivi forma hic sedulo evitata videtur.

repeti potest, id quod in interjectionalibus enunciationibus satis frequens est, cf. §. 708. Semper vero ea vis repetitione exprimenda est in pronomibus personalibus, quippe quae aliter insigniri nequeunt. Nam *suffixis* primum nominum vel particularum, cum sine omni prorsus vi voci adhaereant, si vis sermonis in iis vertitur, pronomina *separata* (neque enim suffixum solum poni potest) subjiciuntur, ut

أَبْنِ نَصِيبِي أَنَا *nostrum* (non aliorum) *jus*, حَقُّنَا نَحْنُ *ubi*

*est mea pars?* هَذَا الْكِتَابُ لَنَا نَحْنُ *cujusnam est hic*

*liber?* أَنَا نَحْنُ نَرِثُ الْأَرْضَ *certe nos, nos he-*

*redes erimus terrae.* Suffixum *accusativi* a verbo pendentis aliâ etiam ratione e §. 670 praeponi eoque insigniri potest; sed cum haud raro ob verborum juncturam bene

praeponi nequeat, et haec ratio hic obvenit, ut أَن تَرِنِي أَنَا *si me vides.* Si quid vero ad suffixa haec appositionis ratione adjungendum est, id solo hoc vinculo intercedente ad-

jungitur potest, ut ذَهَبَ غَيْظُهُ هُوَ أَيضًا *ejus quoque ira dis-*

*paruit,* أَنَا الْمَسْكِينُ *vaeh mihi misero!* *ubi post*

pronomen separatum casum suffixi continuari vides, neque enim in appositione aliud ferri potest; vel si نَفْسِ *ipse no-*

tans e §. 663 subjungitur, melius dicitur رَأَيْتَكَ أَذَتْ نَفْسَكَ *ipsum*

(pro أَذَتْ هِـ *hic ob accusativum etiam* رَأَيْتَكَ *inseri potest),*

رَأَيْتَكَ *vidi te ipsum,* مَرَرْتُ بِهٖ هُوَ نَفْسُهُ *quam*

*praeterii ad eum.* — Deinde eâdem e causâ personae verbali pronomen separatum subjicitur, quo vis ejus

insigniatur, ut أَن جِئْتُ جِئْتُ أَنَا *si venies, veniam ego;*

fitque id eodem modo necessario ante appositionem, ut dicendum sit <sup>تَوَدُّ</sup> <sup>أَنْتَ</sup> <sup>تَفْسِكُ</sup> <sup>قُلْتَ</sup> <sup>أَنْتَ</sup> <sup>تَفْسِكُ</sup> *tumet ipse dixisti*. Si verbo praecedit <sup>أَنْمَا</sup> *solum, non nisi* §. 488, verbo in tertiâ personâ pronunciato bene subjici potest pronomen primae vel secundae, cum illa generalior hac, ad quam <sup>أَنْمَا</sup> pertinet, restringatur, neque ideo hîc verbum cum pronomine tam arcte junctum sit, ut <sup>أَنَا</sup> <sup>أَنْمَا</sup> <sup>قَامَ</sup> <sup>أَنَا</sup> *non surrexit* (quisquam) *nisi ego, s. ego solus surrexi*,<sup>٤</sup> quod aliter dicitur.

Potest vero etiam nominis substantivi repetitio aliâ ratione 677 ordinem rei continuum et si de pluribus personis sermo est, rem singulo cuique communem notare, ut *ubi terra comminuta erit* <sup>دَكَ</sup> <sup>دَكَ</sup> *minutatim* Sur. 89, 22. 23. <sup>فِي</sup> <sup>سَفَرٍ</sup> <sup>سَفَرٍ</sup> *في سفر سفر* libris Pentateuchi *continuis*, prout ex ordine se excipiunt Abulf. ann. ant. p. 158, 9. <sup>أَصْبَعًا</sup> <sup>أَصْبَعًا</sup> *per digitos*, singulis digitis Ibn-Khac. p. 30 not. 1. 7. Quâ ratione si res in pluribus singulis redire dicenda est, vel idem semper nomen in <sup>فَرَدَ</sup> <sup>نَزِيدَ</sup> <sup>حَجَرًا</sup> <sup>وَعَمْرًا</sup> *فرد نزيد حجرة وعمرو* <sup>فَرَدَ</sup> <sup>نَزِيدَ</sup> <sup>حَجَرًا</sup> <sup>وَعَمْرًا</sup> quod latine vocabuli *quisque* ope brevius dici potest: *consederunt Zaid, Omar et Amr in suo quisque territorio* Tab. p. 236, 11. 12. 1).

Vis quoque orationis eo conspicitur, quod substantivum, 678 quod in enunciatione annexâ pronomine suo satis redire poterat, totum repetitur, quo ipso hoc prae ceteris extollitur, ut in Korano <sup>أَنْزَلْنَاهُ</sup> <sup>بِالْحَقِّ</sup> <sup>وَبِالْحَقِّ</sup> <sup>نَزَلَهُ</sup> *demisimus eum* (Koranum) *cum veritate, et cum veritate descendit*; <sup>مَشِينًا</sup>

1) Alia exempla v. congesta in gr. crit. hebr. p. 638. not.

repeti potest, id quod in interjectionalibus enunciationibus satis frequens est, cf. §. 708. Semper vero ea vis repetitione exprimenda est in pronomibus personalibus, quippe quae aliter insigniri nequeunt. Nam *suffixis* primum nominum vel particularum, cum sine omni prorsus vi voci adhaereant, si vis sermonis in iis vertitur, pronomina *separata* (neque enim suffixum solum poni potest) subjiciuntur, ut

أَبْنِ نَصِيبِي أَنَا، *nostrum* (non aliorum) *jus*, حَقُّنَا نَحْنُ *ubi*

*est mea pars?* هَذَا الْكِتَابُ لَنَا نَحْنُ *cujusnam est hic*

*liber?* أَنَا نَحْنُ نَرِثُ الْأَرْضَ *certe nos, nos heredes erimus terrae.* Suffixum *accusativi* a verbo pendentis aliâ etiam ratione e §. 670 praeponi eoque insigniri potest; sed cum haud raro ob verborum juncturam bene

praeponi nequeat, et haec ratio hic obvenit, ut أَنَا تَرَنِي *si me vides.* Si quid vero ad suffixa haec appositionis ratione adjungendum est, id solo hoc vinculo intercedente adjungi potest, ut

ذَهَبَ غَيْظُهُ هُوَ أَيْضًا *ejus quoque ira disparuit,*

أَنَا الْمَسْكِينُ *vaeh mihi misero!* *ubi post*

pronomen separatum casum suffixi continuari vides, neque enim in appositione aliud ferri potest; vel si

نَفْسِ *ipse notans e §. 663 subjungitur, melius dicitur*

رَأَيْتَكَ أَذَتْ نَفْسَكَ *melius dicitur* (pro *أنت* hic ob accusativum etiam *أَيْسَاكَ* inseri potest),

مَرَرْتُ *quam* رَأَيْتَكَ نَفْسَكَ *meritum* بِهْ هُوَ نَفْسَهُ *meritum*

*praeterii ad eum.* — Deinde eâdem e causâ personae verbali pronomen separatum subjicitur, quo vis ejus

insigniatur, ut *si venies, veniam ego;* أَنَا جِئْتُ جِئْتُ *si venies, veniam ego;*

fitque id eodem modo necessario ante appositionem, ut dicendum sit <sup>تَوَدُّ</sup> <sup>أَنْتَ</sup> <sup>قُلْتَ</sup> <sup>تَوَدُّ</sup> <sup>نَفْسَكَ</sup> *tumet ipse dixisti*. Si verbo praecedit <sup>أَنْمَا</sup> *solum*, non nisi §. 488, verbo in tertiâ personâ pronunciato bene subjici potest pronomen primae vel secundae, cum illa generalior hac, ad quam <sup>أَنْمَا</sup> pertinet, restringatur, neque ideo hîc verbum cum pronomine tam arcte junctum sit, ut <sup>أَنْمَا</sup> <sup>قَامَ</sup> <sup>أَنَا</sup> *non surrexit* (quisquam) *nisi ego*, s. *ego solus surrexi*, quod aliter dicitur.

Potest vero etiam nominis substantivi repetitio aliâ ratione 677 ordinem rei continuum et si de pluribus personis sermo est, rem singulo cuique communem notare, ut *ubi terra comminuta erit* <sup>دَكَ</sup> <sup>دَكَ</sup> *minutatim* Sur. 89, 22. 23. <sup>فِي</sup> <sup>سَفَرٍ</sup> <sup>سَفَرٍ</sup> *libris Pentateuchi continuis*, prout ex ordine se excipiunt Abulf. ann. ant. p. 158, 9. <sup>أَصْبَعًا</sup> <sup>أَصْبَعًا</sup> *per digitos*, singulis digitis Ibn-Khac. p. 30 not. 1. 7. Quâ ratione si res in pluribus singulis redire dicenda est, vel idem semper nomen in continuis enunciationibus repeti potest, ut <sup>نَزَل</sup> <sup>نَزَل</sup> <sup>مَحْجَرًا</sup> <sup>وَعَمْرًا</sup> *quod latine vocabuli quisque ope brevius dici potest: consederunt Zaid, 'Omar et 'Amr in suo quisque territorio* Tab. p. 236, 11. 12. 1).

Vis quoque orationis eo conspicitur, quod substantivum, 678 quod in enunciatione annexâ pronomine suo satis redire poterat, totum repetitur, quo ipso hoc prae ceteris extollitur, ut in Korano <sup>أَنْزَلْنَاهُ</sup> <sup>بِالْحَقِّ</sup> <sup>بِالْحَقِّ</sup> <sup>نَزَلٌ</sup> *demisimus eum* (Koranum) *cum veritate, et cum veritate descendit*; <sup>مَشْتَبِهًا</sup>

1) Alia exempla v. congesta in gr. crit. hebr. p. 638. not.

وَصَبَّانِ وَاللَّبِثِ غَدَاً مَشْبَةً اللَّبِثِ غَدَاً *aggressi sumus leonis instar, qui irruit et leo quidem iracundus* (i. e. irruit irascens, وهو غداً sine vi dictum, cf. §. 730) Ham. p. 10.

In simplice enunciatione similis emphasis rhetorica oritur, si substantivum, quod in mente loquentis est, prius pronomine suo innuitur, dein ipsum nominatur jam praeparatum, ut in Korano هو الله احد (germ. *er, Gott, ist einer*) *αὐτὸς ὁ θεὸς εἰς ἐστὶ*, *الابصار* *فانها لا تعي* *nam illi haud caecutiunt, oculi*, et poetice *هي النفس ما حملتها تتحمل* *anima haec, quicquid eam tolerare voluero, tolerabit.* In germanico sermone idem ubique imitari licet <sup>1)</sup>.

Neque ad verum pleonasmum suffixum personae nominibus temporis et vicis variis adjunctum referri potest, etsi a nostris linguis mos hic prorsus alienus est. Nam *ساروا* *profecti sunt diem suum* breviter dicitur pro die, quo ipsi tum erant, *سمرنا ليلتنا* *transegimus confabulando noctem nostram* v. c. noctem, in qua eramus, *قد كان تحب ليلته* *perplexus fuerat per noctem illam, quam transegit*, *اعجائره* *في مرتبهم* *per extremam illam noctem* Tab. p. 86, 1. 4. *من يومه* *ab illo die*, proprie

1) V. exempla haec a scholiastis passim collecta, ut a Vahidio ad Motenabbii carm. ed. Horst p. 3. v. 1. quanquam locus hic ipse alienus est; nam *هو البين حتى* sonat: *ea est distantia, ut etc.* ut هو praedicati loco sit.

die ejus, quo tum temporis forte erat, i. q. *confestim*,  
 مِنْ لَيْلَتِهِمْ *inde ab illâ nocte*, quâ erant, *statim*, مِنْ عَامِهِمْ  
*ab eo ipso anno* (quo erant) Wakedi Aeg. p. 147, ult. 61,  
 17. 66, 8. 100, 7. Ad praesentem si sermo vertitur, non  
 minus dicitur مَاتَ لَيْلَتِكُمْ هَذِهِ *mortuus est hac ipsâ nocte*  
*vestrâ*, quâ versamini, Elnav. p. 76, 15. 16. Suffixum per-  
 sonae igitur in his definitionem, quae cogitari potest, ex-  
 actissimam breviter supplet.

Ceterum ut ex his pleonasmum, qui jure ita ex arabismi 679  
 indole dicatur, nullum esse apparet, ita ellipsis non adest quae  
 vere ita vocetur. Nam ineptum est, ea ad ellipsin referre,  
 quae ex nostrae tantum linguae genio deesse videntur, in  
 arabismo adesse nequeunt. Si quid vero ad justum enuncia-  
 tionis cujuslibet ambitum vel sensum perspicuum vere deest,  
 id ita comparatum puta, ut e sermonis nexu haud deside-  
 retur. Ita poetae saepe personam vel rem *pronomine* tan-  
 tum suo insigniunt, sive in vividâ rei mox uberius depingen-  
 dae descriptione, sive quod auditores id e nexu sermonis uni-  
 verso per se facile concludere posse haud frustra credunt <sup>1)</sup>.  
 Similiter poetae substantivorum loco *adjectiva descriptiva*  
 ponere in deliciis habent: hoc enim omnino ex arabicae poe-  
 seos indole est, ut cum omnia in linguâ hac recentia magis  
 vividaque quam fixa et emortua sint, res quoque notas de-  
 scriptivis idoneis et recentibus innuere sufficiat, si nexus si-  
 mul sermonis eo ferat ut descriptiva talia omnino non pos-  
 sint non dignosci. Ergo pro *ense* significantius dicunt *can-*  
*dentem* vel *Jemanensem*, *celerem* pro equo, *rubrum* pro  
*labio* et sexcenta alia; nec id in antiquioribus poetis obscuri  
 quid habet, quanquam seriores id nimis nec satis ubique  
 apte frequentarunt. Paulo gravius est, si verbum solum

1) cf. Reiskii not. ad Taraf. M. v. 40.



ponitur, e cuius notione subjectum distinctius concludas, ut

حَتَّى تَوَارَتْ بِالْحِجَابِ <sup>ص</sup> <sub>و</sub> <sup>و</sup> <sub>و</sub> تَبَسُّمٌ subridet sc. puella Taraf. M. v. 8;

donec occultavit se velo i. e. occidit sol, ubi e nexu sermonis et feminino verbi genere facile notum illud solis nomen concludas. E more vero est, dei et Muhammedis nomina menti semper obvia omittere, si e formulis, quas subjungere consuetum est, sacris per se concludi possunt; quae formulae cum verbis constant, pronomen quo referantur semper

priori voci insit necesse est, v. c. قَالَ تَعَالَى dixit (deus)

qui exaltetur! قُلْتُ لَهُ صَلِّمْ <sup>و</sup> <sub>و</sub> dixi ei (Muhammedi) cf. §. 145.

Omnino arabismus in concisum dicendi genus pronior est quam ad diductum. Hinc in prosa quoque oratione pronomen, quod e sermonis nexu sponte sua sequitur, facile omittitur; facilius tamen id, si de rebus sermo est, quam si

de personis, ut بِأَمْرِهِمْ <sup>و</sup> <sub>و</sub> بِقَتْلِ أَخِيهِمْ <sup>و</sup> <sub>و</sub> فَعَلُّوا jussit eos fratrem suum occidere feceruntque (id). Et imago ad rem illustrandam accedens saepe summis tantum et necessariis coloribus

depingitur, ut تَدْرَأُ <sup>و</sup> <sub>و</sub> <sup>و</sup> <sub>و</sub> <sup>و</sup> <sub>و</sub> <sup>و</sup> <sub>و</sub> <sup>و</sup> <sub>و</sub> <sup>و</sup> <sub>و</sub> <sup>و</sup> <sub>و</sub> <sup>و</sup> <sub>و</sub> كَالَّذِي يَغْشَى عَلَيْهِ مِنَ الْمَوْتِ

solvuntur oculi eorum ut quem mors occupat, ubi per se apparet sensum esse: ut oculi ejus, quem etc.

Similiter objectum nonnunquam a verbo pendet, quod auctor in mente habet, nec tamen proloquitur, sive quod sensus ejus ex aliis ejusdem enunciationis vocibus facile consequatur,

فَمَا كَلِمَ فِي الْمُنَافِقِينَ فَدَتَيْنِ <sup>و</sup> <sub>و</sub> <sup>و</sup> <sub>و</sub> <sup>و</sup> <sub>و</sub> <sup>و</sup> <sub>و</sub> et quid vobis (i. q.

et cur estis) de Incrudulis partes duas, s. bifariam divisi Sur. 4, 87; sive quod in sermone continuo actio e tota descriptione facile concludatur, ut et mox ead (caudà jam descripta) posticam partem (ferit, ut per se patet) mox uber Taraf. M. v. 18; et si verbum ex similitudine praecedentis

enunciationis facile suppletur, ut: *qui impediverunt vos — et munus dei (fecerunt) inane, vel qui docebit legem — et legatum (mittet) ad eos* Sur. 48, 25. 3, 48. 4, 35; sive denique quod locutio proverbialis decurtata est, ut Sac. anth. p. 131, 15.

Si vero ex enunciationis partibus necessariis (§. 655) alterutra deesse videtur, factum id putandum est in oratione abrupta, ut interrogantis, respondentis, qui se satis perspicue loqui credit, ut: <sup>أختكم</sup> <sup>نصبجتكم</sup> *soror vestra vobis amica* (haec est), dicit qui eam adductam repraesentat Tab.

p. 72, antep. لا تتخفن حضمان *ne time, duo litigantes* (nos

sumus) dicunt qui iudicem adeunt Sur. 38, 23. 4, 169. <sup>أجدك</sup> *seriamne tuam mentem* (dicis)? Sac. anth. p. 467, pen.

et Sur. 91, 13: *camelamne dei* sc. videtis? Aliis locis solà actione nominandà gravis oritur descriptio ut stupentis, admirantis, detestantis, v. c. *frui mundo!* <sup>متاع في الدنيا</sup> *deinde ad deum redibunt* Sur. 10, 69.

### 3. De generis numerique in enunciatione concordia.

Quàvis in enunciatione verba, adjectiva (cum participiis) 680 et pronomina substantivi sui genus numerumque sequuntur. A quà lege universà quae in arabismo aliena aut sunt aut esse videntur, multa quidem sunt et perquam varia, prout omnino insignis ubique elucet linguae juvenilis libertas, nec tamen prorsus temere et promiscue licita: nam aut a vocabulorum *collocatione*, aut a *notionis vi* internà externam formam transiliente excusationem habent justam.

1. Praedicatum subjecto praemissum, cum forma sub- 681 jecti exactior menti saepe nondum obversetur, in proximà formà, i. e. sg. msc. manere potest. Quae licentia e veteris linguae indole superstes in arabismo eo frequentius invaluit,

186 De generis numerique in enunciatione concordia.

quo constantius in eo praedicatum plerumque subjecto prae-

mittitur (§. 667), ut <sup>صود و</sup> قَالَ الْمُؤْمِنُونَ *dixerunt Credentes*,

<sup>صود و</sup> إِدَا حَلَّ الرَّجُلَانِ *intrabuntne viri duo?* Nec tamen tanta li-

centia ubique aequae apta est et prona. Primum enim facillime ea fertur atque frequentissima est, ubi praedicatum hoc uno pluribusve vocabulis interjectis a subjecto distat, ut

<sup>صود و</sup> جَاءَ ذَاتَ يَوْمٍ رِجَالٌ مِنْ مَكَّةَ *venerunt die quodam* <sup>1)</sup> *viri*

(i. e. nonnulli) *Meccā*, <sup>صود و</sup> مَا حَضَرَ إِلَّا امْرَأَةٌ *non erat praesens*

*nisi femina* quaedam, soletque ita ante <sup>ع</sup> اِلَّا, quod gravius enunciationis ordinem inhibet, plerumque praedicatum per se poni. Deinde structura haec facilius fertur, si subjectum msc. pl. vel dualis sequitur, quam si fem. sg. vel pl., rursusque facilius ante femininum *rem* denotans, ubi generis discrimen minus valet, quam ante fem. personale; quanquam

neque id prorsus vetitum est, v. c. <sup>صود و</sup> إِذَا جَاءَكَ الْمُؤْمِنَاتُ *si ve-*

*nerint ad te feminae credentes* Sur. 60, 12 (ubi post subjectum verbum semper in fem. pl. repetitur), faciliusque

placet, si collectivi forma abstracto similis adest, ut <sup>صود و</sup> قَالَ نِسْوَةٌ *dixerunt feminae.*

682 At subjecto nominato praedicatum ab hac licentiā prorsus alienum est; unde vel si كَانَ ex §. 208 etc. alii verbo componitur, hoc subjecto postpositum ad generis ejus numerique leges adstrictum est, illud contra, praesertim cum

---

1) Proprie <sup>صود و</sup> ذَاتَ يَوْمٍ notat *rem* vel *tempus diei cujusdam* (v. de ذَاتَ §. 456), nec tamen locutio nisi adverbiali hoc sensu permansit, ut <sup>صود و</sup> ذَاتَ semper in accusativo temporis pronunciatum sit.

laxius semper cum sententiâ cohaereat, plerumque in formâ proximâ manet, v. c. <sup>كَانَ الْمَسْلُومُونَ يَقُولُونَ</sup> *solebant Moslemi dicere*. Nec negligendum, licentiam illam etiam inde excusari, quod praedicatum omnino non tam arcte cum substantivo cohaeret quam appositio. Igitur pronomen substantivo praemissum (hoc enim ex §. 662 solum in appositione praemittitur) ab hac licentiâ alienius est, et rarissimae sunt juncturae hujusce exempli: <sup>ذَٰكَ الْقَصُورِ</sup> *hi viri duo*, <sup>ذَٰكَ الرَّجُلَانِ</sup> *haec palatia* <sup>1)</sup>).

2. Pluralis notionem in collectivum abstractum resolvi 683 posse ex §. 297 constat. Cui abstracto cum femininum genus respondeat, verba, adjectiva et pronomina ad substantivum plurale referenda in *fem. sg.* concipi possunt. Quae junctura in arabismo eo frequentior facta est, quo magis collectivi formae eidem principio subjectae invaluerunt §. 302 sqq. Nilque hîc interest, utrum appositio sit an praedicatum, v. c. <sup>آتَتْ الرِّسْلَ</sup> *liberi multi*, <sup>أَوْلَادٌ كَثِيرَةٌ</sup> *venerunt legati*, <sup>جَاءَتْكُمْ الْبَيِّنَاتُ</sup> *venerunt ad vos clara testimonia*. Nec dualis, cum non nisi species quaedam pluralis est, legi huic universae adversari potest, v. c. <sup>قَالَتِ الرَّجُلَانِ</sup> *dixerunt pedes* in fabulâ. Sed licet frequentissima linguaeque adamata sit haec structura, haud tamen promiscue prorsus obtinet.

1) Nam <sup>هَٰذَا النَّاسُ</sup> *hi homines* in versu Motanabbii (cf. Sac. chr. T. 3. not. p. 44) vix huc referri poterit, cum <sup>ذَٰس</sup> ex origine *sg. msc.* sit poetisque propterea structura cum *msc. sg.* facile condonetur; exemplum vel e prosâ oratione affert scholion in Sac. anth. p. 466. — <sup>ذَٰكَ الْبَصِيرَةِ</sup> legitur in Baidhavi comm. ad Sur. 10, 44 ed. Henz. p. 158.

Facilius enim fertur, ubi de *rebus*, quam ubi de personis agitur; facilius quoque, si substantivum personas denotans in collectivi formâ, quam si cum pluralis terminatione comparet. Deinde si de personis agitur, adjectivum et pronomen substantivo apposita constantius fem. sg. sequuntur; sed verbum in orationis progressu potius in pluralem sensu idoneum transit, et pronomen haud appositum ob sensum magis perspicuum e lege in plurali pronuntiatur. De bestiis si agitur, fem. sg. magis suo loco est, est enim ac si de rebus sermo fiat; licet tamen etiam pluralem vel msc. vel fem. ad eas transferre, ut in longioribus descriptionibus oratio nonnunquam plures inter rationes anceps haereat, v. c. Izzedd.

av. p. 108 sq.; suffixum tamen plurale هُنَّ frequentius est Tab. p. 68, ult. 70, 1. Abulf. ann. ant. p. 196, 23. Exemplum fem. sg. in secundâ verbi personâ rarissimum versus

hicce habet: *أَلَا يَا حَامَاتِ الْأَرَاكِ تَحْمَلِي رِسَالَةَ صَبٍّ لَا بُغَيْتُ*  
*heus! columbae Ardcî! perferte epistolam*

*amantis ab ebrietate haud convalescentis, et: حَايِمٌ نَجِدُ*

*columbae* ان رَابِتِ حَيَامَنَا فَقُولِي كَذَاكَ الدَّهْرُ عَسْرٌ عَلِيٍّ بِسِرِّ  
*Neg'di! si tentoria nostra videritis, dicite: talis est*  
*fortuna; infausta post fausta!*

Ceterum non tantum ubi de hominibus agitur, verbum ubique in pluralem e sensu abire potest, sed poetae et alias omnes collectivi formas plurali componere possunt metro ur-

guente, v. c. *لَعَلَّ مَنَابَنَا تَحُولُنْ أَبُوَسَا* fortasse fata nostra

(sg. *مَنْبَةٌ* fem.) *vertentur in infortunia*, *تَحَاسِنِي اللَّاتِي أُسِرُّ بِهَا*

*virtutes meae quibus gaudeo* (ubi pl. fem. cum fem. sg. componitur, prius tamen ob metrum tantum introductum est).

Not. T. 12. p. 426. Et adjectivum collectivi rem vel bestiam



190 De generis numerique in enunciatione concordia.

praeditos notant, ut ناس<sup>s</sup> (§. 421) = *homines*, quod continuo cum pl. msc. ponitur, قوم<sup>su</sup> *populus*, قَرِيبٌ<sup>s</sup> *pars* = *nonnulli*, وَكُلُّ لَهٗ تَتُونَ<sup>و</sup> *omnes* (§. 516) *ei obsequentes sunt*; potestque vel pronomen plurale apponi, ut اَوْلِيكَ الْجِيعَةِ<sup>و</sup> *hi copia* i. e. haec hominum copia; facilius participium vel adjectivum in plurali apponitur, ut الْقَوْمُ الْفَاسِقُونَ<sup>و</sup> *populus* i. e. *homines praevaricantes*. Animalium nomina per se collectivi sensus, ut طَيْرٌ<sup>su</sup> = *aves*, غَنَمٌ<sup>s</sup> = *oves*, خَيْلٌ<sup>su</sup> *equi*, quae plerumque cum fem. sg. struuntur, si forte singulas magis distinguere placet, cum pl. quoque fem. jungi possunt. Quae vero nomina hominum copiam non indistinctam et variam, sed certam sibique semper constantem denotant, ut nomina tribuum, gentium, sectarum et factionum, ea possunt quidem ut omnia collectivi sensus cum plurali dici, sed melius et frequentius cum fem. sg. struuntur, cum non tam de singulis quam de copia constante agatur; neque interest, qualem formam haec nomina per se sequantur, ut الْعَرَبُ<sup>و</sup> *Arabes* (proprie msc. sg.), بَنُو إِسْرَائِيلَ<sup>و</sup> *filiis Israelis*, النَّصَارَى<sup>و</sup> *Christiani*, quibus omnibus jungi potest قَالَتْ<sup>و</sup> *dixerunt*.

686 Deinde pluralis facile in singularem, et hic vice versâ in illum mutatur in *sententiis generalibus*, quarum natura et hunc et illum aequo jure et sensu fert. Nec numerum ita mutare licet nisi in enunciatione novâ, vel saltem ita, ut praemissa verba magis per se stent, velut si participium

praecedit (cf. §. 639) <sup>1)</sup>. Hoc in hebraismo frequenter obvium in arabismo praeter Koranum satis rarum est, v. c.

مَنْ تَبِعَ هُدَايَ فَلَا خَوْفٌ عَلَيْهِمْ *quicumque institutionem meam*

*sequitur* — *iis non instabit timor*, الَّذِينَ يُجَادِلُونَ فِي آيَاتِ

اللَّهِ يَغْتَابُونَ سُلْطَانَ أَتَاهُمْ كِبْرٌ مَقْتًا *qui disceptant de dei signis*

*sine auctoritate iis delatá* — *is gravi odio est* Sur. 40, 37. 5, 69. <sup>2)</sup>.

3) Si subjectum pluribus substantivis constet statu constr. 687

annexis, structura tamen a priore tantum ut fundamento procedit. Interim haud raro vis prioris e toto juncturae sensu multo minor est, ut structura potius a posteriore procedat. Fitque id e lege, si prius nomine e sensu suo adjectivum

aequante constat, ut كُلٌّ نَفْسٌ ذَائِقَةُ الْمَوْتِ §. 516, v. c. وَكُلٌّ نَفْسٌ ذَائِقَةُ الْمَوْتِ

*quaevis anima gustatura est mortem*, وَكُلٌّ نَفْسٌ ذَائِقَةُ الْمَوْتِ *omnes*

*ii mortui sunt*, rarius dicitur كَلِمَةٌ بِسْأَلٍ <sup>دَسْءُوْنٌ - دَسْءُوْنٌ</sup> cum sg. hoc sensu: *quivis eorum interrogat* Ibn-Khac. p. 31, 5. 59, 1. Eodem

modo كَلِمَةٌ بِسْأَلٍ <sup>دَسْءُوْنٌ - دَسْءُوْنٌ</sup> *assecuta sunt eum reliqua fata*

Nicoll catal. Bodl. p. 44, 6; atque remotius etiam بَعْضٌ <sup>بَعْضٌ</sup> ita

construitur, ut بَعْضٌ <sup>بَعْضٌ</sup> *intravit spe-*

1) Satis mirum et singulare hoc: مَا مِنْكُمْ مِنْ أَحَدٍ عِنْدَهُ حَاجِرٌ <sup>دَسْءُوْنٌ - دَسْءُوْنٌ</sup>

*non est e vobis quisquam* (§. 577), *qui ab eo nos impediunt* Sur. 69, 47, ubi rhythmici finalis causá id factum videtur. Paulo facilius 72, 23.

2) Ubi auctor كَبْرٌ scribens putat se جَادِلٌ <sup>دَسْءُوْنٌ - دَسْءُوْنٌ</sup> dixisse; neque enim aliter perfectum كَبْرٌ stare poterat, cf. §. 756.



192 De generis numerique in enunciatione concordia.

*luncam quandam, in eâ umbram quaesiturus* <sup>1)</sup>). Similiter

كَمْ مِنْ فِئَةٍ قَلِيلَةٍ غَلَبَتْ فِئَةً كَثِيرَةً quotus exercitus i. q. quoties exercitus parvus vicit exercitum magnum? Sur. 2,

250, كَيْفَ مَنِ قَرِيبَةٍ عَتَتْ كَابِنٍ مِنْ قَرِيبَةٍ عَتَتْ 65, 7,

de quibus structuris cf. §. 707. Eodemque pertinet elativi in statu constr. substantivo indefinito praemissi structura, de

quâ v. §. 532 et 689, v. c. كُنْتُمْ أَشَدَّ أُمَّةً عَاشَتْ فِي الْأَرْضِ صِدْقًا

*fuistis fortissima natio, quae in terrâ vixit.*

687 Si adjectiva formae قَتِيلٌ et قَتُولٌ cum paucis aliis fre-

quentissime cum fem. vel plur. junguntur: ea generis discrimen tollere posse e §. 298 <sup>2)</sup> recordandum est, ut رِيْبِيُونٌ كَثِيرٌ,

---

1) cf. Zamakschari in Sac. anth. p. 132, 17-19. — كَلْنَا fem. كَلَا

*ambo*, quod ex §. 519 e lege singulari sive msc. sive fem. junctum mansit, rarissime similem sensus structuram hanc init, ut praedicatum a substantivo in genitivo subnexo pendeat: cf. Sac. anth. p. 51. 71 sq. 95, 4-7 et not. p. 451. Tab. p. 164, 11.

2) T. I. p. 177: est tamen ibi l. 3 vox *personae* delenda; neque adjectiva haec tam stricte quam ibi dictum fuit, licentiam hanc sequuntur, nec generis discrimen sublatum tam ab adjectivi cujusdam formâ quam ab ejus notione pendet. Vox enim stricte adjectiva quae nil nisi qualitatem denotat, ad mutationem formae minus proclivis est quam participium cum verbi personis conjunctissimum; illud igitur in genere magis immobile ignavumque fieri potest quam hoc. Nec participium unquam sine generis discrimine est: adjectiva autem simplicia multa jamjam ejus minorem curam habent. Videasque rem hanc in transitu versari: nam a multis femininum usitatum est, ut

دَوَسٌ - عَدُوَّةٌ inimica, ظَرْبَةٌ grata, رَحِيْمَةٌ

*misericos*, quaeque frequentius jam generis discrimen exuere di-

myriades multae Sur. 3, 146; <sup>س</sup>رَجَالٌ <sup>س</sup>كَثِيرٌ <sup>س</sup>وَنِسَاءٌ <sup>س</sup>virī multi  
 et feminae 4, 1. Tab. p. 66, 11. cf. p. 32, 10. <sup>س</sup>مَدَّةٌ <sup>س</sup>كَثِيرَةٌ <sup>س</sup>spatium  
 multum Abulf. ann. ant. p. 136, 9, <sup>س</sup>ذُلُولُ <sup>س</sup>الْأَرْضِ <sup>س</sup>terra est sub-  
 jecta Sur. 67, 15, <sup>س</sup>تَوْبَةٌ <sup>س</sup>نَصُوحٌ <sup>س</sup>poenitentia sincera 66, 8,  
<sup>س</sup>صَرَصْرٌ <sup>س</sup>عَاتِبَةٌ <sup>س</sup>ventus strepens, penetrans 69, 6. porro  
 praedicati vice, ut <sup>س</sup>قَرِيبٌ <sup>س</sup>السَّاعَةِ <sup>س</sup>hora est propinqua Sur. 42,  
 17. Eodem pertinet <sup>س</sup>بَلَدَةٌ <sup>س</sup>مَيِّتٌ <sup>س</sup>regio mortua Sur. 43, 11,  
 unde quod de origine adjectivorum hujus formae §. 387, 3  
 diximus, novo argumento probatur. Si vero adjectivum ex  
 his per se substantivi loco ponitur, ut <sup>س</sup>الْمَيِّتَةُ <sup>س</sup>i. e. mortua  
 bestia, generis discrimen terminatione notandum est, nisi  
 forte vox ejusmodi in substantivum abierit, ut <sup>س</sup>بَتُولٌ <sup>س</sup>virgo  
 (proprie segregata a coetu). Duo numerum notantia <sup>س</sup>كَثِيرٌ  
 et <sup>س</sup>قَلِيلٌ saepe jam neutrius vice substantivi notionem explent,  
 ut <sup>س</sup>مَا <sup>س</sup>فَعَلُوهُ <sup>س</sup>إِلَّا <sup>س</sup>قَلِيلٌ <sup>س</sup>مِنْهُمْ <sup>س</sup>non fecerunt id nisi paucum  
 (i. q. pauci) eorum, <sup>س</sup>الْقَلِيلُ <sup>س</sup>مِنَ <sup>س</sup>النَّاسِ <sup>س</sup>paucissimi ex homini-  
 bus, <sup>س</sup>هُمْ <sup>س</sup>قَلِيلٌ <sup>س</sup>multi ex ejus libris, <sup>س</sup>ii sunt  
 pauci Tab. p. 616, 14.

Denique idoneo hoc loco de adjectivi elativi <sup>س</sup>أَفْعَلٌ §. 252 689  
 usu et structurâ multifariâ agendum est. Nomen enim hoc

---

dicerunt, eadem haud ita raro fem. distinguunt. Ceterum omnia  
 haec de sg. tantum fem. valent: pluralis enim ob formas collectivās  
 alia est ratio.

ob vim elativi peculiarem sui potius juris esse et solitarie poni amat, unde plerumque *neutrius* instar sine generis numerive discrimine concipitur nec nisi ubi causae graviores urgent, adjectivi vulgaris modum sequitur.

I. Neutrius instar sui que quam maxime juris elativum, ubicunque substantivo proxime non subjungitur, conceptum videmus. Fit autem hoc

1) ubi praedicati vulgaris ratione eoque articulo vacuus elativus subjunctus est; neque enim praedicatum tale arctissime cum subjecto cohaeret. Potestque praedicatum hoc sine circumscriptione ampliori poni, ut in universum gradum sueto majorem seu maximum notet, quae est levissima superlativi

denotatio; v. c. <sup>الله اعلم</sup> *deus est gnarior* quam homines,

ut per se patet, i. q. *deus est gnarissimus*, <sup>الله اعلم بما في</sup>

<sup>الله اعلم بما في</sup> *deus optime scit quae in animis vestris sunt;*

<sup>الله اعلم بما في</sup> *ille est qui*

*creaturam manifestat, dein redire jubet (morte), idque*

*ei facile est admodum;* <sup>الله اعلم بما في</sup> *struxit*

*domum, cujus columnae admodum sunt fortes et longae,*

omnia e Korano <sup>الله اعلم بما في</sup> 1). Sed plerumque elativi notio vaga aliis vocabulis definitur. Si res aliâ comparationi inserviente ma-

jor dicenda est, praepositio <sup>الله اعلم بما في</sup> *من* ex §. 575 succedit, ut <sup>الله اعلم بما في</sup> *في*

<sup>الله اعلم بما في</sup> *نحن احق بالملك منه, ea est justior quam ego,*

1) Si quis in hujusmodi locutionibus elativum positivi loco positum vult, egregie fallitur. Conferendus potius est usus comparativi apud Graecos et Indos. Cf. Baidhavi ad Sur. 10, 22. in Henz. fr. p. 131.

nos regno digniores sumus illo. Atque hic comparativum nostrum strictius dictum locutioni inesse vides. Potest vero etiam copia tota in genitivo sequi, quâ ratione superlativum oriri apparet, ut <sup>الله</sup> <sup>أرحم</sup> <sup>الراحمين</sup> deus est *clementissimus clementium* i. q. *omnium* <sup>أفضل</sup> <sup>النساء</sup> ea est *optima feminarum*, <sup>أنتم</sup> <sup>أعلم</sup> <sup>الرجال</sup> vos estis *gnarissimi virorum*. Et ne quid dubii de verâ <sup>من</sup> comparativi notione resideat, hoc insuper adnotemus, post superlativum adeo hujus generis posse in distinctiore expositione <sup>من</sup> sequi, ut <sup>كان</sup> <sup>يحمد</sup> erat *Muhammed* <sup>أشد</sup> <sup>الناس</sup> <sup>حياء</sup> <sup>من</sup> <sup>العذراء</sup> <sup>في</sup> <sup>خدرها</sup> *omnium pudicissimus, magis adeo quam virgo in metu suo* (timida) Elnavavi p. 70, 10. 11.

2) Ubi elativus sequente genitivo *indefinito* circumscribitur, eâ quâ §. 532 expositum est ratione; sic enim semper substantivi vice est. Rarissime certius, quod intelligendum sit, substantivum post copiam in genitivo dictam subjungitur; quo facto jam nil restat, nisi ut illud per accusativum subjungatur, ut <sup>هو</sup> <sup>أفضل</sup> <sup>الناس</sup> <sup>رجلاً</sup> is est *optimus inter homines* (ut) *vir*, pro quo brevius poterat dici <sup>هو</sup> <sup>أفضل</sup> <sup>رجلاً</sup>.

3) Denique neutrum hoc ante copiam rei universam in genitivo suppositam etiam liberius sive subjecti vice sive alii voci subjunctum poni potest, modo ejus relatio e reliquo sermone satis aperta sit, ut <sup>أطولكن</sup> <sup>بدأ</sup> <sup>أسرعكن</sup> <sup>لحاقاً</sup> <sup>في</sup> quae *vestrum longissimis manibus est, ea celerrime me sequetur* Elnavavi p. 78, 14, ubi feminini denotatio ex suffixo pl. satis per se elucet; <sup>قصة</sup> <sup>من</sup> <sup>أعجب</sup> <sup>القصص</sup> *narratio quae-*

dam e maxime stupendis, هَذَا الْكَوْكَبُ فِي الْقَدْرِ الثَّانِي مِنْ أَصْغَرِهِ  
 haec stella est in gradu secundo, e minimis (stellis) ejus  
 Not. T. 12. p. 258, ult. 259. 3.

690 2. E contrario elativus adjectivi vulgaris modum sequi cogitur, ubicunque nexu interiori et magis necessario ad substantivum trahitur, cui prorsus subjungatur. Fitque id 1) semper, si elativus adjectivi instar substantivo apponitur,

ut الْمَدِينَةُ الْكُبْرَى urbs major, si de certâ urbe sermo est cum aliis comparatâ. Nec non ubi adjectivum tale omisso, quod bene intelligatur, substantivo ponitur. — 2) si elativus praedicati vicem sustinens articuli ope ad substantivum notum jam certumque arctius restringitur, ut mens non possit non ad id unice revocari. Fit id, ubi articulus ad superlativi distincti notionem formandam necessarius est, ut

انتم هم الافضلون بـبي. 38. 35. 47. Sur. vos estis summi

هما العدلان ii sunt praestantissimi inter homines

جعل كلمة الذين كفروا السفلي ii ambo sunt justissimi,

فعلت الله هي العليا fecit verbum haud credentium infimum, sed dei verbum est summum. — 3) Idemque licet saltem, si praedicatum genitivo copiam totam suggerente

circumscribitur, ut في فضلي النساء ea est optima feminarum, quanquam hic neutrum etiam frequentius obtinere e §. 689 constat.

691 Ceterum ex his omnibus, ubi elativus nostro sive comparativo sive superlativo respondeat, satis apparet. Quae formae duplices cum in eo distinctae non sint, per se ille non nisi notionem gradus majoris vagam exhibet. Compara-

tivi notio ut distincta fiat, praepositio من accedat necesse est. Superlativus distinctus autem aut ex copiâ totâ in ge-

nitivo *definito* subnexâ patet, ut <sup>و-ص-ع-و</sup> أكبر الناس *maximus hominum*, aut e substantivo suo proxime per genitivum indefinitum subnexo §. 532, aut ex solo articulo qui apto loco, ubi copiae totius comparatio facile suppletur, *unum hunc* e totâ copiâ

insigniat; nam si dico <sup>و-ص-ع-و</sup> هو الأكبر, id proprie sonat: *is est ille, qui inter omnes maximus*, ut articulo nutus insit ad copiae universae comparisonem mente instituendam. Quodsi nihil ex his evenire potest, necessario aliae voces accedunt ad superlativi distincti et acuti notionem formandam; consuetumque est in arabismo simplici elativo ita subjungere

voces sensus generalioris, ut <sup>و-ص-ع-و</sup> أبعد ما يكون *remotissimum quodcunque* est i. e. omnium remotissimum, <sup>و-ص-ع-و</sup> ما يكون أحسن

*pulcherrimum omnium*, <sup>و-ص-ع-و</sup> ما يكون أعظم *volucris ex*

*maximarum quae esse possunt, genere*, <sup>و-ص-ع-و</sup> هو في أشد ما يكون *est is in (periculo) omnium gravissimo* Koseg. chr. p. 88,

1; vel distinctius sic: <sup>و-ص-ع-و</sup> هذا البيت أحسن ما أوتيت *haec domus est optima quam inhabitem* Izzedd. av. p. 105, 6.

Ceterum e lege universâ §. 666 sqq. من cum nomine comparato semper elativo postponendum est; nec praeponitur nisi ob interrogativum nomen, vel e poetarum audaciâ rarâ. Nec nisi quae proxime ad elativi notionem describendam faciunt,

ante من inseri possunt, ut <sup>و-ص-ع-و</sup> زيد أكثر مالاً من عمرو *Zaid ditior opibus est Amro*.

Rarissime ex antiquâ linguae semiticae simplicitate elativi 692 loco simplex adjectivum legitur, ut <sup>و-ص-ع-و</sup> الأصغر منهم *minimus eorum*

pro <sup>و-ص-ع-و</sup> أصغرهم Abulf. ann. ant. p. 162, 3.

693 Jamque his omnibus enunciatio simplex satis descripta est. Sed formam ejus hucusque proximam tantum sive rectam delineavimus. Possunt vero ejus varii esse colores. Etenim *negatio* et *interrogatio* accedere possunt; vel etiam nova prorsus enunciationis facies *interjectionis* vi oriri. De his igitur jam deinceps dicendum.

1. De negativis enunciationibus.

694 De negatione unius nominis per se positi hic non agitur.

Constat enim ex §. 518, eam nomine negativo <sup>و</sup>غير statu const. jungendo exprimendam esse, ut <sup>و</sup>غير <sup>و</sup>مخلوق <sup>و</sup>incretatus, cum articulo <sup>و</sup>الانسان <sup>و</sup>الغير <sup>و</sup>المخلوق <sup>و</sup>homo ille incretatus, ubi articulum ante statum constr. ex §. 536 ex <sup>و</sup>negis. <sup>و</sup>Testis quidem adjectivum vel participium etiam praedicati vice positum ita negari, v. c. <sup>و</sup>هو <sup>و</sup>غير <sup>و</sup>خائف <sup>و</sup>illo non timente: sed vel in his proprie nomen tantum per se negatur.

Agitur vero de negatione totius enunciationis, particulis negativis denotanda. Tangit quidem et haec proxime non nisi unam in enunciatione notionem, sed ita, ut simul hujus ratione reliquas enunciationis partes neget. Cumque praedicatum ut nervus totius enunciationis semper aut solum aut simul negetur, sedem negatio fere propriam et continuam ante praedicatum occupavit, quâ in re iterum simplicitatem linguae agnoscas; neque enim negationis sedes eâ libertate et facilitate variat quâ in nostris linguis. Nec nisi insigni vi negatio alii voci, quam insignire necesse est, praeponitur. Omninoque collocatio negationis e sensus perspicuitate pendet. — Particulae porro negativae variae sunt. Nam quam ab initio unum tantum linguae praesto fuerit *non*, tamen hac particulâ cum aliis particulis compositâ novisque

huc traductis maxima linguae ditissimae orta est particularum negativarum copia pro enunciationum sensu vario bene distincta. Est quidem linguae penuria quaedam primitus in eo sita, quod ad negationem objectivam et subjectivam (hebr.  $\neg$  et  $\neg$ , gr.  $\text{o}\nu$  et  $\mu\eta$ ) distinguendam particulis non utitur distinctis, nam primitivo illi  $\gamma$  utraque notio inest<sup>1)</sup>: sed serius lingua plurimam progenit negationis varietatem sensui aptam.

1.  $\gamma$  negatio est non primitiva tantum, sed etiam latis- 695  
simi usus, ut deinceps patebit. In praedicato tamen negando  $\gamma$  juxta reliquas, quae exortae sunt, negativas particulas hac potissimum vi praedita est, ut fortius e sensu subjectivo neget; haec certe virtus ei soli integra permansit. Hinc eo semper utendum est in negatione subjectivâ ante modum g'ezmatum (cf. §. 210. 211), sive tertia sive secunda adsit

persona, ut  $\neg$   $\text{تفعل}$  *ne faciat!*  $\neg$   $\text{تفعل}$  *ne facias!*, nec non

ante modum emphaticum §. 212, ut  $\neg$   $\text{أفعلن}$  *non faciam!*

Ejusdem vero ditionis est perfectum in juramentis, votis vel imprecationibus interjectionis ritu vi insigni elatum (§. 198, 1),

ut  $\neg$   $\text{بارك الله فيك}$  *non benedixerit* (vel *ne benedicat*) tibi

deus!  $\neg$   $\text{أشبع الله بطنك}$  *ne saturet deus ventrem tuum!*

$\neg$   $\text{قبح الله ظنك ولا أشب قرنك}$  *foedet deus existimationem tuam nec crescere faciat cornu tuum!* Abulf. ann.

T. 2. p. 280, 5. 362, 4. Har. p. 498; juramenti exempla pleraque jurandi formulam adjunctam exhibent, quanquam eâ

careri etiam potest, ut  $\neg$   $\text{أخرجتم من ههنا}$  *per vitam Pharaonis, non exhibitis hinc!* Gen. 42, 15. trans-

lat. Saadiae,  $\neg$   $\text{عصبت ربي والله}$  *per deum, non adversabor*

1) Ut in syriaco  $\neg$ .



*domino meo!* Abulf. ann. T. 2. p. 44, 2; cf. Uylenbr. Irac. pers. p. 31, 5. <sup>وَلَا عِشْتُ بِعَدِّكَ</sup> *dixit: non gustabo absentiam tuam nec sine te vivam* Arabs. vit. Tim. 2. p. 776. Quae quidem eo minus ambigue vel obscure dicta censi possunt, quo magis alias perfecti cum y juncturas praeter hanc usu prorsus fere abolitas esse e sequentibus patebit; cf. §. 710. — Denique eadem vi y praeditum conspicitur, si breviter accusativo jungitur ad enunciationem perfectam formandam, ut §. 555 pluribus monstratum est.

696 In his igitur neque alia ulla negatio huic primitivae substitui potest. Sed praeterea y frequentissime modo imperfecti raf'ato praepositur sine ullà vi et tum maxime, cum verbum in modo hoc sine ullà emphasi efferendum est. Itaque dicitur e lege de re simpliciter futura, ut <sup>وَسَبَّحَانَ الَّذِي</sup> *سَبَّحَانَ الَّذِي* <sup>لَا يَبْظَلَمُونَ</sup> *لا يَبْظَلَمُونَ*, *laus sit ei cujus regnum non desinet*, <sup>لَا يَنْزُولُ مَلَكًا</sup> *لَا يَنْزُولُ مَلَكًا* <sup>فَتَبَيَّلًا</sup> *ne hilum quidem prementur* Sur. 4, 47. 76. 1), saepius etiam de re praesenti, quanquam ibi alia ingruerit dicendi ratio frequentior §. 698, ut <sup>لَا أَحْسِبُ</sup> *لَا أَحْسِبُ* *non cogito*, <sup>لَا يَدْرِي</sup> *لَا يَدْرِي* *haud novit* 2), <sup>لَا نَقُولُ الْقُرْآنَ مَخْلُوقًا</sup> *لَا نَقُولُ الْقُرْآنَ مَخْلُوقًا* *non dicimus, Koranum esse creatum*; sed de statu rei praeteritae §. 207. solum y dici potest, ut nulla unquam negatio alia hic ingruerit.

1) Saepe ita ad vim negationis augendam accusativus <sup>فَتَبَيَّلًا</sup> *فَتَبَيَّلًا* *filum* i. q. hilum, adjicitur.

2) Siñe negatione hic et alibi perfectum de praesenti usu venire potest cf. §. 197: sed si negatio praecedit, jam consuetior et lenior dicendi ratio redit; habet enim perfectum hoc sensu dictum emphatici quid, nec nisi ab initio stare potest. Sed ut <sup>لَا عَلِمْتُ</sup> *لَا عَلِمْتُ* *novi*, ita <sup>لَا أَعْلَمُ</sup> *لَا أَعْلَمُ* dicere potest *non novi*.

لاَ اَنْ لَّنْ ortum (cf. superius p. 115) propterea for- 697  
 tius rem futuram negat, quod iudicium simul loquentis im-  
 miscet: *non est, ut fiat* hoc i. e. nequaquam fiet. Apparet-  
 que ex hac origine, لَّنْ non nisi proxime ante modum verbi  
 naçbatum stare posse. — De مَاَّ et لَمْ ex مَا ortis, quae rem  
*semel factam esse* negant modo imperfecti g'ezmato neces-  
 sario praeponenda, satis dictum est (§. 210, 2. <sup>1</sup>). Tenendum  
 ante omnia, nisi verbum proxime in modo hoc sequatur, ne-  
 quaquam iis uti posse sermonem. Poetae tamen metro sua-  
 dente etiam y perfecto jungere possunt, quod idem in Ko-  
 rano ceterisque scriptis rarissime fit, ut لاَ بَغِيَّيْ لِيْ لَا نَزُوجَ وَلَا وُلْدَ  
*non mansit mihi neque uxor nec liberi* Kos. chr. p. 86, 4.  
 Sac. anth. p. 108.

2. مَا nova est negatio aliunde introducta. Nam cum 698  
 proprie *quid?* notet, deinde ad negationem traducta est.  
 Qui simplex negandi usus quanquam in arabismo prorsus  
 regnat, nec tamen omnia jam exiit originis vestigia. Nam  
 primum مَا non per se positum nec singulum quid negat,  
 sed ante praedicatum tantum vel ejus loco positum, cf. §.  
 701. Deinde ei paulo vividior inest sermonis color et vis,  
 ut interrogationis inde aperte cognoscas nativam vim. Quare  
 ibi propria est ei sedes, ubi membrum orationis negativum  
 excipit aliud prius restringens, ut oppositio ipsam negatio-  
 nem magis insigniat. Ejusmodi voces negationem restrin-

1) Ne dubites de compositione hujus لَمْ ex لَمَا nondum, cf. لَاَّ

supra p. 76 et לֹא־כִּי chald. *nisi*, prorsus ut latinum *nisi* ex לֹא et  
 כִּי si compositum. Apparet hinc, in componendis particulis lin-  
 guas semiticas notionem majorem, quae alià circumscribatur, post-  
 ponere posse, id quod in linguis indo-germanicis per totam com-  
 positionem valet. Sed illae verà compositione non nisi in paucis  
 particulis gaudent.

gentes sunt: <sup>ألا</sup> nisi, <sup>سوي</sup>, <sup>تغير</sup> (§. 518) *praeter*, <sup>حتى</sup> donec  
 et similiter <sup>إلى</sup> <sup>أن</sup> usque dum, <sup>منذ</sup> ex quo, <sup>قط</sup> unquam,  
 etiam <sup>أحد</sup> unus (ما -- احد) *ne unus quidem* Abulf. ann.  
 T. 1. p. 156, 3), porro <sup>ولكن</sup> *sed* Kos. chr. p. 99, 11. Abulf.  
 ann. T. 1. p. 52, 12, <sup>مثل</sup> *instar*, vel ubi sequitur *compa-*  
*rativus*, cujus notio eodem ducit, ut Tab. p. 168, 3. Abulf.  
 ann. ant. p. 154, 5. nec diversum censendum est, si opponitur  
 enunciatio a <sup>لو</sup> *si* vel <sup>لولا</sup> *nisi* (§. 766 sqq.) incipiens; etiam  
 in enunciatione subjunctâ priorem restringente Sur. 3, 146;  
 et nonnunquam post juramentum, ut <sup>والله</sup> *per deum!* Omnia  
 haec, si negationes ceteras non prorsus excludunt, tamen  
 multo magis vividius huc <sup>ما</sup> adamant. Neque ibi jam tem-  
 poris discrimen tenetur: potest enim <sup>ما</sup> ita cum perfecto  
 pronunciari, ut nisi causa certa hoc <sup>ما</sup> postularet, ei <sup>لم</sup>  
 cum modo g'ezmato substitutum videres, velut <sup>ما نرال عي</sup>  
<sup>مات</sup> *non desit munere suo veziri fungi*  
*donec obiret*, <sup>لا والله ما قلت قط</sup> *non per deum, non dixi*  
*unquam*, <sup>ما رأيت ملكاً في قومه مثل محمد في أصحابه</sup>  
*regem in gente sua qualis erat Muhammed inter socios*  
*suos; longe rarius <sup>لم</sup> hic conspicitur*, ut Abulf. ann. T. 2.  
 p. 68, 3. 182, 8. Sac. chr. I. p. 40, 8. De praesenti porro  
 et futuro tempore <sup>ما</sup> saepe ita dicitur, ut <sup>ما فوق الذي أنت</sup>  
<sup>فيه منزلة إلا منزلة ما تمال إلا بخلاف ما أنت عليه</sup> *non est eo*  
*in quo constitutus es altior gradus praeter eum quem*

non assequeris nisi eo in quo nunc es mutando, ما املك <sup>عن و</sup>  
 non possideo rem praeter hanc; haud raro tamen  
 hic etiam و reperitur. Idem conspicitur in imperfecto prae-  
 teriti, ut ما بائتهم من رسول الا كانوا به يستهزون <sup>ن</sup> non ve-  
 niebat ad eos legatus ullus quem non illuderent Sur. 15,  
 12. Praeter hunc vero usum voculae hujus praecipuum ما  
 ad perfectum negandum prorsus non traducitur, nisi forte  
 id poeta quidam ob metri rationem sibi permittat, ut Abulf.  
 ann. T. 1. p. 30, 8, vel in Korano, si vis quaedam sermonis  
 conspicua est, ut Sur. 42, 47. Ad praesens tamen negan-  
 dum saepius adhibetur, cum in iis quae de praesentibus elo-  
 quimur, facile vividior hujuscemodi sensus appareat, ut ما  
 ما اخاف منك <sup>ن</sup> non cupio te interficere, احب ان اقتلك <sup>ن</sup>  
 timeo abs te, ما انسان باقيا <sup>ن</sup> non est homo qui duret cf.  
 §. 554. et similia, ut ما الله بغافل <sup>ن</sup> non est deus negligens  
 §. 583.

Ad negationem porro rarius quidem quam ما, sed satis 699  
 saepe traductum est ان, quae particula proprie jurantis  
 est <sup>1</sup>). Quâ ex origine ان si negat, at semper perquam se-  
 vere negat neque aliter nisi in vivo sermone, non item in  
 narratione simplici, ut ابا الله ان افعل هذا الفعلا <sup>ن</sup> o deus si  
 faciam hanc rem i. e. non faciam Koseg. chr. p. 73, 4.  
 ان ادري ابعد ام قريب ما توعدن <sup>ن</sup> haud scio utrum lon-

1) Si faciam! i. e. peribo, si faciam hoc i. q. nequaquam faciam.  
 Cf. gr. hebr.

*ginguum an propinquum sit quod vobis promittitur* Sur. 21, 109. Cum tamen gravis haec negatio ad vim ما negantis proxime accedat, et structuram ejus imitatur et frequen-

tissime ante <sup>اَلَا</sup> restrictivum legitur, ut <sup>اَنْ مِّنْ شَيْءٍ اِلَّا عِنْدَنَا</sup>

<sup>عَدُوٍّ</sup> <sup>خَيْرَانِدِه</sup> *haud est ulla res (ex §. 577) cujus promptuaria*

*non sint nobiscum* Sur. 15, 21. 10, 65 bis. 14, 11. 12. 42, 47. 43, 20. 58. 44, 34. 46, 9. 74, 24. Tab. p. 20, 15. <sup>1</sup>).

Atque hinc factum est, ut voculae ما et ان, cum idem fere denotent, saepius etiam ad negationem e sensu loquentis fortissimam formandam componantur, fere ut graece οὐ μὴ

dici potest; ut <sup>مَا اِنْ تَمَسَّ الْاَرْضَ اِلَّا مِنْكَ مِنْهُ</sup> *haudquaquam*

*tangit terram nisi scapulus ejus.* <sup>مَا اِنْ رَاَيْتَ لَهُمْ فِي النَّاسِ</sup>

<sup>اَمْثَالًا</sup> *haudquaquam vidisti inter homines iis similes* Ham.

p. 39. Harir. p. 68 cum not. Abulf. ann. ant. p. 118, ult. Tab. p. 84, 12. 224, pen. Izzedd. av. not. p. 219. Nec tamen

ما ان ita composita reperi nisi in sermone poetico vel elato.

700 <sup>هُوَ لَيْسَ</sup> 3. <sup>لَيْسَ</sup> *non est* §. 479 per se poni potest, ut <sup>هُوَ لَيْسَ</sup>

<sup>اِنَّكَ لَيْسَ بِحَكِيمٍ</sup> *is non est sapiens* ex §. 583, <sup>لَيْسْتُ مِنْكَ</sup> *non sum*

*tui* s. tuarum partium; videasque id saepe consulto et cum

1) Pro <sup>اَلَا</sup> in hac locutione aliquoties in Korano habetur <sup>لَمَّا</sup> Sur. 43, 33 (ubi cf. marg. Petrop.) 86, 4. Origo hujus ما cum perquam obscura sit nec locutio praeter Koranum occurrat, plurima de eâ lis est et fluctuatio veterum, nonnullis vel lectionem mutantibus. v. praeterea Sac. anth. p. 81 et not. p. 203. Mihi certissimum videtur, quod quidam veteres tradunt, ما dialectice tantum ab <sup>اَلَا</sup> differre; ortumque fortasse est ex <sup>اِنْ لَا لَوْمًا</sup> i. q. <sup>اِنْ لَا</sup>.

vi quadam dictum pro simplici negatione, ut لَيْسَ مِنَ الْاَسَدِ

خَوْفِي *non est a leone timor meus* i. e. non leo est, quem timeo; *sed* etc. Hinc porro ad singulam enunciationis partem praeter verbum eo dilucidius et acrius negandam facere

potest, ut لَيْسَ لِهَذَا خُلِقْتَ وَلَا بِهِ أَمِرْتَ *non ad hoc* (gall.

ce n'est pas à cela que -) *creatus es neque id jussus* Abulf. ann. T. 2. p. 42. 44; 200, 14, ut post verbum in perfecto

vel dicatur كَانَ الَّذِي صَلَعَمَ لَيْسَ بِالصَّوْبِلِ وَلَا بِالصَّصِيرِ *erat b.*

*Propheta nec procerus nec brevis* ann. musul. 1. p. 190, 4.

Denique praedicato etiam exactiori simpliciter praeponitur aut participio aut imperfecto (ex §. 638. 622), idque in pedestri sermone cum vi quadam oppositionis, ex qua prius

tota res negatur, ut لَيْسَ بِعَنِي بِهِ — وَلَكِنَّهُ عَنِي بِهِ *non in-*

*telligit eo — sed intellexit eo* Sac. chr. I. p. 89. كَانَ مَا

فِي ذِكْرِي *fuit quod fuit* (i. e. quodcumque fuerit, nam id nunc tacendum mihi est <sup>1)</sup>) *ex iis quae non*

*sum memorans* i. e. quae memorare non meum duco

p. 40; ante لَيْسَ بِرَأْدٍ مِنْهُ غَيْرِ النَّوْبِ بِرَأْبِهِ *nisi* Ham. p. 33. 46.

*nihil ab eo exspectabatur nisi ut consilio ejus ut auspi-*

*cis uterentur* Abulf. ann. 1. p. 158, pen. لَيْسَ أَقْصَدُ — بَلْ

*non contendo — sed* Abulf. ann. ant. p. 200, 6. Wakedi

Mesop. p. 5. pen. Interim nonnunquam verbo ita proxime junctum, ut vim vix sentias, simpliciter praesens negare vide-

1) Frequentissima locutio, si quid distinctius exponere loquenti non placet, sive quod prius jam explicitum est sive quod id nunc tangere congruum non putat.

tur; nec raro ex poetarum arbitrio pendet diductiore hoc loquendi modo uti, v. c. <sup>و</sup>لَسْتَ تَخْلُو *non es liber* Ab. II. p. 326, ult. Nec tamen unquam nisi praesens per se negat, ut perfecto nusquam proxime jungatur. Praesens in hoc quoque cerno: <sup>س</sup>عَلِمَ <sup>و</sup>أَنَّهُ لَيْسَ فِيهِ خَيْرٌ *cognovit non esse in eo utilitatem* Abulf. ann. ant. p. 140, ult. est enim praesens praeteriti.

701 Si forte negatio prorsus absoluta ponitur, velut in respondendo, non nisi primitiva et simplex adhiberi potest, ut si quis respondet <sup>و</sup>لَا وَاللَّهِ *non, per deum!* Similiterque si negatio non proxime praedicatum tangit neque ejus loco est, <sup>و</sup>لَا سَوَاءٌ لَهُمْ وَلَا هُمْ يَعْلَمُونَ لَهُنَّ *solum perspicuum est, ut* *neque illae his licitae sunt neque hi illis patent* Sur. 60, 10, ubi subjecta duo sibi opposita negatio comitatur; fortior tamen ubi negatio requiritur, in his لَيْسَ e §. 700 potius est.

702 Quodsi negativae enunciationi simplici copulâ <sup>و</sup> nova subnectitur, jam ubique redit primitivum istud et ab origine unicum <sup>و</sup>; sufficit enim, postquam ab initio colores negationis et enunciationis diversi depicti sunt, deinde levius simplicem continuare negationem. Semperque id faciendum, si verbum in sequenti thesi non repetitur; sed etiam alias idem fit, si vis negationis recens non accedit. Ita 1) <sup>لَا</sup> — <sup>لَا</sup> *لَا* Sur. 3, 10. 60, 3. — 2) <sup>وَلَمْ</sup> — <sup>وَلَا</sup> *وَلَمْ*, ut si post <sup>وَلَا</sup> verbum sequatur, non jam modus g'ezmatus, sed perfectum suo loco sit, ut Sac. chr. 1. p. 37, 9 sq. Abulf. ann. ant. p. 86, 9. — 3) <sup>وَلَا</sup> — <sup>مَا</sup> *وَلَا* saepissime, ut Abulf. ann. ant. p. 154, 5. Henz. fr. p. 79, ult. 80, 1; de <sup>لَيْسَ</sup> supra jam obvia erant exempla, cf. insuper Sur. 48, 17 et alia. — 4) fit idem vel post <sup>نَعْبِرُ</sup>,

si in descriptione status sermo versatur, ut نَحْرَهَا غَيْرَ مَحْبُوسَةٍ وَلاَ مَعْتَلَةٍ  
 jugulavit eas (bestias) nec vinctas nec constrictas  
 Tab. p. 62, 5. Koseg. chr. p. 63, antep.; etiam post بِغَيْرِ  
 sine ante substantiva Hos. 3, 4. Polygl. vel مِنْ غَيْرِ absque  
 Sac. anth. p. 130, 17. Nexus genitivi e غَيْرِ dependentis hoc  
 وَلاَ inserto tolli nequit. — Sed si nova enunciatio non re-  
 missa sed recenti vi orditur, eadem negatio semper repetitur,  
 ut وما — وما — ما Sur. 3, 146.

## 2. De interrogativis enunciationibus.

Enunciatio *interrogativa* in arabismo ut in plurimis lin- 703  
 guis antiquis non tono tantum, sed sono quoque vocis pecu-  
 liaris exprimitur. Potest quidem interrogatio solo tono no-  
 tari, in thesibus scilicet brevissimis ex vitae vulgaris negli-  
 gentiâ, ut Tab. p. 160, 5 et sequente in alterâ interrogatione  
 أَلَمْ aut? p. 184, 4. cll. p. 60, 13: sed e lege interrogatio  
 voce quadam idoneâ introducenda est. De quibus particulis  
 interrogativis cum §. 493 dictum sit, hic pauca tantum ube-  
 rius exponere restat.

Simplici interrogativo اَلَمْ respondet in interrogatione priori  
 subjunctâ vox اَمْ, unde *disjunctivae* interrogationis sensus  
 oritur, ut اَمْ اَزَيْدٌ اَمْ اَوْمَارٌ utrum Zaidus an 'Omar? quo eo-  
 dem et hocce refer اَمْ اَحْسَبُكُمْ اَمْ اَتَّبِعُكُمْ quod latine potius  
 sonat: an hi meliores sunt quam Tobbai gens? Sur. 41,  
 39. 44, 36. 67, 22. 10, 35. In interrogatione aliunde pen-  
 dente idem اَمْ et si eo opus est اَمْ reperitur, ut سَوَاءٌ عَلَيْهِمْ



أَنْذَرْتَهُمْ أَمْ لَمْ تُنذِرْهُمْ *nihil eorum refert, utrum eos monueris necne.*

Raro اَمْ per se ab initio ponitur, ut Sur. 43,

49. 50: أَلَيْسَ لِي مَلِكٌ مِّصْرَ وَهَذِهِ الْأَنْهَارُ — أَمْ أَنَا خَيْرٌ مِنْ هَذَا

أَلَيْسَ لِي مَلِكٌ مِّصْرَ وَهَذِهِ الْأَنْهَارُ — أَمْ أَنَا خَيْرٌ مِنْ هَذَا *nonne mihi est Aegypti regnum fluviique hi — ?*

*imo ego melior sum quam hic qui contemptui est ! ubi اَمْ*

vix a priori اَلَيْسَ dependet, ut اَلَيْسَ hic repetendum sit; vi-

detur potius اَمْ contrarium, quod cogitari possit, e loquentis

mente indigitare, ut potius sit: siccine est — *an* potius ita?

i. e. *imo potius* <sup>1)</sup>); similiter Izzedd. av. p. 88, ult.: مَا لِي لَا

أَرَأَيْتَ كَيْفَ كَانَ مِنَ الْغَائِبِينَ *cur eum non video? an potius ex*

*absentium numero factus est? — هَلْ* cum fortius sit in-

terrogativum, in locutionibus quibusdam perpetuum est, ut

ante vocem leviolem positum solum vim locutionis ferat; ut

هَلْ لَكَ فِيهِ *placetne tibi? et in aliis brevioribus hujusmodi;*

أَلَا *an - nisi? quod saepissime idem valet quod lati-*

*num non - nisi, ut Sur. 43, 64. 47, 19. Videtur ex origine*

*esse i. q. أَلْ interrogative quid? τί? — Compositum أَلَا nonne*

1) Hinc fortasse Kam. vult اَمْ etiam notare بِأَلْ *imo.* An praeterquam اَمْ ab initio positum idem prorsus sit quod أَلَا, dubito, licet Kam. اَمْ nonnunquam cum أَلَا confundi dicat; inveni tamen locum qui huc trahi possit Tab. p. 130, 5. Sumendum igitur, voce اَمْ tum magis oblique interrogari, ut germanico *ob?*

Ceterum اَمْ pluries repeti potest, ut Sur. 6, 143 sqq. ubi أَمَّا ex مَا اَمْ conflatum est, ut أَمِّنْ ex مِنْ اَمْ Sur. 67, 20. 21.

cum saepissime rei paulo alacrius affirmandae simpliciter inserviat, vel imperativo, jussivo, emphatico, vocativo similibusque praeponi potest, ut <sup>هَلْ قَبَّحَ اللَّهُ وَجْهَكَ</sup> *sane foedet deus faciem tuam!* Kos. chr. p. 56, 7. 67, 2. Henz. fr. p. 98, 5. Eique compar <sup>أَمْ</sup> *in prosa quoque passim reperitur, ut Kos. chr. p. 136, 13. Tab. p. 44, antep. et brevius مَلَا* Abulf. ann. musul. 1. p. 104, 3.

Compositum <sup>هَلَّا</sup> vel <sup>هَلَّا</sup> ex <sup>هَلْ</sup> vel <sup>هَلْ</sup> proprie sonat *quid non?* hinc increpantis est et excitantis, et perfecto quidem junctum, ut rem nondum factam esse ideoque e vestigio faciendam esse dicat, ut <sup>هَلَّا أَعْلَمْتَنِي</sup> *cur non certiozem me fecisti?* increpantis simpliciter Freyt. chr. p. 31, 3. 15. Izzedd. av. p. 54, 9. 98, 4 sqq. <sup>هَلَّا جَانِبْتَهُ بِفِعْلِهِ</sup> *quid non rependisti ei facinus ipsius?* i. q. age, repende quod rependendum est, Taal. c. 80. <sup>هَلَّا هَلَكْتَ قَبْلَهُ</sup> *cur non periisti ante eum?* quod tibi faciendum erat Tab. p. 166, 16. 18-19. Kos. chr. p. 140, 3. 4. Ad quam eandem notionem collineat <sup>لَوْلَا</sup> in Korano praesertim frequenter admodum obvium. Quod ita explicandum censeo, ut <sup>لَوْ</sup> e notione conditionali in meram interrogationem abierit cl. gr. *ei*, atque ita voci <sup>هَلْ</sup> prorsus simile reddatur; quae vis interrogandi quamvis alibi in <sup>لَوْ</sup> non reperiatur, in hac tamen voce conflata constare potuit. Ita: <sup>لَوْلَا فَصَلَّتْ أَبَاتَهُ</sup> *cur versus ejus distincti non sunt?* qui increpantis, reprehendentis est sermo Sur. 4, 75. 6, 8. 36. 42. 10, 21. 43, 52. 46, 28; (simplicius interrogantis Sur. 10, 97) hinc nonnunquam jussus importuni speciem fert

locutio haec, ut **لَوْلَا أَخَّرْتَنِي إِلَيَّ أَجَلَ قَرِيبٍ فَأَصَدَّقْتُ وَأَكُن مِّنَ الصَّالِحِينَ** domine! quidni me vivere sivisti i. q. vivere quaeso tandem me sine ad terminum usque propinquum ut, fidem haberem, essemque e bonis, ubi quia in priori membro imperativi sensus est, deinde jussivus **وَإَكُن** ex §. 732 sequi potuit, Sur. 63, 10. Potestque idem imperfecto jungi, ut **لَوْلَا تُصَدِّقُونَ** an non credetis? quod tamen vos facere bene posse puto; **لَوْلَا يُكَلِّمُنَا اللَّهُ** an non loquetur ad nos deus? quod tamen eum decere putamus; cf. Sur. 56, 59. 64. 72. 68, 29 et verbo subaudito positum 56, 84. Ceterum hoc **لَوْلَا** tum notione tum structurâ et verborum ordine a conditionali §. 771 adeo differre vides, ut nunquam prorsus cum eo confundi possit. Rarius huic **لَوْلَا** eodem sensu dictum substituitur.

705 Interrogativa pronomina **مَنْ** quis et **مَا** quid? ex interrogationis vi ab initio quidem enunciationis ponuntur, nec tamen tam abrupte quam voces relativi sensus et ipsa **مَنْ**, **مَا** relativo sensu dicta §. 713 sqq., sed ita ut cum enunciatione intime cohaereant; unde etiam accusativi loco et genitivi vice ponuntur, ut **مَنْ قَتَلْتَنِي مَن** quemnam interfecisti? **مَنْ مَرَرْتُ مَن** juxta quem praeteriisti? **مَنْ أَنْتِ** cujus filia tu es? Nomini tamen definito et interrogativo **مَنْ** ex §. 657 **هُوَ** interjicitur, ut **مَنْ هُوَ الْغَنِيِّ** quis est dives ille? ubi **مَنْ** praedicati loco est. Potest vero interrogativum hoc ab initio ita segregari, ut complementi loco relativum sibi

jungat, ut <sup>مَنْ</sup> <sup>الَّذِي</sup> <sup>أَمَرَ</sup> *quis est qui iussit?* Demonstrativum facile ex §. 466 se ingerit, eoque saepius <sup>مَاذَا</sup> componitur (ut Sur. 5, 6. 74, 31), quo minus hoc cum negativo <sup>مَا</sup> §. 698 confundi potest.

Est autem pronomen hoc substantivi vi ita praeditum, ut semper per se ponatur. Interim in arabismo duo jam in usu vocis <sup>مَنْ</sup> novata cernimus: 1) nomen indefinitum aliquod statim apponi potest, eodem modo quo graece <sup>τις</sup> <sup>ἀνὴρ</sup>; latine *quis vir?* dicitur: nec tamen appositionem hanc inveni nisi in nominativo, ut <sup>مَنْ</sup> <sup>فَتَيِّ</sup> *quisnam vir?* Taraf. M. v. 42.

<sup>مَنْ</sup> <sup>مِنْ</sup> <sup>فَارِسٍ</sup> *quis eques* (ille est quem vides)? Ham. p. 48.

<sup>مَنْ</sup> <sup>غَيْرِ</sup> <sup>اللَّهِ</sup> <sup>يَأْتِيكُمْ</sup> <sup>بِهِ</sup> *quis deus praeter Deum vobis id afferet?* Sur. 6, 45. 28, 71 sq. Participium cum articulo

appositum habes: <sup>مَنْ</sup> <sup>الغُرُورِ</sup> <sup>أَقْل</sup> <sup>رَأْيِي</sup> <sup>مِنِّي</sup> *quis deceptus consilii magis quam ego est inops?* Lokm. f. 41. — 2) si de personae modo dictae ratione exactius quis interrogat, ut

si quis dicenti <sup>مَنْ</sup> <sup>رَأَيْتَ</sup> <sup>زَيْدًا</sup> *vidi Zaidum* interrogans eodem

tenore respondet <sup>مَنْ</sup> <sup>زَيْدًا</sup> *quem Zaidum?* Ita licet substantivum eodem casu, qui in priori oratione erat, continuato voci <sup>مَنْ</sup> apponere. Interim simplicius quoque tenore oratio-

nis misso dici potest <sup>مَنْ</sup> <sup>زَيْدٌ</sup> *quisnam est Zaidus?* praesertim si longior est nominis series.

Si indefinite <sup>مَنْ</sup> ex §. 465 ponitur, appositionem quan-

cunque eodem casu continuandam vel facilius fert, ut <sup>مَنْ</sup> <sup>مَرَرْتُ</sup>

<sup>كُنِّي</sup> <sup>بِنَا</sup> <sup>مَنْ</sup> <sup>مَجِيبٌ</sup> <sup>لَكَ</sup> *offendi aliquem tibi gratum, كُنِّي بِنَا*

<sup>مَنْ</sup> <sup>غَيْرِنَا</sup> <sup>حُبَّ</sup> <sup>النَّبِيِّ</sup> <sup>إِبَانَا</sup> *sufficit nobis, quo distin-*

*guamur a quocunque praeter nos, quod propheta nos amat* Sac. anth. p. 464. Ita tamen من nisi sermonis nexui insertum dici nequit. Similiter ما nomini postpositum v. §. 465.

706 Sed quâcunque vi pronomina haec ponuntur, ut casus (praeter §. 462 dicta) ita genus et numerus in iis nunquam distingui potest, sufficitque, si de personâ vel re indefinitâ sermo est, cum proximo msc. sg. structura. Interim من, si diserte de feminâ vel de pluribus sermo est, nonnunquam structuram suam in generis et numeri distinctionem abire

sinit, ut <sup>من</sup> <sup>كانت</sup> <sup>أمك</sup> <sup>من</sup> *quaenam fuit mater tua?* ubi tamen

من e sensu praedicatum est, <sup>منهم</sup> <sup>من</sup> <sup>يستمعون</sup> <sup>إليك</sup> *ex iis*

sunt *aliqui qui tibi obsequuntur*, <sup>من</sup> <sup>يقنت</sup> <sup>منكم</sup> <sup>لله</sup>

*quae vestrum deo se submiserit bonumque fe-*

*cerit*; poeta quis vel من indefinitum cum duali verbi junxit Sac. anth. p. 463. Licetque etiam ما cum fem sg. ponere, si poeta quis se eo disertum nomen femininum innuere satis

aperte prodit, ut <sup>تنظلم</sup> <sup>بغداد</sup> <sup>وتجلو</sup> <sup>لنا</sup> <sup>الدجي</sup> <sup>بمكة</sup> <sup>ما</sup> <sup>تمحو</sup>

*et tenebrosa erit Bagdad, dispelletque nobis caliginem Meccae id quod tres lunas delet i. e. sol,*

<sup>الشمس</sup> *fem.*

Ceterum من de hominibus aliisque ratione praeditis dicere mos fert; de brutis plerumque ما dicitur, ut vers. ad Taraf. p. 16, ult. ed. Vull. Izzedd. av. p. 43, 3, nonnunquam tamen et من occurrit, ut Sur. 15, 20 et alibi in Korano. De vitâ haud praeditis si forte من dicitur, ex imagine rei vivae id fieri cense. Potestque etiam ما de ratione praeditis dici, si cuiusnam generis et rationis vel numeri sint,

diserte se nescire loquens innuere cupit, est enim neutrum haud dubie generalius et magis vagum, etsi id in latinâ linguâ vix sentias, ut <sup>ص</sup>عَدُّوا التَّاجَ عَلَيَّ مَا فِي الحَامِلِ *coronam detulerunt ei (infanti), qui erat in gravidæ (reginae) utero*, nesciebatur utrum masculus an femininus foret Abulf. ann. ant. p.76, 13. 82, 25. <sup>و</sup>قَتَلُوا مِنْهُمْ مَا شَاءُوا *interfecerunt ex iis quoscunque voluerunt*, scilicet non viros tantum, sed et feminas, liberos, alia Tab. p. 30, 6. 8. 208, 4. <sup>ا</sup>انْكُحُوا *in matrimonium ducite quoscunque feminae vobis placent*, <sup>و</sup>لِلَّهِ بِسَاجِدٍ مَا فِي السَّمَوَاتِ *deum adorât quodcunque est in coelis et terrâ*, <sup>و</sup>مَا خَلَقَ الْاِنْسَانَ *quodcunque (angeli aliive) creavit hominem* Sur. 92, 3.

Simile quid est, si ما in praedicato dicitur, ut <sup>ا</sup>مَا اَنْتَ *quid tu es? i. e. cujus generis et conditionis? seu qualis?* <sup>و</sup>مَا رَبُّ الْعَالَمِينَ *quid est mundorum dominus?* si quis se nomen hoc ne intelligere quidem simulat.

<sup>ا</sup>اي pronomen interrogativum recens est, quo defectum anti- 707

qui illius <sup>م</sup>من quodammodo resarciri posse jam §. 464 dictum est. Nam etsi ab initio orationis in proximâ formâ <sup>ا</sup>اي de quovis genere et numero dici potest, tamen etiam flexionis cujusvis capax est, casuum autem vicissitudines semper et necessario subit. Igitur nonnunquam eodem fere sensu dicitur et nexu

quo <sup>و</sup>من, ut si dicenti <sup>و</sup>رَأَيْتَ رَجُلًا *vidi virum* respondet quis <sup>ا</sup>اَيَا *quem?*; potestque hinc statim alia vox subjici, ut vocati-

vus quidam, quod post <sup>من</sup> ita adhibitum e §. 462 haud licet. Deinde statum constructum fert propriamque in his sedem habet, ut <sup>أبهم</sup> <sup>أبتكن</sup> *quis eorum? quaenam vestrum?* <sup>أي الانصاف تعطينا</sup> *quamnam e partibus dimidiis nobis dabis?* Substantivo quoque neutrius loco in statu constr. praepositur, ut <sup>أي صورة</sup> <sup>أي الناس أذت</sup> *quae forma? e quibusnam hominibus tu es?* Waked. Mes. p. 6, 11, ubi <sup>أي</sup> neutrius loco copiae toti praepositum est. Hinc genitivo et hoc fine praepositur <sup>أي</sup> neutrius instar, ut admirationem de rei naturà exprimat, sive simpliciter cum substantivo suo, velut si verbi notio nomine suo exponitur (§. 548), v. c. <sup>انتكوا أي نكابة</sup> *vexati sunt quali vexatione* i. q. *quantam passi sunt vexationem!*, sive post substantivum id ipsum, quod mirationem creat, ut jam idem in genitivo repetendum sit. Sed articulo nomen hoc in genitivo postpositum caret, cum <sup>أي</sup> per se indefiniti sensum fundat, qui in hoc nexu, ubi res mirationi est, non tollitur <sup>1)</sup>, ut <sup>جنتي برجل أي رجل</sup> *oh qualem virum mihi attulisti!* <sup>قد أتاني منك نور أي نور</sup> *qualis lux a te ad me venit!* Izzedd. av. p. 77., ubi post nomen indefinitum <sup>أي</sup> eundem qui praecessit casum continuare vides: post definitum vero casus idem non perstat, quia indefinitum nomen cum definito jungere haud par est; unde <sup>أي</sup> ita semper *subjungendum* i. e. in accusativo pronunciandum est, ut <sup>جاءني زيد أي رجل</sup> *venit ad me Zaid, o qualis vir!* — Per se autem ab initio positum <sup>أي</sup> in statum constr. pronum illo <sup>من</sup> <sup>ما</sup> compleri amat, et neutrum sic demum distinguitur, ut <sup>أبها أفضل العقل أم النقل</sup> *quidnam praestantius est, ratione an traditio?*

1) cf. german. *was für ein* = *qualis*.

De vocum كَابِين et كَم quot? structurâ satis jam dictum est §. 568. Unum hoc addo, praedicatum utpote quod e sensu subjectum sit, substantivi subnexi rationem stricte sequi, ut كَابِين مِّنْ قَرِيْبَةٍ عَتَّتْ quot urbes desciverunt? vel quoties urbs quaedam descivit? Sur. 65, 7.

Denique multas locutiones interrogativas nota ex conciso dicendi genere, ut مَا بِالْ quid causa? sequente genitivo substantivi subjecto proprie inservientis, ut مَا بِالْ تَوْنِكَ cur color tuus est splendidus? Increpantis sensu مَا cum dativo personae subjecto enunciationis inservientis dicitur, ut مَا لَكَ لَا تَبْكِي quid est tibi i. e. cur non ploras? مَا لِي أَرَاكَ لَا زِمًا cur te haerere video? Sur. 4, 77. 5, 93. 84, 18. Kos. chr. p. 145, 4; participium vero praesentis loco positum dativo huic statim subjungitur potest, ut مَا لَهُمْ -- مَعْرِضِينَ cur recedunt? Sur. 74, 48. Similis locutio, ubi verbum finitum interrogativae enunciationi breviori statim subjungitur, haecce est: هَلْ لَكَ فِيْهِ نَعُوْدَةٌ placetne tibi de eo (cf. §. 588) i. e. أَزِيْرِيْدُ volumusne (§. 615) ut eum visitemus? Kos chr. p. 148, 4. Si vero copula relativa accedit, ut هَلْ لَكَ أَلَيْ أَنْ تَزَكِّيَ tibi est virium ut mundus fias? Sur. 79, 18 sq., simplicis enunciationis ambitum excedi vides.



## 3. De enunciatione interjectionali.

708 Enunciatio interjectionis ritu prolata animi sensum non quiete et sedate, sed ex repentino motu effert; neque e justâ subjecti ac praedicati juncturâ procedit, sed subitum animi motum breviter effundit, consuetum sermonis ambitum et ordinem haud curans. Unde nova est ejus facies satisque a reliquis omnibus enunciationis generibus distincta. Sed motus ille subitus maxime est varius pro vario, qui animum commovet et percellit, sensu: potestque interjectio aut unâ tantum voce contineri abruptius prolata, aut integram enunciationem regere suoque tingere colore. Singula tamen quae huc pertineant, cum supra pleraque suis locis explicita sint, hic potissima tantum recolligere et nova quaedam iis adjungere placet:

1. Quos *nomen* in interjectione varios admodum animi sensus exprimere potest, eos lingua in talibus diligentissima formis distinguere satagit, particulis quoque, si necesse videretur, idoneis assumtis.

1) Primum igitur enunciatio hujusmodi animi sensum simplicissime ut *volentis* et *jubentis* efferre potest. Quare particulâ hic opus non est; nomen vero aut in nominativo aut in accusativo effertur. Et ille quidem enunciationi inest per se perfectae, quae et subjecto et praedicato distincto continetur, ut  $\text{سَلَامٌ عَلَيْكَ}$  *pax sit tibi!*  $\text{لِلَّهِ دَرَكٌ}$  *dei sit copia, s. benedictio tua!* i. e. deus rem s. opus tuum praemio secundet! bene vovendi formula <sup>1)</sup>.  $\text{نَهَيْتَكَ}$  (vel  $\text{نَاهَيْتَكَ}$  Kam.) proprie: sufficientia tua sit cum eo i. e. *eo* ut summo

---

1) Kam. hoc  $\text{دَرَكٌ}$  explicat per  $\text{جـ}$  <sup>5</sup> *opera* = praemium. Haud omit-  
tenda mihi videtur prima notio *copiae*, indeque praemii largi. Va-  
ria de eo collegit, nec dijudicavit, comment. ad Har. p. 361.

vel optimo in suo genere *contentus sis*, <sup>وَسَبَّ</sup> ذَاهِبِك بِهَا سَبَّةٌ cum eo (facinore) ut dedecore *contentus sis* i. e. *sufficiat tibi hoc dedecus!* <sup>1)</sup>. Sin vero uno nomine abrupto totam interjectionis vim effers, id ex §. 567 sq. accusativo subjungendum est ei qui animo subest sensui, ut <sup>سَلَامًا</sup> *pax!* Sur. 15, 51. <sup>قَسَمًا حَقًّا بِاللَّهِ</sup> *juramentum verum per deum!* Iz-zedd. av. p. 23, ult. <sup>وَسَقَا لَه</sup> *distantiam ei!* i. e. procul absit Sur. 67, 11, ubi in solo jam <sup>سَقَا</sup> *tota interjectionis vis expressa est*, <sup>وَسَبْحَانَهُ أَنْ يَكُونَ لَهُ وَلَدٌ</sup> *laudem ejus* (i. e. absit a deo pro laude ejus), *ut filius ei sit* Sur. 4, 169 <sup>2)</sup>, <sup>وَأَدْخَلُوا أَدْفَنُوهُ وَكِرَامَةً</sup> *intranses sepelite eum, et satis!* (i. e. et totus assentior cf. §. 565) Not. T. 12. p. 397 antep. Eodem infinitivi in interjectione usus pertinet, v. §. 565 et forma ei par §. 353, cum negatione <sup>لَا مَسَاسَ</sup> *ne tangas!* Sur. 20, 95 <sup>3)</sup>. Remotius etiam  $\gamma$  accusativo nominis indefiniti junctum §. 555 huc referendum est. Nomen idem in interjectione repetere consuetum est, ut quid faciendum fugiendumve sit gravissime commoneatur, ut <sup>الْجَبَلِ الْجَبَلِ</sup> *montem, montem!* i. e. <sup>الْأَسَدِ الْأَسَدِ</sup> *montem cave ne tangas, a leone cave*

- 1) Har. p. 79 ubi cf. scholia. Sac. anth. p. 7, 14. ذَاهِبِي proprie est ad summum pertingens eoque sufficiens.
- 2) cf. <sup>وَتَعَالَى عَمَّا يُشْرِكُونَ</sup> *absit pro laude et majestate sua ab eo quod ei associant* Sur. 6, 101. 10, 19.
- 3) Kam. qui locum hunc aliter explicare videtur, etiam <sup>مَسَاسٍ</sup> *pro imperativo obvium esse notat. Certe equidem vix illo loco مَسَاسٍ e nominis vulgaris formā derivaverim.*

tibi! <sup>وَالنَّجَاءِ</sup> <sup>وَالنَّجَاءِ</sup> <sup>الْجِدِّ</sup> <sup>الْجِدِّ</sup> *diligentiā utendum! et saluti*

*prospiciendum! etiam* <sup>الْهَرَبِ</sup> <sup>الْهَرَبِ</sup> <sup>الْهَرَبِ</sup> *fugiendum! cedendum!*

Tab. p. 44, 1. 64, 2. Not. T. 12. p. 398. Similiter gravis, quam ad secundam personam convertimus, dehortatio accusativo pronominis secundae personae et rei quae vitanda sit,

exprimitur, copulā inter duo nomina intercedente, ut <sup>أَيَّاكَ</sup> <sup>أَيَّاكَ</sup> <sup>أَيَّاكَ</sup>

<sup>وَعِزَّةَ</sup> <sup>وَعِزَّةَ</sup> <sup>وَعِزَّةَ</sup> *te et irae vehementiam! utrumque respice et*

cave, ut latine dicas *cave tibi ab irā vehementi*; etiam

cum personae nomine, ut <sup>وَأَيَّاهَا</sup> <sup>وَأَيَّاهَا</sup> <sup>وَأَيَّاهَا</sup> *cave tibi ab iis* (ca-

melis, ne eos capias) Tab. p. 182, ant.; saepius cum infinitivo,

ut <sup>وَالْمِثْلَةَ</sup> <sup>وَالْمِثْلَةَ</sup> <sup>وَالْمِثْلَةَ</sup> *in hominibus, <sup>وَمَعَاوِدَةً</sup> <sup>وَمَعَاوِدَةً</sup> <sup>وَمَعَاوِدَةً</sup> *cave ne simile quid re-**

*petas, unde etiam haud raro fit, ut, cum infinitivo non locus*

sit, <sup>أَنْ</sup> <sup>أَنْ</sup> <sup>أَنْ</sup> *cum naçbato sequatur, copulā jam in laxiori juncturā*

deficiente, ut <sup>تَكُونُوا</sup> <sup>تَكُونُوا</sup> <sup>تَكُونُوا</sup> *fiatis* Tab. p. 42 ult. Har. p. 418. Sac. anth. p. 31 sq. (ubi

Hariri copulam omittentes carpit). 127, 19. chrest. 1. p. 125

antep., ubi vehementius etiā dicitur <sup>وَالْقُرْآنِ</sup> <sup>وَالْقُرْآنِ</sup> <sup>وَالْقُرْآنِ</sup> *cave, cave, ne Qoranum et religionem laedas.*

2) Deinde nomen in interjectione distinctius *allocutionem*

*efferre potest. Quae quam diversa esse possit quibusve*

*formis et interjectionibus utatur, supra §. 349-52. 494-96 sa-*

*tis explicitum est. A fine decurtatis nominibus §. 350 col-*

*lectis adde <sup>أَعْقِرْمُ</sup> <sup>أَعْقِرْمُ</sup> <sup>أَعْقِرْمُ</sup> *o Ikrimā! Tab. p. 208, 14. <sup>أُمَيْمٌ</sup> <sup>أُمَيْمٌ</sup> <sup>أُمَيْمٌ</sup> *o Umair-***

ma! Ham. p. 97, 1 cum schol., quae eodem modo ex اَمَجَّةٌ, عَقْرَمَةٌ oriuntur. In fine aucta §. 351 in pausâ idonea sunt maxime, ut يَا مُحَمَّدًا *o Muhammed!* Tab. p. 168, 17. 192, 19. Lamentantis interjectio §. 352 non tantum effertur يَا قَوْمًا *vaeh populum!* Tab. p. 194, 14. Abulf. ann. ant. p. 24, 4 inf. 138, 7., sed diductius etiam e poetarum licentiâ, ut يَا رَحْمَتًا *vaeh misericordiam!* Izzedd. av. p. 59, 5. —

Secundae et primae personae pronomen in allocutione interjectionali effari nunquam lingua didicit <sup>1)</sup>; dicendumque propterea de primâ يَا نَفْسِي *o anima mea!* de secundâ يَا هَذَا *o hic*, pl. يَا هَؤُلَاءِ *i. q. o vos*, vel potius, si quem paulo eminentiorem alloquaris أَيُّهَا الرَّجُلُ *o vir!* أَيُّهَا النَّاسُ *o homines!* Ergo neque e relativo pronomine in secundam personam relabi licet, v. c. يَا أَيُّهَا الَّذِينَ آمَنُوا *i. q. o vos qui creditis!*

Sed particulâ يَا non singulum tantum nomen compellari potest, sed integra etiam enunciatio subjecto et praedicato constans, ut *rationem* potissimum rei interjectio tangat mireturque. Quare tota enunciatio uni particulae ita subjungitur, ut et subjectum et praedicatum ab eâ pendere pateat; et prius quidem e sensus perspicuitate necessario subjectum ponendum est. Nec tamen subjectum pronomine constans suffixo simplici subjungi potest, cum بِا suffixum ferre neque-

1) Similiter atque sanscrita lingua ex his pronomibus *vocativum* non formavit.

بَا dici nequit nisi sensu hoc mystico *o ille!* i. e. *o deus!* Izzedd. av. p. 58 ult. cl. p. 67, 2. هُو hoc sensu flecti nequit.

at; nec grave illud accusativi signum <sup>لَبَّأ</sup> hic idoneum; sed facilius praepositione <sup>ل</sup> seu dativo introductum praedicato per accusativam subjungendo praeponitur, ut <sup>بَا كَكَ مَمْنُوعًا</sup> o te impeditum esse! Kos. chr. p. 66, 16. 18; praedicati loco si idem substantivum, quod e mente loquentis subjectum est, redit, latine *qualis* inserere licet cum ex solo subjecti, quale oculis patet, habitu interjectionis causa derivetur, ut <sup>بَا لَهَا رَوْضَةً</sup> o qualem hortum! <sup>بَا لَهْ رَجُلًا</sup> o qualis vir! Patetque per se, praedicatum quodvis necessario indefinitum esse. Si vero ita praedicatum diversum non nominatur, saepius ei <sup>مِنْ</sup> praecedit, quod indefiniti notionem augeat (§. 577) eoque simul unam hanc rem prae ceteris omnibus insigniat, ut <sup>بَا لَهَا مِنْ</sup> o quae tu es alauda. Omnia haec vix aliter obvia sunt quam pronomine subjecti loco posito: frequenterque talia substantivum modo dictum amplius definiunt, ut <sup>بَا لَهَا مَعْتَبَةً</sup> <sup>1</sup> <sup>لَانِ الْوَلَاةُ لَهُمْ فَبِوَاةٍ وَمَعْتَبَةً</sup> <sup>بَا لَهَا</sup> <sup>مَعْتَبَةً</sup> <sup>1</sup> quia praefectis est superbia et saevitia, o qualis (vel quanta) saevitia! — Ceterum idem in aliis quoque particulis fieri potest, ut <sup>أَنَّ لَهَا حَسْرَةً</sup> <sup>أَهَّا لَهَا حَسْرَةً</sup> vaeh quantum damnum! <sup>أَنَّ لَهَا</sup> <sup>خَشَعًا</sup> phuy hunc humilem! Tab. p. 170, antep. Licetque adeo eum formulis vovendi superius descriptis dicere <sup>لِلَّهِ دَرَكٌ</sup>

1) ob metrum pro <sup>مَعْتَبَةً</sup>; male recentius quis <sup>مَعْتَبَةً</sup> imprimi fecit, quasi genitivus talis ex omisso <sup>مِنْ</sup> penderet.

ناهيكَ *o quam felix es servus!* Kos. chr. p. 88, 3.

من مدبر *o quam sufficiens tibi est administrator i. e. quantum tibi unus hic omnium administratorum loco est!* Sac. chr. 1. p. 15 ult. cum schol. G'auhari.

3) Denique interjectio statim animum de ratione rei mirantem inducere potest; isque color interjectionis ab *interrogatione* mirabundâ procedit. Igitur ما *quid = quam* huic usui inservit, idque insertum in locutione *قليلًا ما quam*

*parum!* ut *ما تشكرون قليلًا ما quam parum gratias agitis!*

Sur. 40, 59. 67, 23. 69, 41. 42 (ubi Marr. semper male *quam pauci!* transtulit). Praeponitur vero ما *integrae enunciationi accusativo subjungendae, ut adjectivum elativum praedicati loco praepositum proxime vim particulae admirandi augeat, cf. §. 499, 2; ut*

*ما أعظم شأنه quam magna est ejus conditio (vel honor ejus)! ما أعلمني quam scientissimum*

*me! i. e. quam bene scio, ما أخوفنا quam timidi sumus!*

Tab. p. 108, 18. 20. 166, 7; *ما أكثر من بعدد السكران quam*

*multi sunt | qui excusant ebrium Taal. c. 73, ما خليلي*

*o amice mi! quantopere homine cordato dignissimum est ut appareat patiens, ubi et voces flexionis expertes posterioris accusativi vices sustinere, et vocabula quaedam accusativis interponi posse vides.*

Perfectum vides in hoc: *فناهيكَ ما كان أنبلها وأنبل مجلسها ergo sufficiat tibi i. e. quam eximie nobilis erat ea et nobilis consessus ejus!* Kos. chr. p. 132, 1. 131, 3-5. Esse

autem formam hanc adjectivi elativi, apertissimum inde est, quod structura ejus eadem instituitur, quam elativi esse §. 653

monstratum est, v. c. مَا أَشْبَهَ اللَّيْلَةَ بِالْبَارِحَةِ <sup>مَ أَشْبَهَ اللَّيْلَةَ بِالْبَارِحَةِ</sup> quam similis

est nox haec ultimae Sac. anth. p. 27. مَا أَحَبَّ إِلَهُومِنْ اللَّهِ <sup>مَا أَحَبَّ إِلَهُومِنْ اللَّهِ</sup>

وما أحبه الي الله وما أعرفه بِالْحَتِّ وَأَطْلُبُهُ لِلْعِلْمِ وَأُرْهِدُهُ فِي الدُّنْيَا <sup>وَمَا أَحَبَّهُ إِلَيَّ اللَّهُ وَمَا أَعْرَفُهُ بِالْحَتِّ وَأَطْلُبُهُ لِلْعِلْمِ وَأُرْهِدُهُ فِي الدُّنْيَا</sup>

quantopere *Credens amans est dei et quantopere ab eo amatus, et quam bene novit verum, studet scientiae et abstinens est mundi.* — Rarior est formula admirandi

brevior vocativi vel imperativi speciem ferens <sup>أَكْرَمَ بِهِ</sup> quam

honoratus is est, <sup>أَسْمِعْ بِهِمْ وَأَبْصُرْ</sup> quam bene audiunt et

vident! <sup>أَحِبُّبِ الْبِنَا بِيَانِ نَمُوتُ</sup> quam carius nobis est mori!

Invenias etiam complementum prius pronomine nudo expres-  
sum, dein distinctius in accusativo additum, quae est locutio

interjectionis formam apprime referens, ut <sup>أَكْرَمَ بِهِ رَجُلًا</sup>

similiter ac dicitur <sup>بَا لَمْ رَجُلًا</sup>. Raro denique in poesi com-

plementum deest e connexu perspicuum, ut <sup>أَنْ يَسْتَعْنِي يَوْمًا</sup>

<sup>فَأَجِدُ</sup> si dives erit olim, tunc quam eo dignus est! Ham.

p. 209.

Interjectionis formam similem confer hanc: <sup>لَوْ أَنَّهُ كَانَ</sup>

<sup>مِنْ أَنْبِيَائِكُمْ وَأَطُولُ</sup> si vivus esset leo,

quam acriores et longiores dentibus vestris videretis ejus  
ungulas! Lokm. f. 30.

709 Ut <sup>مَا</sup> illud admirationem denotans, ita optandi particu-

lam <sup>لَيْتَ</sup> integram enunciationem vel saltem subjectum pro-

xime ponendum sibi in accusativo subjungere §. 567 notatum est. Quodsi distinctior persona non nominetur, suffixum saltem ejus pronomen ex §. 671 ei subjungendum est. Verbum autem praedicali loco positum in *perfecto* pronuntiandum est, cum e loquentis sensu de re quae jam non amplius fieri possit agatur, idque frequentissime obvium est,

ut بِأَلَيْبَتِي لَمْ أَوْتِ كِتَابِيَهٗ وَلَمْ أَحْرِ مَا حِسَابِيَهٗ بِأَلَيْبَتِهَا كَانَتْ الْقَاضِيَهٗ

o *utinam non accepissem librum meum, nec scivissem quanam sit ratio mea! utinam id esset fatum* (i. e. mors)! Sur. 69, 25-27. 78, 40. Sac. chr. 1. p. 124 sq. Interim poeta et imperfecto uti potest, quod sine vi dictum

hic simpliciter praesentis loco sit, ut لَيْبَتِي أَفْدِيكَ *utinam te redimam* vel redimere possim! Taraf. M. v. 40, ubi schol. in perfectum relabitur. Praesentis notio hic ut alias partici-

prio vel imperfecto exprimitur, ut لَيْبَتِ زَيْدًا حَاضِرًا non est *uti-*

*nam Zaid adfuisset! sed ut. Z. adesset!* وَلَا بِأَلَيْبَتِنَا نُرَدُّ وَلَا

بِأَلَيْبَتِنَا نَكْذِبُ بِآيَاتِ رَبِّنَا *utinam nos reduceremur* (ex orco in mundum) *nec domini nostri signa abnegaremus!* Sur. 6, 26.

Eodem verbum لَعَلَّ pertinet, de quo v. §. 491. 567.

Transiit id in particulae notionem, nec tantum ab initio po-

nitur sed subjungitur etiam alii enunciationi, ut لَا تُدْرِي لَعَلَّ

خَرَجَ *non nosti, an forte deus id facturum sit,*

عَلَى ظَاهِرِ الْمَدِينَةِ يَتَنَسَّمُ الْإِخْبَارَ لَعَلَّ أَحَدًا يَصِلُ فَيُخْبِرُهُ *exiit Ur-*

*bis portas percepturus res novas, an forte quis adveniret ipsique nuncium ferret.* Idque cum subjectum sibi in accusativo subjiciat, si distinctius non adest, iterum sal-



tem pronomen suffixum adsciscit, ut <sup>و</sup>لَعَلَّكَ <sup>و</sup>تَفْعَلُ *forte facies*. Post suffixum tamen tam tenue verbum sequens potius per copulam <sup>ع</sup>أَنْ fortius introducit (Izzedd. av. p. 61, ult. Tab. p. 240, 7), quod idem et alias frequentari incipit. Mala autem est structura hujus لَعَلَّ cum verbo finito Izzedd. av. p. 88, 4. — Similem ob notionem عَسَى (v. supra p. 109) serius ad hujus لَعَلَّ rationem jungi coepit, ut عَسَى <sup>و</sup>أَرَاهُ *an forte eum videam* Izzedd. av. p. 56, 2. et عَسَاكَ <sup>و</sup>تَرَى *forte videbis* p. 99, 12 poetice; antiqua ejus structura est cum أَنْ, sive personaliter, ut <sup>و</sup>عَسَى <sup>و</sup>أَنْ <sup>و</sup>يَفْعَلُ, sive per se positum, ut <sup>و</sup>عَسَى <sup>و</sup>أَنْ <sup>و</sup>تَكُونُوا.

710 2. *Verbum finitum* in interjectione prolatum minora et formae et notionis discrimina permittit. Nam praeter imperativum et jussivum ei junctum linguae nil restat quam perfectum interjectionis vi prolatum, idque de votis usurpatum §. 198. 695. Omne autem ejusmodi verbum finitum ob insignem interjectionis vim primo loco ponatur necesse est, ut cum subjectum tum reliqua enunciationis complementa ex ordine §. 667 descripto sequantur; isque ordo in perfecto interjectionali constantissimus est, cum ex hac solà vi notio peculiaris sequatur. Quare perfecto emphatico, si id forte praeponi non potest, lenior et consuetior forma substituitur, imperfectum scilicet quod sine emphasi idem dicit, ut <sup>و</sup>نَقَالَ <sup>و</sup>عَسَى <sup>و</sup>أِذَا <sup>و</sup>يَقْتُلُكَ <sup>و</sup>اللَّهُ <sup>و</sup>قَالَ <sup>و</sup>بَلْ <sup>و</sup>أَبَاكَ <sup>و</sup>يَقْتُلُ *tum dixit 'Omar: tum (si hoc feceris) deus te interimat! Ille vero, imo, inquit, te interimet!* Tab. p. 38, 1, ubi nisi accusativum praepone potius visum fuisset, haud dubie ut alias semper <sup>و</sup>تَتَكَلَّمُ <sup>و</sup>اللَّهُ

dictum foret 1). Ceterum quanquam perfectum hoc ab imperativo vel jussivo eo satis diversum est, quod votum non subjective, sed objective effert, haud tamen ita diversa sunt, ut poeta quis ea metro invitante componere nequeat, ut

لَبَسْتُمْ — فَمَا كُنْتُمْ etc. Ibn - Khac. p. 46, 4.

Eodem refer verba admirandi vel vituperandi et fasti-

diendi contracta بِمَسِّ وِنَعْمِ de quibus v. §. 499, 1. Ea semper praeponenda nominativus proxime sequitur ut subjectum, idque cum loquens de praesente quodam et certo loquatur

necesse sit, articulo definiendum, ut نَعْمَ الرَّجُلُ *gratus est*

*vir!* i. e. *euge virum!* بِمَسِّ الْمَسِيرِ *o pessimum iter!* Sed

eadem haec locutio ita conformata arctius contracta rursus unum tantum idque subunctum enunciationis membrum efficere potest, ita quidem ut subjecto iterum definitiori prae-

posita jam non nisi praedictatum hujus sit, v. c. بِمَسِّ الْعَبْدِ

بِمَسِّ حَامِلٍ *quam malus servus est tuus servus!*

أَنَا إِذَا *malus Korani portator ego essem tum!*

Tab. p. 160, 5. نَعْمَ الْغُلَامِ غُلَامِ أَبِي *bonus servus est patris*

*mei servus!* Similiter nomen proprium introducendum est

nomine quodam generaliori, ut نَعْمَ الرَّجُلِ زَيْدٍ *bonus (vir)*

1) Sur. 64, 1 et praeter hanc necessitatem بِسَبْحِ *laudabit* dicitur pro

*laudet!* alias in Korano solito. In vulgari tamen stylo perfecti usus prorsus invaluit. Sed sequiori aetate simplicius imperfectum redire coepit, ut أَخْرَأَ اللَّهَ et بِخَيْرِهِ اللَّهَ sine discrimine sensus in Burckhardti prov. ar. n. 492. 508. 720.

est *Zaidus!* Nam cum adeo consuetum fuerit, juncturâ verbi cum substantivo arctâ qualitatem tantum rei vel personae in universum dictae innuere, haud adamatur nominis proprii vel substantivi indefiniti cum verbis his nexus, ut rarissime

dicatur <sup>س</sup>نعم <sup>ز</sup>زيد <sup>س</sup>bonus est *Zaid!* <sup>س</sup>نعم <sup>خ</sup>خليل <sup>س</sup>bonus est ami-

*cus* quidam! Rarius etiam ita paulo contrahitur locutio, ut substantivum proximum, cum non nisi verbi complementum sit, in accusativo descriptorio i. e. indefinito subjungatur, ut

<sup>س</sup>نعم <sup>ر</sup>رجلاً <sup>ز</sup>زيد. Quodsi subjectum verbo explicandum est,

ما suffigitur, ut <sup>س</sup>نعم <sup>ب</sup>بعظكم <sup>ي</sup>يد <sup>س</sup>quam bonum id de quo

*vos deus monet!* Sur. 4, 56. <sup>س</sup>نعم <sup>ب</sup>بئسما <sup>ع</sup>عودتم <sup>ا</sup>انفسكم <sup>س</sup>quam ma-  
*lum id cui vos assuevistis!* Tab. p. 162, 16. Objecti loco

subjunctam vide locutionem in hocce: <sup>س</sup>نعم <sup>ا</sup>انا <sup>و</sup>وجدناه <sup>ص</sup>صائراً <sup>س</sup>نعم

<sup>س</sup>نعم <sup>ع</sup>العبد *nos eum invenimus patientem, o bonum servum!* —

Ceterum similiter similia verba struuntur, ut <sup>س</sup>نعم <sup>ما</sup>ما <sup>س</sup>quam

*malum est!* Sur. 5, 75. 6, 30. 136. <sup>س</sup>نعم <sup>ق</sup>قريناً <sup>س</sup>quam malus

*socius est* sc. ille! Sur. 4, 37; poetice <sup>س</sup>نعم <sup>ذ</sup>ذا <sup>ا</sup>ادباً <sup>س</sup>pulcher

*hic mos!* ubi accusativus descriptorius postpositus est.

<sup>س</sup>نعم <sup>ب</sup>بأ <sup>ح</sup>حبذا <sup>ا</sup>القال *o euge bonum omen!* Ibn-Khac. p. 34, 7,

<sup>س</sup>نعم <sup>ح</sup>حبذا *grata est Zainab!* In hoc <sup>س</sup>نعم <sup>ح</sup>حبذا neutrum ða

proprie prius substantivum explet; nonnunquam etiam sepa-

raturum <sup>س</sup>نعم <sup>ح</sup>حب ex ceterorum analogiâ struitur. Notant gramma-

tici etiam <sup>س</sup>نعم <sup>ح</sup>حب <sup>ر</sup>رجال <sup>س</sup>نعم <sup>ح</sup>حب, ut <sup>س</sup>نعم <sup>ح</sup>حب prorsus absolute positum

praepositionem adoptet.

¶11 3. Inter reliquas ditionis hujus locutionis laudandae hic sunt potissimum *jurandi* formulae breves. Jurandi interjectio

vulgaris praepositionis instar adhibita est و §.595: nec tamen ea hujus و vis jam est, ut pronomen etiam personale suffixi formâ indutum sibi subjiat, ut praepositionis, quae praeterea ex origine huc destinata est §. 585, usus hîc semper manserit: بِكَ *per te*, بِهِ *per eum* etc. Insuper و semper per se ponatur necesse esse e notione ejus primâ apparet, unde in nexu cum verbo jurandi ب iterum solum usu venire potest <sup>1)</sup>. Concisa autem jurantis interjectio uti et vocativus ejusmodi brevis saepe mediae orationi inseritur, quasi derepente accedens et cessans, nec ceteroquin orationis gressum inhibens, ut ثَبَّتْ عِنْدَنَا أَنْكُمْ وَاللَّهِ الْكَافِرَةَ *constat apud nos, vos per deum! esse infideles* Sac. chr. 1. p.172, 8. Kos. chr. p.147, 8. Ham. p. 97, 1. et supra §.527.

Actio quam quis juramento interposito se effecturum affirmat, modo emphatico cum ل affirmativo notatur (cf. §. 496), ut لَأَقْتُلَنَّكَ وَاللَّهِ *per deum, profecto eum interficiam!* Si a nomine, non a verbo incipit pluribus vocibus constans enunciatio, post juramentum لَ - اِنَّ <sup>ع</sup> dicitur. In negativo vero juramento لا fortius prolatum hujus ل affirmativi locum occupat. Miram autem faciem antiquus quidam jurandi usus servavit. Nam cum jurare idem esse possit quod *exsecrari* vel rem nefandam a se alienam esse testari, verbum in imperfecto simplici sine isto ل affirmativo subjunctum actionem,

1) De aliis jurandi formulis cf. T. I. p. 369. Fortior jurandi formula اَيْمُ اللّٰهِ ibi descripta saepius obvia est in vetere linguâ, ut Tab. p. 38, 8. 40, 12. 178, antep., et pro eo اَيْمُ وَاللّٰهِ, illo اَيْمُ contracto ante denuo accedentem jurandi particulam p. 40, 6. 8. 10 70, 16. Arabs. Fâk. p. 47, 9. 73, 14.

quam quis facere nolit, satis jam perspicue notat, ut <sup>فَالْبَيْتُ</sup> *فَالْبَيْتُ* quam quis facere nolit, satis jam perspicue notat, ut <sup>فَالْبَيْتُ</sup> *فَالْبَيْتُ*

lui juramento interposito *tristis esse* i. e. juravi me non tristem fore *de pereunte, nec lugentem foeminam, quid ipsi sit, interrogare, حَتَّى* — <sup>اَقْسَمْتُ بِاللَّهِ اَسْقِئَهَا</sup> *اَقْسَمْتُ بِاللَّهِ اَسْقِئَهَا* per deum juro me eam non potaturum esse donec etc. et sine jurandi verbo, sed cum sensu ejus <sup>تَاللَّهِ تَغْتَو تَذَكُرُ يَوْسُفَ حَتَّى</sup> *تَاللَّهِ تَغْتَو تَذَكُرُ يَوْسُفَ حَتَّى* per deum juro non te Josephi mentionem facere desitutum esse donec etc. <sup>فَقُلْتُ بِرَبِّي اَللّٰهُ اَبْرَحَ تَاعِدًا</sup> *فَقُلْتُ بِرَبِّي اَللّٰهُ اَبْرَحَ تَاعِدًا* tum dixi, per deum juro me non cessaturum sedere etc. Sur. 12, 85. Hariri in Sac. anth. p. 47. Ibn-Doreid poem. ed. Hait. v. 73. Grammatici arabes in his ante imperfectum  $\gamma$  supplet, positque id haud dubie inseri, si ex alià prorsus dictionis ratione rem dijudicare velis: sed negatione ex veteris linguae sensu opus non esse facile patet. Congruum autem jam est, ut cum illi locutioni sine negationis particulà tamen negandi sensus insit, contrarii sensus locutio additâ eà insigniatur; unde in Korano dicitur v. c. <sup>لَا اَقْسِمُ بِمَا تُبْصِرُونَ وِمْأَا لَا تُبْصِرُونَ</sup> *لَا اَقْسِمُ بِمَا تُبْصِرُونَ وِمْأَا لَا تُبْصِرُونَ* non exsecror s. non nolo i. e. juro per id quod conspiciatis quodque haud conspiciatis, sequente plerumque affirmativà oratione  $\bar{J}$  vel  $\bar{J}$  — <sup>اِنَّ</sup> *اِنَّ*, nec negatione, Sur. 56, 77. 69, 38-40. 70, 40. 75, 1. 81, 15. 84, 14. 90, 1. 1). Nota hic propter  $\gamma$  semper esse imperfectum *اَقْسَمْتُ*, non *اَقْسَمْتُ*.

1) Vix morari potest quorundam sententia mira, quâ  $\bar{J}$  pro  $\gamma$  legendum praecipiant (v. marg. Petrop. ad S. 75, 1), difficultatem scilicet onerosam sublaturi. — Ipse ego aliquando putavi,  $\gamma$  sepa-

Inter particulas affirmandi et respondendi (v. T. 1. p. 368)

latissimi usus est نَعَمْ *ita, sane*, quo quis se ei, quod vel simpliciter vel interrogative enunciatum est, assentiri fatetur; nec interest, utrum negativa enunciatio sit necne. Rarius

apud veteres pro نعم dicitur بَجَلٌ, quod proprie notat *satis*,

deinde *bene* <sup>1)</sup>. Sed بَلِيّ rem negatam vel dubitatam contra alterius mentem graviter affirmat, *utique, ne dubita!* ut

ظَنُّوا أَن لَّنْ بَحُورٌ بَلِيٌّ قَالَ السُّنَمُ أَنْصَارُ اللَّهِ قَالُوا بَلِيٌّ *nonne, inquit, vos estis dei adjutores? Utique, respondebant; ظَنُّوا أَن لَّنْ بَحُورٌ بَلِيٌّ putavit se non rediturum esse. Utique redibit!* Sur. 6, 29. 75, 4. 84, 13. Tab. p. 72, 4. 190, 18. Abulf. ann. I. p.

102, ult. — أَجَلٌ simpliciter affirmat, nec post interrogationem poni amat, ut أَظَنَّهُ بِحَدِيثِكُمْ أَنَّهُ كَانَ بَرًّا قَالُوا أَجَلٌ *puto eum vobis narrare se insontem fuisse. Certo, respon-*

*derunt* Tab. p. 26, 16. 166, 8. جَپْرٌ *profecto!* haud multum

distat; أَيٌ vero ante jusjurandum tantum usu venit, cf. Bai-

dhavi ad Sur. 10, 53 p. 166. — Difficilior vero vox est كَلَّا stylo tantum antiquiori familiaris. Omnibus tamen denuo perpensis, sic mihi nunc statuendum est, لَا primitus vehementem sententiae, quam quis ab aliis foveri putat, detestationem et negationem efferre, ut prorsus particulae بَلِيّ oppositum latinum *nequaquam!* dicat, v. c. *enses hostium*

---

randum esse et explicandum ex gr. *μή*, prop. *non ita est*, ut vultis; *jurabo* etc. Sed tum idem لَا ante reliquas quoque jurandi formulas reperturus esses.

1) بَلِيٌّ vel بَجَلِيٌّ *sufficit mihi*, cf. حَسْبِيّ et قُطْنِيّ §. 475 sq.

*fulgentes videns, laetamini, inquit, jam enim hostes inter se dissident ipsi. Quibus ille وَاللَّهِ وَلَكِنَّهَا لَا nequaquam, per deum! respondit; sed sunt illi enses aliam ob causam stricti* Tab. p. 162, 4. *jam insanus factus es, dixerunt. Tum ego, وَلَا وَرَبِّي مَا جُنُنْتُ nequaquam per deum, non insanus sum, dixi* Ham. p. 292, 6; unde simul apparet لَا juramento jungi amare. In Korano quidem saepius graviter affirmare videtur, sed ita tamen, ut loquens opinionem, quam alios alere scit, ante omnia acriter negans, quid ipsi probetur, deinde affirmet, ut vel sic propria notio e sensu loquentis intacta maneat; quid enim graviter negans contrarium affirmet, ex contextu satis ubique perspicuum est, v. c. *disceptant inter se de die judicii, quasi eum negaturi sint; سَيَعْلَمُونَ لَا nequaquam! cognoscent eum!* i. e. nihil omnino est quod dubitent; *omnino cognoscent eum.* Loci fere omnes sunt Sur. 74, 16. 32. 52. 75, 11. 20. 26. 78, 3. 4. 80, 11. 25. 82, 9. 83, 7. 14. 15. 18. 89, 18. 96, 6. 15. 19. 102, 3-5. 104, 4. Optimeque praeter alia conferri potest graecum μὴ τὸν θεόν, quod e vi suâ primitivâ negat, sed etiam ad gravem affirmationem traducitur <sup>1)</sup>).

1) Olim equidem affirmandi notionem primitivam habens vocem اَلَّا derivavi, ut esset *omnino, imo*. Sed tum لَا non per se, sed ex opposito tantum negare posset. Quod cum secus se habeat, jam vocem derivandam censeo e radice كَلَّ cum كَلَّ كَلَّ كَلَّ cohaerente eo sensu, quo *cohibere, prohibere* notare potest; cognatae enim sunt notiones cingendi, ambiendi, et cohibendi. — Kamus p. 1971 etiam cum suffixo كَلَّاك, كَلَّاك, dici posse vult, similiter ac حاشاك T. I. p. 369.

## II. De enunciatione adnexa.

## 1. De enunciationibus relativis.

Relativarum enunciationum duplex est genus: nam aut 712 persona vel res singula relative describitur, ut tota enunciationis relativae vis in *substantivo* quodam describendo versetur, velut si dico: *arbor quae floret placet*, vel *qui tacet sapit*; aut integra enunciatio relativae *particulae* ope aliunde pendet, ut si dico: *quod vales, gaudeo*. Utrumque genus probe quidem distinguendum est: sed in semiticis tamen linguis sibi invicem similius quam in nostris. Omnino enim semiticae linguae indoles rursus eo cernitur, quod relativum quodvis non eà, quâ in sanscritis linguis antiquis, libertate collocari potest, sed proximo tantum loco, id vero est, ab enunciationis suae initio ponitur. Atque ut relativum *particulae* vim explens nude et abrupte praeponitur, ita idem *substantivi* locum tenens fundamenti tantum firmi vice abrupte et per se ab initio collocatur; unde fit, ut vox haec relativa, etsi e sermonis nexu *substantivi* sensum necessario induat, e formâ tamen suâ et notione *particulae* propior et flexionis haud valde sit capax. Quâ tamen ratione cum vox relativa abrupte et per se praemissa sit, juncturae ejus definitio exactior, quae e toto enunciationis sensu et nexu postulatur, in sequentibus non minus supplenda est pronomine personali, quam post aliud nomen sine nexu praemissum idem faciendum esse §. 672 dictum est. Itaque ut arabice dicitur: *Mahmudus — dixi ei*, ita eâdem ratione: *qui — dixi ei*. Multo simplicior haec est ratio, quam si Latini, quibus pronomen relativum perfectius et volubilius omniumque flexionum et juncturarum capax est, pro eo dicunt: *cui dixi*. Atque haec antiqua relativarum vocum inertia in arabismo satis quidem emendari coepit, nec tamen ita tolli, ut ipsa linguae indoles penitus subversa sit: nam fundamentum ejus intactum servatum est.

I. Relativum *substantivi* vim explens, primo uberius do- 713 cendum est, quomodo ex illâ ratione enunciationi suae jungi



possit. Triplex enim juncturae ratio cogitari potest: 1) si relativum ex enunciationis secuturae sensu ad *subjectum* describendum facit, tamen pronomen personale subjecti exactius definiendi causâ deinceps inseritur, ut الرَّجُلُ الَّذِي هُوَ مَرِيضٌ *vir, qui aegrotus est*, مَنْ الَّذِي هُوَ فِي الدَّارِ *qui est domi*, مَنْ هُوَ بِرٍ *qui est insons*, مَا هُوَ ضَلَالٌ *quod est error*. Interim cum subjectum in talibus haud facile obscurum esse possit, pronomen hoc personale frequentius omittitur, si alia vocabula relativum inter, quod jam solum subjecti vim tenet, et praedicatum intercedunt; at si nihil quod partes sermonis necessarias duas dirimat intercedit, idem rarissime nec nisi poetice deest, ut مَنْ بِعَيْنٍ بِالجِدِّ لَا يَنْطِقُ بِهَا سَفَهٌ *qui laudat studet non loquitur id quod stultum est*. Ante verbum contra, quod pronominis personalis vim complectitur, idem superfluum prorsus esset, ut مَنْ مَاتَ *qui mortuus est*, الَّذِي يَقُولُ *qui dicet*; memini tamen in poetâ legere — دَعَانِي هُوَ — بِأَمِنْ هُوَ — *o eum qui — me vocavit!* —

2) si relativum ad *objectum* redit, objectum deinde suo loco exactius denotandum est, suffixo igitur addendo, ut الرَّجُلُ الَّذِي قَتَلُوهُ *vir, quem interfecerunt*, مَنْ رَأَيْتَهُ *quem vidisti*.

Interim frequenter jam structura haud ita prorsus absolvitur, sed relativum simul objecti loco dictum sufficere putatur, cum objectum praemittere haud prorsus aspernetur lingua (cf. §. 672); apteque discrimen hoc positum est, ut ubi de *rebus* sermo est, brevior objecti denotatio sufficiat, v. c. النَّصْفُ الَّذِي رَدَّتْ *pars dimidia quam rejecit tribus*,

الكتاب الذي أنزل الله *liber, quem deus demisit* Sur. 4, 135,

ما الأمر الذي فعلت *quaenam est res quam fecisti?*

علمت ما كنت جاهلاً *quod deus tibi dabit,*

*cognovi quod ignorabam, ما جهلوا* *homines inimici sunt ejus quod ignorant;* rarius in hujusmodi locu-

tionibus suffixum additur, ut ما قلت *quod dixi* poetice Iz-zedd. av. p. 80, 15. De personis autem si sermo fit, gravior

et dilucidior objecti denotatio rarius deest, ut مات اله الذي

*mortuus est deus ejus quem colebat* Tab. p. 6,

ant. Kos. chr. p. 103, 3. 4. من لم تزود *quem viatico non instruxisti* Taraf. M. v. 103, quod propter metrum dictum

esse monstrat scholiasta vulgare من لم تزوده substituens. Facilius tamen et haec brevior locutio se ingerit, si relativum

simul prioris enunciationis objecto inservit, ut يضل الله من

*errare sinit deus quem vult dirigere*

*que quem vult, من يشاء* *offert deus eam* (gratiam

suam) *cui vult* ex §. 546. — 3) si relativum neque ad objectum pertinet, sed ad notionem alii nomini vel, quod ad idem redit, praepositioni subjiciendam, suffixum suo loco ne-

cessario sequitur neque ullà ratione omitti potest, ut الرجل

الذي يوجد عنده *vir, cujus filius mortuus est*

*apud quem reperitur, من له مال كثير*



qui dixit hoc est Zaid, مَنْ يَتَّقِ اللَّهَ بِفَرَحٍ qui deum timet  
gaudebit; aut enunciatio hujusmodi nova simul aliunde pen-  
det, ut vox relativa etiam post verbum transitivum vel sta-  
tum constructum vel praepositionem adeo poni possit. Sic  
duplicem nexum una vox relativa explet; nam cum ab unà  
parte enunciationis majoris membrum sit, ab alterà ipsa no-  
vam enunciationem orditur; quam duplicem notionem recen-  
tiores et, ubi casus diversi sunt, antiquae etiam linguae no-  
strae demonstrativo et relativo exprimunt. Ita: هُوَ الَّذِي تَأَلَّاهُ  
is est ille qui dixit, يُحِبُّ مَنْ يَشَاءُ amat quem vult,  
يَقُولُ لِلَّذِي قُلُوبُ الَّذِينَ آمَنُوا corda eorum qui crediderunt,  
يَقُولُ لِمَا مَعِيَ in eo quod me-  
cum est, etc.

Voces autem quae relativi vim teneant, plures sunt.

Proximum est الَّذِي ex demonstrativo ortum §. 458 sq.; id-  
que personam vel rem certam ponit, sive ad substantivum  
modo dictum referendam, sive per se dictam, ut quam am-  
plius describere superfluum esse videtur. Hoc igitur ita  
comparatum est, ut brevius articulus quoque vim ejus susti-  
nere possit; articulus enim ex eodem genere est. Ex alio  
genere sunt pronomina proprie interrogativa, quae in hanc  
vim relativam traducuntur; ea enim et per se semper dicun-  
tur substantivi loco, et cum proprie interrogent, sensum  
maxime vagum fundunt nec de certo uno enunciationem in-  
telligi volunt, sed de omni qui huc pertinere possit.

1. الَّذِي si, quod plerumque fit, substantivo postponitur, 715  
tam arcte ei adjectivi instar junctum est, ut non genus tan-

tum ejus numerumque, sed casum quoque servet. Casus tamen servati ob flexionis inopiam exemplum manifestum esse

nequit nisi post dualem in casu obliquo positum, ut *فِي زَمَنِ*

*فِي زَمَنِ الْمَلِكَيْنِ اللَّذَيْنِ تَقَدَّمَ ذِكْرُهُمَا*

*tempore regum duorum, quorum mentio praecessit* Abulf. ann. ant. p. 48, 1. 154, 4.

Not. T. 12. p. 273, 9. 13. Respondet huic graeca constructio, quam attractionem vocant. Cf. etiam §. 720.

716 Sed illud ante omnia tenendum est, arabicum hoc relativum ipsâ origine et compositione suâ gravissimam demonstrativi vim complecti. Hinc non nisi *definito* substantivo (§. 507) postponi potest; quae lex eo usque valet, ut post indefinitum relativum hoc prorsus omittatur. Vetus quidem hic est linguae semiticae mos, ut enunciatio relativa substantivo suo etiam sine particulâ relativâ nectatur, quippe quae per se tam laxè enunciationi praecedat, ut post substantivum sine sensus dispendio abesse possit. Ita enim relationis notio appositae enunciationis habitui et nexui, puto etiam tono, post substantivum relative explicandum suspensio, satis inest; neque ambiguitas sermonis metuenda. Sed hic usus in hebraismo liberior et poetas plerumque distinguens, in arabismo ad certas has restricta est leges, ut *الَّذِي* post substantivum definitum non possit non poni, quo dilucidior sit in relatione sermonis continua series, omittatur vero necessario post indefinitum. Pendet igitur lex summa prorsus ab adjectivorum appositorum ratione §. 662; nam ut dicitur *الْمَلِكُ الْعَادِلُ* *rex ille justus* et indefinite *مَلِكٌ عَادِلٌ* *rex quidam justus*, ita in relatione appositioni simillimâ *الْمَلِكُ* *الَّذِي* *بِعَدْلٍ* *rex qui justus est* et indefinite *مَلِكٌ* *بِعَدْلٍ* *rex qui justus est*. In singulis eadem hinc est enunciatorum ratio



رَأَيْتُ رَجُلًا لَهُ مَالٌ كَثِيرٌ *vidi virum, cui sunt multae opes.*

Sed hic notatu dignissimum est, post nomina *temporis* durationem notantia enunciationem relativam sine omni vel relativo vel suffixo et praepositione posse adjungi; scilicet ex antiquo more praepositio cumque eà suffixum deest, quia temporis duratio generaliter describitur, relativum الذي vero ex arabismi lege, quia definitione non opus est (cf. §.712),

ut أَقَامَ رَسُولُ اللَّهِ صَلَّى اللَّهُ عَلَيْهِ وَسَلَّمَ بِمَكَّةَ ثَلَاثَ عَشْرَ سَنَةً بِوَجْهِ الْبَيْتِ *substitit propheta dei b. Meccae 13 annos per quos oracula ei ob-*

*tingebant* Tab. p. 28, 7. 14. 30, 6. كَانَ بِأَيِّ الشَّهْرِ وَالشَّهْرَانِ لَا

وَوَقَدَ فِي بَيْتٍ مِنْ بَيْتِهِ نَارٌ *veniebat mensis unus vel alter per quos in nullá ejus domo ignis accendebatur* Elnaw. p. 70, ult.

Occurrunt quidem loca satis multa, ubi eadem haec relativi الذي suppressio post nomen articulo instructum vel per se definitum cernitur. Sed in iis laxior est junctura, aut quia articulus ad remotius quid respicit vel totum genus denotat eoque ipso demonstrativi vim remotiorem et minorem habet, ut praeter exemplum modo laudatum Eln. p. 70. <sup>1)</sup>

مَا يُنْبِئُنِي لِلرَّجُلِ مِثْلَكَ *quod decet virum tui similem, ubi*

etiam لِلرَّجُلِ بِشِبْهِكَ *virum qui tibi similis est per verbum*

دِي مِثْلَ الْحِمَارِ بِحَمَلِ أَصْفَارًا *ut exemplum asini,*

*qui libros portat* Sur. 62, 5. cf. Izzedd. av. p. 219, 14.; aut quia sequentia e sensu auctoris ut minus gravia adjecta sunt

1) Hic articuli mensem unum alterumve *illius aetatis*, seu aetatis prophetae totius, innuunt.

describendi magis quam definiendi gratià, ut سَأَلُوا مِنَ الْغَالِبِ describendi magis quam definiendi gratià, ut سَأَلُوا مِنَ الْغَالِبِ  
 interrogaverunt de praecipuo, quod ei in more  
 fuerit Taal. c. 67, هو جَمِيعُ أَحْوَالِهِ جَمْعُ أَرْبَعَةٍ مِنْ أَحْجَابِهِ is  
 (liber) est tota historia vitae ejus, quam collegerunt  
 quatuor e discipulis ejus Abulf. ann. ant. p. 144, 1. 160, 12.  
 Tab. p. 80, 17. 152, 6. Kos. chr. p. 116, 8; quo eodem per-  
 tinet imperfectum statum describens, ut Abulf. ann. ant. p.  
 20, 6. Aut denique poeta loquitur brevius, ut Ibn-Khacan  
 ed. Weyers p. 47, 14. saepiusque in Corano, ut Sur. 4, 161. 40,  
 41. 47, 7. 79, 27 sqq. Nota etiam نَعِمَ الرَّايِ رَأَيْتُ euge con-  
 silium i. e. quam bonum consilium cepisti! Tab. p. 102, 8.

Si الذي per se ab enunciationis fronte stat, proxima 717  
 haec msc. sg. forma non ad hominem tantum, sed ad rem  
 quoque traduci potest, ut هُوَ الَّذِي قُلْتُ id est quod dixi,  
 بِحَزْنِكَ الَّذِي يَقُولُونَ contristat te id quod dicunt Sur. 6,  
 32; in poetae verbis بِأَدْرَاكِ الَّذِي كُنْتُ طَالِبًا assequendo  
 id, quod quaerebam Ham. p. 31 الذي sine accusativo pro-  
 nominis ponitur; participium enim hic verbi vice est, etsi  
 cum suffixo طَالِبُهُ dici possit.

Notanda hic locutio, quà ex integrà locutione unum no-  
 men praemisso relativo prae ceteris omnibus maximà vi ita  
 insignitur, ut descriptioni ejus per relativam enunciationem  
 finitae nomen ipsum proxime succedat; quod quam varie  
 fieri possit, exemplis his a grammaticis probatur: اللَّذَانِ بَلَّغَا  
 رسالةَ الشَّاعِرَيْنِ ii (ambo) qui ad Veziros epistolam



الذين بلغهم الشعراء رسالة الوزراء; *miserunt, sunt poetae duo;*  
 ii ad quos poetae duo epistolam miserunt, sunt Veziri;  
 et التي بلغها الشعراء الوزراء رسالة; *id quod poetae duo ad*  
*Veziros miserunt, est epistola.* Omnes tres hae dictiones  
 unam variant sententiam simplicem hanc: بلغ الشعراء  
 رسالة الوزراء *miserunt poetae duo ad Veziros epistolam;*  
 sed in primâ emphaticâ illâ dictione poetae duo, in secundâ  
 Veziri, in tertiâ epistola prae ceteris omnibus insignitur.  
 Apparetque ex his, relativi praemissi genus numerumque sem-  
 per e substantivo quo se referat in fine posito duci, cum ad  
 hoc tota mens revocetur; nec nisi ubi femininum substantivi  
 personam non denotat, masculinam ut proximam relativi for-  
 mam praemittere licet. Si in enunciatione verbo carente  
 singulum nomen insignire placet, relativo pron. personale  
 nectendum esse e §. 714 per se apparet, ut الذي هو مريض  
 زيد *is qui aeger est, est Zaid,* ubi praedicatum non in-  
 signitur, sed subjectum, e simplice زيد مريض *Zaid est ae-*  
*ger derivatum.* Sin vero notio secundaria tempus vel ratio-  
 nem indicans eaque e §. 561 accusativo simpliciter expressa  
 insignianda videtur, in relativo vaga accusativi denotatio  
 minime sufficit, quia accusativus notione tali non valet nisi  
 insertus et subjectus enunciationi integrae. Jam vero cum  
 nomen ejus secernatur solitarie ponendum, exacta temporis  
 vel rationis per praepositionem aptam denotatio accedat ne-  
 cesse est, ut الذي صمت فيه يوم الجمعة *is quo jejunavi, dies*  
*est veneris,* الذي جئت له رغبة فيك *id ob quod veni, est*

*desiderium tui*, pro simplici dictione <sup>صوم</sup> <sup>يوم</sup> <sup>الجمعة</sup> *jeju-*  
*navi die veneris*, <sup>جئت</sup> <sup>رغبة</sup> <sup>فيك</sup> *veni ob desiderium tui.*

Ad relativum genus pertinet etiam enunciatio indefinita vocem *رب* vel *و*, *ف* cum genitivo (§. 521) sequens; nam voces hae cum genitivo proprie enunciationem perfectam constituunt, quae tamen e sensu semper relative describenda est. Ut <sup>د</sup> <sup>آ</sup> <sup>رب</sup> <sup>أخ</sup> <sup>لم</sup> <sup>تأدء</sup> <sup>أمك</sup> *multitudo est fratris quem non peperit* i. q. saepe fratrem non peperit *mater tua*, <sup>رب</sup> <sup>أراقء</sup> <sup>دم</sup> <sup>تمنع</sup> <sup>من</sup> <sup>أراقء</sup> <sup>دماء</sup> *saepe sanguinis unius hominis profusio arcet profusionem multi sanguinis.* Poeta tantum objecti suffixum in enunciatione relativâ omittere potest, ut Ham. p. 101 v. 2. — Ceterum cum voces *رب*, *و*, *ف* nil nisi notionem secundariam inferant, structura generis semper e substantivo subjuncto procedit, ut similiter §. 687.

2. Articulus *الذي* cum notione et origine ab hoc <sup>718</sup> eo tantum differat, quod levior est vox, quae per se stare nequeat, ubi verborum nexus facile eum fert, relativo quoque sensu adhiberi potest. Difficilius enim nec nisi e poetarum. licentiâ hoc fit, si verbum finitum sequitur vel alia vox, quâcum articulus bene coire nequit (v. tamen exemplum hujus generis §. 458); sed si verbum finitum in participium e nexu verborum facile abit, articuli usus brevior non licitus tantum, sed et gratus est ac frequentissime usitatus. Summae orationis relativae leges hic eadem redeunt; junctura pro vocis *الذي* usu variat. Potest enim participium cum articulo aut substantivo adjungi ab eoque pendere, aut per se poni, ut <sup>سوان</sup> <sup>سوان</sup> <sup>سوان</sup> <sup>منهم</sup> <sup>للمؤمنون</sup> *ex iis sunt profecto qui credunt* Sur. 3, 110, <sup>الواقي</sup> <sup>البطل</sup>, <sup>الذين</sup> <sup>بؤمنون</sup> *brevius dictum est pro* <sup>المؤمنون</sup> *ubi*

اللَّهِ <sup>و</sup> *qui fortem tuetur, deus est*; verbumque aut ad eandem personam vel rem pertinet, quam vox relativa insignit, ut المومنون <sup>و</sup> *reges qui credunt*; aut ad aliud subjectum enunciationem relativam regens, ut وبل للقسية قلوبهم <sup>و</sup> *vaeh iis, quorum corda dura sunt*. Videndum jam est de ultimâ hac ratione paulum difficiliori.

Verbum enim, etsi ad subjectum diversum pertinens, articulo accedente in participium et casum abire cogitur, ut tamen articulus relativi instar ad totam enunciationem pertineat et post participium pronomine personali e §. 712 sqq. complendus sit; apparetque facile, participii casum e nexu enunciationis universo, genus vero numerumque e sequenti subjecto pendere; v. c. عسقلان المتقدم ذكرها <sup>و</sup> *Askalon* (urbs), *cujus mentio praecessit*, breviter pro his: التي <sup>و</sup> *reges quorum mentio praecessit*, pro الذين تقدم <sup>و</sup> *et sic porro*. Quodsi relativum de msc. sg. agit, ut subjecto suffixum proximum & subjiciendum sit, omisso hoc facilius articulus subjecto accedit; est enim articulo, qui subjectum comitari amat, per se vis definiendi insita, v. c. المتقدم الذكر <sup>و</sup> *i. q. is cujus mentio praecessit*. Praeter proximum autem hoc genus proximumque numerum idem, ne ambigui quid oriatur, haud aequè frequenter occurrit. — Emphasis §. 717 hîc eodem modo exprimi potest. Licetque adeo subjectum praeponere, ut e verbo finito in enunciatione زيد ضرب جاريتها <sup>و</sup> *Zaidus verberavit ancillam suam* emphatica fiat dictio زيد الضاريتها <sup>و</sup> *Zaid quam verberavit, ancilla ejus est*, et similia.



719 Ut autem الذي post nomen indefinitum supprimi §. 715 vidimus, ita articulus hic eâdem ratione omittitur, sive praecedat nomen indefinitum, sive, quod jam novum accedit, participium sensu indefiniti substantivi per se ponatur; participium enim ut nomen substantivi jure per se stare potest.

Ita: كنيسة محجوج إليها ecclesia quaedam, ad quam concurritur, مولود له homo quis, cui genitum est i. e. pater factus <sup>1)</sup>.

720 Cum jam الذي substantivo praecedenti intime per appositionem jungi §. 715 notatum sit, multo magis eadem appositio in participio expectatur. Igitur participium simplex

semper eundem casum continuat, ut من القرية الظالم أهلها

ex urbe, cujus populus injustus est Sur. 4, 73, بالموضع

كان مسجداً محجوجاً in loco, unde exitur,

كان مسجداً محجوجاً في البيت في الجاهلية erat id templum aliquod, ad quod concurrebatur tempore paganismi. Si relativa enunciatio sub-

jecto novo constat, id quidem nominativo suo utitur ex §. 667 praedicato postponendum, sed participium praemissum cum ob relativi juncturam arctius jungendum sit, vel sic casum prioris substantivi continuat (cf. simile quid §. 560), ut

قلت لامرأة مقتول أبوها dixi feminae, cujus pater interfectus erat.

Ultima haec structurae lex non de participio tantum valet, sed de quovis adjectivo in enunciatione relativâ,

1) pro مولود لها i. e. mater e novâ formatione contractius dicitur in rhythmo finali مولودة Izzedd. av. p. 102, 6, quasi مولود per se jam patrem notare possit.

quae peculiari subjecto nititur, ut *صَدَفَ كِتَابًا سَاطِعًا*,  
*صَدَفَ* *كِتَابًا* *سَاطِعًا* *composuit librum, cujus sensus est*  
*lucidus, demonstratio acris*, *لِزَيْدٍ الْحَسَنِ وَجْهَهُ* *Zaido, cu-*  
*jus facies pulcra est*, *لِسَائِلَةٍ عَنَّا خَفِيَ سَوَالِهَا* *feminae in-*  
*terroganti de nobis, cujus interrogatio obscura est* Ham.  
 p. 80. *أَمِيلُ بِكُمْ إِلَيَّ حَيْثُ مِنَ الْعَرَبِ كَثِيرٌ عَدَدُهُمْ شَدِيدَةٌ شَوْكَتُهُمْ*  
*conducam vos ad tribum quandam Arabum, cujus nume-*  
*rus magnus, robor insigne* Tab. p. 102, 6. Nec minus  
 apparet, praedicatum ex §. 681 in msc. sg. diverso numero  
 generique praecedere posse, quod tamen, nisi msc. sg. prae-  
 cedat, vix tolerari potest, ut *شَرَابٌ مُخْتَلَفٌ الْوَانِدُ* *potus, cu-*  
*jus colores diversi sunt* Sur. 16, 69.

Sed in junctura praedicati et subjecti relativâ haud una 721  
 est dicendi ratio. Nam primum suffixi loco subjectum arti-  
 culo insigniri potest, qui vim definitionis non minorem sug-  
 gerit (cf. §. 504. 718): nulloque sensus discrimine dicitur *الرَّجُلُ*  
*الرَّجُلُ حَسَنُ الْوَجْهِ* et *حَسَنُ الْوَجْهِ* *الرَّجُلُ حَسَنُ*, cum nomine definito *الرَّجُلُ*  
*vir cujus facies pulcra*. Cumque articulus poetis  
 paulo rarior sit, poetice adeo subjectum in hisce locutioni-  
 bus sine articulo effari licet, etsi id ut innovatum rarius sit,  
 r. c. *الرَّجُلُ حَسَنٌ وَجْهَهُ*; sed post de-  
 finitivum nomen adjectivum ex §. 662 ut ubique, ita et hîc  
 articulo carere nequit, ut dicendum sit *الرَّجُلُ الْحَسَنُ وَجْهَهُ*.  
 Deinde vero missâ relativæ enunciationis per se stantis formâ  
 substantivum posterius adjectivo subjungi potest, aut arctius  
 status constructi ope ex §. 525, aut laxiori accusativi nexu

ex §. 545. Genitivi junctura inter has propior est et frequentior, praesertim si substantivum postremum articulo praeditum est, ut <sup>و حسن و حسن</sup> رجل حسن الوجه *vir pulcher faciei*, quan-

quam ad notionem indefiniti acuendam bene etiam et ex arabismi indole aptissime sine articulo <sup>و حسن و حسن</sup> رجل حسن وجه *dicatur*;

at cum nomine definito necessario iterum dicendum est <sup>و حسن و حسن</sup> الرجل الحسن الوجه, ut articulus ne in postremo quidem substantivo omitti possit. Accusativi subjunctio facillima est, si

substantivum postremum sine articulo ponitur, ut <sup>و حسن و حسن</sup> رجل حسن, nec minus in definitâ oratione <sup>و حسن و حسن</sup> الرجل الحسن وجه; potest quidem et articulus accusativo addi, sed vix id toleratur, si de nomine indefinito agitur, bene contra, si de definito. Articuli vice accusativo et suffixum subiici potest, idque facilius fertur, si de definito nomine agitur, ut <sup>و حسن و حسن</sup> الرجل الحسن وجه *vir pulcher faciem suam* Tab. p. 44, 13; minus bene

haud facile accedit, cum genitivi junctura arctissima sit eoque suffixo hoc melius careat; vix dicitur unquam <sup>و حسن و حسن</sup> رجل حسن, cum definito nomine prorsus dici nequit. — Ceterum

participium quoque ita struere licet, ut v. c. pro <sup>و حسن و حسن</sup> رجل مقتول *vir cujus pater interfectus est* dicatur <sup>و حسن و حسن</sup> رجل مقتول أباه, vel <sup>و حسن و حسن</sup> رجل مقتول أبه. Omniaque haec facile patet redire, si subjectum enunciationis relativae, quod cogitare ita licet, pluribus substantivis constat statu constructo junctis.

Denique ut relativum in appositione *descriptoria* omitti posse §. 716 dictum est, ita articulus post definitum nomen

هو الذي اذشا... الزرع : Sur. 6, 141 hac lege abesse potest, ut  
 is est qui <sup>اختلغا الكله والزيتون والرمان</sup> <sup>ومتشابهها</sup> <sup>ومتشابه</sup> <sup>وغر</sup> <sup>پر</sup> <sup>ومتشابه</sup>  
*produxit — segetem varii coloris, oleam malaque pu-  
 nica similia et dissimilia* <sup>1)</sup>).

Cum vero participium ita vi saltem suà relativi notionem <sup>722</sup>  
 complectatur, alia enunciatio ei ita annecti potest, ut ante  
 verbum finitum, in quam ut proximam verbī formam oratio

jam relabitur, relativum non repetatur, ut <sup>مرتد او كاد ان يرتد</sup>  
*deficiens* i. q. qui defecit *vel in eo erat ut deficeret* Tab.

ان المتصدقين والمتصدقات واقترضوا الله <sup>7. 220, 9 sq. 14, p.</sup>

<sup>لارجيتي</sup> <sup>قرضا حسنا</sup> *largiti* (i. q. qui largiti sunt) *viri feminaeque et*  
 (qui) *deo pulcrum fenus crediderunt* Sur. 57, 17. cf. 6, 97  
 ex var. lect. 67, 19. 77, 47 sq. 100, 3-5 et post adjectivum  
 similiter 77, 31. 90, 13-17. (sed وهو 77, 31 ex §. 730 ex-  
 plicandum est). Maxime autem pronum hoc est negatione  
 ولا intercedente, cum و nisi verbo finito jungi nequeat, ut

<sup>الاستحقوه ولا بطرحوه</sup> *qui merentur id* (beneficium) *neque abji-  
 ciunt* Lokm. f. 18. — Infinitivus similiter in verbum finitum  
 abire potest; sed id in hebraismo <sup>2)</sup> frequentius, in arabismo

satis rarum est, ut <sup>بعد ايمانهم وشهدوا</sup> *postquam crediderunt*  
*et testati sunt* Sur. 3, 85; infinitivus enim ex solà praeposi-  
 tione pendet ut etiam dici potuerit <sup>بعد ان امنوا</sup>. Ibn-Khac.  
 p. 39, 5. Contra etiam infinitivus e nexu universo idoneus  
 post verbum finitum ob causam quandam introductum redire

1) In Korano mira nonnunquam est fluctuatio inter enunciationem re-  
 lativam et accusativum *descriptorium* (§. 557), ut Sur. 5, 54.

2) v. id expositum in gr. hebr. §. ult. De constructione mutatà loqui  
 nefas est.



potest, ut: *jussit vos deus* <sup>شَيْبَا</sup> <sup>تَشْرِكُوا بِهِ</sup> <sup>أَلَا</sup> *ne quid ei*  
*associetis* (ubi negatio verbum finitum postulat) <sup>وَالِدَيْهِ</sup> <sup>وَالِدَيْهِ</sup>  
*et parentibus benefacere*, tum sequitur <sup>وَلَا</sup> <sup>تَقْتُلُوا</sup>  
*neve interficite*, dum oratio indirecta in directam abit, et  
denique imperativus negatione absente Sur. 6, 151 sq.

723<sup>a</sup> In descriptione rei longiore facile accidit, ut post pau-  
sam quandam oratio denuo recenti vi assurgat novoque im-  
petu pergat; unde fit, ut, licet casus obliquus praecedat, in  
eâdem re describendâ jam nominativus sequi possit. Conti-  
nuatur quidem descriptio, sed ita ut quae sequatur nova et  
longa descriptio, potius per se stare nitatur. Saepe id in  
poetis et Korano accidit a novi versus initio, ut: <sup>فَادْعُوا</sup>  
<sup>رَفِيعَ الدَّرَجَاتِ</sup> — <sup>اللَّهِ</sup> *invocate igitur deum ... altus gra-*  
*duum* i. q. qui est altus Sur. 40, 16. 44, 7 (ubi variant  
lectiones). 73, 8; post <sup>لِيَوْمٍ</sup> *diei* similiter sequitur accusativus  
temporis <sup>يَوْمٍ</sup>, qui illum diem laxius describat Sur. 83, 5 sq.  
Nonnulli grammatici multo etiam majore licentiâ appositionem  
nominis definiti cujusvis secerni posse putant, v. Sac. anth.  
not. p. 53 sq. Exempla hujus appositionis laxioris invenias  
(si lectio, de quo non dubitandum videtur, vera est) Abulf.  
ann. ant. p. 160, 9. 11: <sup>هُوَ مِنْ أَنْبِيَاءِ بَنِي إِسْرَائِيلَ الْمُتَعَبِّدِينَ</sup>  
*est is ex prophetis Israelitarum qui religiose colunt* etc.

723<sup>b</sup> 3. <sup>مَنْ</sup> *quis* et <sup>مَا</sup> *quid* relative dicta semper per se ab  
enunciationis relativæ initio substantivorum loco sunt nec  
unum certum ponunt, sed sensu magis vago dicuntur, scilicet

ut loquens singulum, de quo loquatur, quisnam vel quidnam sit, se nescire vel non curare fateatur. Tam autem perspicua et singularis est notionis relativae ratio, ut voces hae relativo sensu dictae cum interrogativis §. 705 confundi nequeant; nam tono semper, plerumque etiam structurâ relativum satis differt <sup>1)</sup>. Raro ماذا sicut in interrogatione manet Sur. 10, 100.

أي ex §. 707 indefiniti notionem vel majorem tenet quam من et ما, ut per se jam latino *quicumque* respondeat. Hinc et componitur أي quicumque, أي quidcumque; posterius hoc haud raro sejungitur, ut tenue ما per se ponatur, ut أي ما تدعوا فله الاسماء الحسنی *quocumque nomine eum vocatis, ejus (dei) sunt nomina pulcerrima*, substantivo vero accedente necessario sejungitur, ut في أي صورة ما شاء ركبك *in quacumque formâ voluit deus, te formavit* Sur. 82, 8. Diversum autem est, si ما cum أي ut praedicato compositum rationis notionem adjungit, ut الرجل أي الرجل *vir, quacumque vir est* Ham. Tebr. p. 336. أي أيما حال *qualiscumque est conditio* Sac. anth. not. p. 202 vers. ult.

Quatenus أي relativi vice est, eandem quam omnes voces relativae structuram subit: sequitur igitur e legitus supra descriptis pronomèn personale, ut أي هو أفضل *quicumque est praestantior*, أي دعاني إليه *ad quemcumque me in-*

ضربت ضربت فبين رغبت 1) *verberavi eum quem desiderasti pro*

dictum ut singulare quid profert Kamus p. 1932, 1.

Est enim ex interrogativâ potius ratione dictum.

*vitavit.* Sed cum flexio in eo ubique perfectissima exprimi queat, nominativus et accusativus ex eo saepius sine illo ponuntur, praesertim si **اي** non nude ponitur, sed cum genitivo quodam, ut **افضل** <sup>عندون</sup> **ابهم** *quicumque eorum praestantior est.*

Quodsi enunciatio relativa e verbo vel nomine et praepositione praevia (cf. §. 717) pendet, casus obliquus in hoc **اي** bene exprimi potest, quod in reliquis relativis vocibus haud ita licet: sed simul vox, etsi in casu obliquo pronunciata, consuetà relativi ratione cum sequentibus cohaeret, ut et nominativi loco e sensu esse possit. Idemque prorsus obtinet,

si **اي** interrogativo sensu dicitur. V. c. **اعرفني بـاي هو افضل** — *certiorem me fac de eo, qui est praestantior, vel بـاي* —

*de omnibus qui dixerunt etc.* Si tamen **اي** nomini in statu constructo junctum enunciationem simplicis subjecti loco orditur, firmiter per se ita stat, ut enunciationis relativae

nexus cum priori e solo sensu dilucidus sit, ut **اختلفوا** —

**سليم علي** *disceptant de eo, uter primus fuerit, في ابهما اسبغت —*

**افضل** *saluta omnem quicumque praestantior est, ubi*

etiam **علي ابهم هو** dici potuit. Interim in his quoque nominativus non ubique apparet, velut Sur. 68, 7, cf. sententias varias grammaticorum arabum in Sac. anth. not. p. 210.

**ابها**, fem. **ابنها** vocativum introducere, v. §. 349. Breviter

nunc adde, poetas etiam interdum **ذا** inserere, ut **ابها ذا** —

**الذابح** *o qui hinc latras* Ham. p. 291.

De alio ejus usu adverbiali v. §. 664.

## II. Conjunctio relativa, quâ integra enunciatio alio refe-

ratur, est <sup>ان</sup> §. 484 et nonnunquam ما §. 485 <sup>1)</sup>. Hic non nisi hoc docendum, quam variâ ratione conjunctio haec theses jungat. Jungit autem eas \*

1) ita, ut ab integrâ enunciatione pendeat vel eam compleat, ubi raro praecedit relativa dictio, ut <sup>ان</sup> تفعل هذا خير لك <sup>ان</sup> ut facias hoc, conducit tibi, saepius sequitur ex cogitationum serie justâ, quae est ratio arabismi indoli omnino aptior. Notio autem conjunctionis, quae e nexu pendeat, varia est. Potest enim <sup>ان</sup> vinculo quam maxime laxo inseri, ut sermonem, quem e prioribus exspectes, suavi facilique transitu introducat; quâ ratione prorsus per se ponitur et vel imperativo praeponi potest, ut <sup>ان</sup> من مبلغ مني حبيبي رسالة <sup>ان</sup>

quis a me ad amicos nuncium perferet: surgite etc. Ham. p. 186, cf. §. 484. Si contra <sup>ان</sup> arctius cum enunciatione suâ cohaeret, aut simpliciter enunciationem ut relativam jungit, ut verbum, si quod sequitur, in indicativo

ponatur, ut <sup>ان</sup> ما أشهد باننا مسلمون <sup>ان</sup> testare, nos esse Pios, ما

<sup>ان</sup> عدوت ان فعلت هذا non moratus sum ut facerem i. e. sine morâ feci hoc, <sup>ان</sup> لم يتمالك ان فحك <sup>ان</sup> haud se continuit quin

rideret, <sup>ان</sup> خرج الزمه ان خرج <sup>ان</sup> coegit eum ut exiret, ubi secus ac Latini dicunt, <sup>ان</sup> simplicissimum est orationis vinculum; aut

1) In formulâ juramenti <sup>ان</sup> بيدي تسلم proprie: per quod salvus eris

i. q. per salutem tuam, <sup>ذو</sup> gen. ذي, quod proprie demonstrativum est, relativo sensu dicitur, ita tamen ut ذي non simplex sit

particula <sup>ان</sup>, sed neutro ما similis, id inducens, quo quis se salvum fieri posse putat.

consilii simul vel sensus subjectivi notionem includit, ut modus naçbatus ex §. 624 sq. sequatur. Verba timendi, cum suspicionem metui junctam exprimant, verborum putandi similia ut Germanis junguntur,\* v. c. <sup>قَد خِفْتُ أَنْ لَا يَنْزِلَ الْمَطْرُ</sup>

ubi Latini ex alio sensu sine negatione dicunt: *timeo, ut descendat pluvia*, et contrarium <sup>أَنْ خَافَ أَنْ</sup> *timuit ne* — Sur. 5, 117;

similiter <sup>لَا يُؤْمِنُ أَنْ يَفْعَلَ</sup> *non fides ei habetur* i. e.

ab eo timeri potest *ne faciat* Sac. anth. p. 129, 4. <sup>أَمْ يَتَمَنَّاهُ</sup>

<sup>أَنْ يَرْسُلَ</sup> *securine estis ne mittat* Sur. 67, 17. 18. Impediendi contra et cavendi verba consentaneum est simplici <sup>أَنْ</sup>

exponi, ut infinitivo in germanicis linguis, v. c. <sup>أَنْ مَنَعَهُمْ</sup>

<sup>يَقُولُوا</sup> ubi Latini rursus ex alio sensu dicunt *impeditit eos ne dicerent*, <sup>أَنْ حَذِرَ أَنْ</sup> *cavere ne* Sur. 5, 57. Similiter vero

dicitur <sup>أَنْ تَغْفَهُوهُ</sup> *imposuimus animis vestrum vela* i. e. impedimenta, *ne intelligatis id* Sur. 6, 24. 18, 58. Unde fit, ut, cum *cavendi et impediendi*

notio ex sermonis nexu dilucida non ubique diserte memoretur, <sup>أَنْ</sup> haud raro per se idem sit quod latinum *ne*; poterisque locos hos omnes eo satis facile dignoscere, quod <sup>أَنْ</sup>

ex verbo quodam omisso *cogitandi* ideoque etiam, ut e nexu patet, *cavendi et impediendi* pendere intelligis. Saepe id a verbo quodam amovendi, abscondendi, obliviscendi, fugiendi etc. praecedente per se sequitur, ut <sup>أَنْ</sup> <sup>أَجْنِبْنِي وَبَنِي أَنْ</sup>

<sup>أَنْ</sup> <sup>أَجْنِبْنِي وَبَنِي أَنْ</sup> *amove me et filios meos* (impediens ita) *ne colam idola* Sur. 14, 34. cl. 18, 65. 41, 22. 44, 20. Ham. p. 48., vel ubi aliâ ratione notio illa facile nexui inest, ut

تترك الله ان تترك *deum deum!* i. e. *cave* tibi a deo (cf. §.

708) *ne relinuas* <sup>1)</sup> Henz. fr. p. 30, 1, sequente *بل* *sed*

cum imperativo; nec tamen id necessarium, ut *ان جاءكم*

فاسف بنبا فتبينوا ان تصيبوا قوما بجهالة فتصبحوا علي ما

فعلتم *si vobis fraudulentus prophetiam attulerit,*

*bene distinguite, (caventes) ne populo ignorantia noceatis ipsosque vos factorum poeniteat* Sur. 49, 2. 6. 4, 175.

5, 22. 6, 156. 7, 173. 9, 46 etc. *لا تتبعوا الهوي ان تعدلوا*

*ne sequamini libidinem, caventes ne exorbitetis* Sur. 4, 134.

Sed si enunciatio, in qua *ان* ulla ratione ita ponitur, ut ne-

gationem saltem e loquentis *sensu* inferat, paulo laxius porro per copulam continuatur, semper *و*, *neque* deinceps substi-

tuitur, jam enim vis illa magis cessat et negatio, quae sensui inest, voce etiam exprimenda est, ut Sur. 41, 22. —

Similia sermonis continuandi sustentacula alias quoque repe-

riuntur. Nec tantum *ان منع* *impedivit ne* dicitur, sed licet

etiam negationem iterum urgendo *ان لا منع* vel *ان لا* — dicere,

quod magis laxius quam fortius sonat; cf. Sur. 7, 11. Simi-

liter laxius *ان لا خاف* *timuit ne*, ubi negatio plerumque

deest.

2) Alterum est, ut *ان* enunciationem integram ad unam singulam vocem referat, quae cum per se enunciationi inte-

1) Pro *ان* sequitur *من* cum infinitivo, quod post notionem *cavendi* bene fertur, Arabs. Fâk. p. 42, 21.

grae jungi nequeat, voce illà relativà ut vinculo utitur. Est autem vox ejusmodi singula plerumque praepositio, ut بَيْنَ أَنْ <sup>بَيْنَ</sup> <sup>أَنْ</sup> *interea quod i. q. dum*; مِنْ أَنْ <sup>مِنْ</sup> <sup>أَنْ</sup> *quod rarius componitur, Tab. p. 150, 9. 228, 5; مِنْ بَعْدَ مَا <sup>مِنْ</sup> <sup>بَعْدَ</sup> <sup>مَا</sup> postquam Sur. 3, 19. 105, ubi مَا in Korano vides pro أَنْ, et alia plurima §. 484.<sup>1)</sup>. A nomine raro أَنْ pendere potest, uti fit in hocce infinitivi exemplo: أَرَادَ أَظْهَارَ أَنَّهُمْ مَاتُوا <sup>أَرَادَ</sup> <sup>أَظْهَارَ</sup> <sup>أَنَّهُمْ</sup> <sup>مَاتُوا</sup> *voluit manifestare, eos mortuos esse, et: أَسْتَتَرَ أَنْ <sup>أَسْتَتَرَ</sup> <sup>أَنْ</sup> وقت <sup>وقت</sup> <sup>أَنْ</sup> أستتر <sup>أستتر</sup> tempore quo sese abscondidit, de quo v. praeterea §. 522. Frequenter vero post adverbia quaedam أَنْ ponendum, ut <sup>أَلَا</sup> <sup>أَنْ</sup> nisi ut §. 737, <sup>لِمَا</sup> <sup>أَنْ</sup> ut ne §. 626, <sup>أَمَّا</sup> <sup>أَنْ</sup> sive ut §. 775; <sup>كَمَا</sup> <sup>أَنْ</sup> ante nomina pro <sup>كَمَا</sup> quemadmodum, quod ante verba ponitur (cf. Tebr. Ham. p. 550, 5 a f. schol. ad Taraf. v. 71); nonnunquam ita, ut diductior dicendi ratio rarius obvia sit, ut <sup>لِمَا</sup> <sup>أَنْ</sup> *quum* Ham. p. 146. Izzedd. av. p. 111, 12. Tab. p. 34, 15. 104, 11. Denique أَنْ semper inseritur ante interrogationem ab enunciatione priori pendentem, si ea a voce flexionis experte orditur, ut a <sup>هَلْ</sup> <sup>أَنْ</sup> Elnav. p. 92, 1. Not. T. 12. p. 394, 4.**

1) Interim pro <sup>كَانَ</sup> <sup>لَانَّهُ</sup> <sup>كَانَ</sup> *quia erat* seriores saepissime brevius dicunt

<sup>لَكَوْنَهُ</sup> <sup>لَكَوْنَهُ</sup> <sup>بِقَوْلِ</sup> *quia dicebat* Abulf. ann. ant. p. 68, 17. 98, 16. 110, 20. 130, 4 sq. Alia ex usu antiquiore pendent, ut <sup>مِنْ</sup> <sup>مِنْ</sup> *causam* notans nunquam cum <sup>أَنْ</sup> et verbo finito, sed semper cum infinitivo brevius ponitur.

متي *quando* p. 402, 1. <sup>هـ</sup> *hā* praepositione introductam Elnav. p. 24, 2. 3: fitque id, quo facilius sit ad interrogationem subjunctam et aliunde pendentem transitus orationisque universae nexus; potestque etiam dici: <sup>لَم</sup> <sup>يَتَّبِعِينَ</sup> <sup>كَلِمَ</sup> <sup>أَنْدَ</sup> <sup>صَدَقَ</sup> *non apparuit vobis, verumne dixerit an mentitus sit*, ubi interrogatio prior prorsus deest, cum de altera non statim cogitaret loquens; potest enim sine interrogatione dici <sup>لَم</sup> <sup>يَتَّبِعِينَ</sup> <sup>أَنْدَ</sup> <sup>صَدَقَ</sup> *non apparuit eum verum dixisse*. Nec necesse est, ut certum quid praecedat, quod conjunctione <sup>أَنْ</sup> compleatur: potest enim id enunciationum duarum nexui inesse, ut — <sup>أَنْ</sup> <sup>صَبَّحَ</sup> <sup>أَخْرَجَ</sup> <sup>الْحَالِ</sup> <sup>أَنْ</sup> *et postremo (accidit) ut* — Abulf. ann. ant. p. 40, 17.

Cum <sup>أَنْ</sup> orationi introducendae inseruiat, breviter hic 725 monendum est, id rectae orationi praeponi; neque enim *obliquae* orationis genus linguis semiticis patet. Scilicet cum genus hoc dicendi ex veteris linguae simplicitate prorsus desit, neque arabismus id serius innovare potuit. Interim quamquam cum modo verbi idoneo simul totus *obliquae* orationis nervus desit, initia tamen quaedam ejus emicant. Primum enim post omnia dicendi verba maxime varia actio quam quis se ipsum facturum pollicetur subjecto haud mutato proxime subjungi potest, illo <sup>أَنْ</sup> haud inserto neque adeo oratione conversâ, ut <sup>لَا</sup> <sup>تُخَوِّنِي</sup> <sup>عَاهِدْتَنِي</sup> *promisisti mihi te me non decepturum esse*, <sup>وَصَدَّقْتُ</sup> <sup>أَعُوذَ</sup> <sup>أَحْرَقَ</sup> <sup>رُوحِي</sup> *vovi me rursus animam meam combusturum esse*, et affirmativo <sup>حَلَفَ</sup> <sup>لِبُضْرِبَتِهَا</sup> <sup>مِائَةً</sup> *ante modum emphaticum accedente: juravit se eam centenis percussurum esse* Sur. 68, 18.



Ham. p. 98, 27 sq. Sac. anth. not. p. 193. Izzedd. av. p. 81. ult. Abulf. ann. ant. p. 28, 1. Notabilis haec est suo in genere arabismi volubilitas <sup>1)</sup>. Deinde ubi post verba dicendi persona subjecti in oratione directâ mutanda esset, eadem servari potest, quo arctior sit sermonis nexus, quanquam signum orationis obliquae praeterea nullum adest, ut <sup>قَالَ اِنَّكَ</sup>

<sup>قَالَ اِنَّكَ</sup> *dic te esse amicum meum*, <sup>نَرَاكَ اِنَّكَ سَمِعَ</sup> *narravit*

*mihî se audissee etc.*, et sine <sup>اِنَّ</sup> relativo <sup>مِنْ اِنَّهٗ</sup> *نادي ... منى انا*

— <sup>اَنْزَلَ بِرَأْسِ اَخِيهِ قَلْبًا</sup> *edixit ... qui ipsi fratris sui caput*

*attulerit, ei fore praemium etc.* Abulf. ann. ant. p. 144, 15.

Quanquam in longiore expositione facile et nonnunquam ob

sensum perspicuum necessario oratio directa redit, ut Wa-

kidi Mesop. p. 5, 16. Aeg. p. 113, 4. 5. 116, 17 sq. Arabs.

Fâk. p. 27, 7-9. Elnav. p. 76 sq. In mandati vero dati de-

scriptione uberiore, quaecunque agenda sint, futuro tempore

modisque verbi huic idoneis simpliciter *describi* possunt;

verbum primo loco positum, si statim post <sup>اَمْرًا</sup> *jussit eum*

sequitur, per <sup>اِنَّ</sup> *ut* jungendum est; sed si quid praeterea

intercedit jussum exponens, verbum deinde vel sine <sup>اِنَّ</sup> suc-

cedit, ut <sup>اَمْرًا بِجَنُودِهِمْ ... بِجَلْبِهِمْ ثُمَّ بِمَضِي ... فَاِذَا قَرَعَ</sup>

*... eos captivos*

*ducere, deinde pergere ... et cum rem confecisset, pro-*

*ficisci ad alios etc.* Tab. p. 90, 12 sqq. 94, 10-95, 1 sqq.

Notanda haec longa mandati descriptio ita adornata, ut ad

1) Differt ab hóc, si quando post verbum dicendi oratio statim recta

inducitur, omisso <sup>اِنَّ</sup> *ان*. Ubi nota, orationem ab <sup>اِنَّ</sup> *en* exordien-

tem semper directe proferendam esse haud praeposito <sup>اِنَّ</sup> *ان*, ut Sur. 63, 1. 6, 32. 10, 29.

graecam orationem obliquam proxime accedat; nihil enim ad hanc nisi modus verbi singularis seu optativus deest.

2. De enunciationibus copulativis.

Copulas linguae esse duas constat (§. 478), uno ex fonte 726 ortas, sed discrimine satis magno diremtas, و et ف; possuntque iis et singulae voces et sententiae universae copulari. Est enim et hoc e simplicitate linguae hujus, ut quaecunque liceat, simplici copulâ nectantur; quam simplicitatem arabisimus ornavit, non sustulit. نى e notione suâ sententias multo saepius nectit quam nomina singula: et si quando singula connectit nomina, semper e notione suâ consequentiam simul temporis seu plures res certo ordine vel tempore sese excipientes notat, ut

الاقرب فالاقرب <sup>صواعق و صواعق و</sup> proximus et deinceps proximus

et sic porro, الاول فالاول <sup>صواعق و صواعق و</sup> primus et qui deinceps primus

etc., <sup>ساعة فساعة</sup> horis continuis, <sup>يوماً فبوماً</sup> quotidie Arabs.

Fâk. p. 34, 1, <sup>شياً فشياً</sup> adverbii instar rem (aliquid) et rem i. e. paulatim Sac. anth. 125, 1. not. p. 447, 12, inque

similibus locutionibus, ut ضرب سوطاً قاً دونها <sup>سوطاً قاً</sup> ictu flagelli et

deinde quod minus etiam eo Tab. p. 42, 19. 142, 18. <sup>بعوضاً</sup>

مuscam et deinceps quod eâ nobilius Sur. 2, 26.;

ante nomina locorum نى exprimit loca deinceps serie continuâ sita vel peragrata, ut Ham. p. 79, v. 2. Umrulkeisi M. v.

1. Lebid. v. 1.; nec desunt alia exempla, poetica praesertim, ut Ibn-Khac. p. 22, 6. 12.

Cum simplex per copulam nexus regnet, ea quoque, 727 quae ut minus gravia latine saepe praepositione cum subjunguntur, per و connectuntur, ut

جاء الملك وعبادة <sup>صواعق و</sup> venit rex



tionis initio praepositio haud repetitur, si nomen similiter collocatum praecessit Sur. 4, 159-60. Baidhavi in Henz. fr. p. 140, 1. Si tamen ab initio praepositio suffixo tantum debili juncta erat, eam repetere praestat, quo firmior sit nexus, ut <sup>٤</sup>لِي وَلَاخَبْرِهِ <sup>٤</sup>لِي *mihī fratirique ejus*, <sup>٥</sup>مِنْهُمْ <sup>٥</sup>وَمِنْ كَلِمَاتِهِ <sup>٥</sup>مِنْهُمْ *ex eo omnibusque iis*; nec nisi rarissime in prosā oratione praepositio haud redit, in poeticā paulo frequentius, ut <sup>٥</sup>فَقَدْ خَابَ <sup>٥</sup>مَنْ بَصَلْتِي بِهَا وَسَعِيرَهَا *jam periit qui torretur in eo* (sc. bello) *flammāque ejus*. Ante novum vero suffixum praepositio ubivis repetenda est, ut <sup>٥</sup>وَبَيْنَهُمْ <sup>٥</sup>وَبَيْنَهُمْ *eum inter et illos*.

Si contra idem genitivus ad plura nomina copulā nexa pertinet, cum nomen in statu constr. per se poni nequeat, priori statim genitivus addendus est, isque in posteriori repetendus vel suffixo suo resumendus, ut <sup>٥</sup>بَنُو الْمَلِكِ وَبَنَاتُهُ *filiū filiaeque regis*. Interim saepe jam brevior pro eā invaluit dicendi ratio, ut v. c. dicatur: <sup>٥</sup>أَهْلِكَ لَهُمُ الْخَوَاصُّ وَالْعَامُّ *perdidit et principes et plebem eorum* (v. de ل §. 598 sqq.) pro <sup>٥</sup>خَوَاصُّهُمْ وَعَامُّهُمْ.

In negativā enunciatione pro <sup>٥</sup>وَلَا semper <sup>٥</sup>لَمْ distinctius repetitur, ut <sup>٥</sup>لَمْ يَبْقِ لِي أَبِي وَلَا أُمِّي *non superstes est pater matris meae*; potestque negativi vis vel urgeri ita, ut in priori jam negatio repetatur, velut <sup>٥</sup>لَمْ يَبْقِ لِي لَا أَبِي وَلَا أُمِّي, et <sup>٥</sup>مَا خَلَقَ اللَّهُ مِنْ خَلْقِهِ لَا أَعْظَمَ وَلَا أَكْرَمَ — <sup>٥</sup>مِنْ مُحَمَّدٍ *non creavit deus e creaturis suis nec majorem nec nobiliorē* — Muhammede Wakidi Mesopot. p. 6, 18.

728 Praedicatum ad subjecta plura copulà nexa pertinens si praecedit, plerumque ex §. 681 in msc. sg. nullà sequentium generis numerive ratione habità enunciatur; potest tamen etiam, si ita placet, subjecti primo loco positi genus di-

stinctius sequi, ut <sup>تَكَلَّمَتْ</sup> <sup>مَرْيَمَ</sup> <sup>وَهَارُونَ</sup> *locuta est Mariam et Harún*; multoque rarius, si loquens omnia jam secutura animo complectitur, pluralis praeponitur. At post plura subjecta praedicatum vel suffixum eo pertinens e lege in plurali effertur, ut genus, si in substantivis diversum sit, propius seu msc. praeferatur, nisi forte femininum substantivum unum e sensu potius sit; obviusque hic et dualis est pro frequenti ejus in arabismo usu, nec differre potest, si forte alterutrum ex duobus substantivis collectivi vel sensum

vel formam exhibeat, ut <sup>الْجَمِّ</sup> <sup>وَالشَّجَرِ</sup> <sup>بِسَجْدَانِ</sup> *plantae et arbores* (duo substantiva collectivi sensus) *adorant* Sur. 55, 6,

<sup>الْأَرْضِ</sup> <sup>وَالْجِبَالِ</sup> <sup>دَكَّتَا</sup> *terra montesque* (coll. forma) *concussa sunt*, ubi dualis ob nomen *terrae* e sensu potius in fem. apte pronunciatur. Potest tamen etiam sg. sequi, si unum ex substantivis e sensu tam grave et singulare est, ut cetera minoris habeantur, vel si verborum collocatio simul huic fa-

veat, ut <sup>جِبْرِيلَ</sup> <sup>وَصَالِحَ</sup> <sup>الْمُؤْمِنِينَ</sup> <sup>وَالْمَلَائِكَةَ</sup> <sup>بَعْدَ</sup> <sup>ذَلِكَ</sup> <sup>ظَهَرَ</sup> quod latine fere sonat: *Gabriel cum probis Fidelibus angelisque post hoc erit adjutor* Sur. 66, 4. — Si vero pluralis praedicati ad personas simul pronominales diversas pertinet, prima e re ipsà propior est quam reliquae, secunda quam

tertia (cf. §. 674), ut <sup>أَنَا</sup> <sup>وَالْغُلَامِ</sup> <sup>نَمِضِي</sup> *ego puerque hic,*

*nos ibimus,* <sup>أَنْتَ</sup> <sup>وَجِهْوَعِكَ</sup> <sup>أَحْضَرُوا</sup> *tu tuumque agmen, vos*

*praesentes estote.* In locutione hacce: <sup>أَنَا</sup> <sup>أَنَا</sup> <sup>أَنَا</sup> *veni-*

*mus, ego et tu* pronomina postposita singula explicationis potius causà apposita putanda sunt.

Si subjectum plura verba praecedunt, rursus haud necesse est in iis genus ejus numerusque exactus exprimatur; potest enim ex §. 681 in iis msc. sg. sufficere, etsi id bis consulto repetitum haud multum placeat; plerumque contra

in altero genus numerusque notatur, ut *بَغِيٍّ وَاعْتَدِيَا عَبْدَاكَ* *insolentes violentique fuere duo servi tui*, vel prius statim exactius definitur, ut alterum in proximà formà maneat, ut

*بَغِيًّا وَاعْتَدِي عَبْدَاكَ*.

Cogitari et hoc potest, unum idemque nomen in enunciationibus duabus copulà nexis eodemque praedicato utentibus prius subjecti, deinde objecti loco esse et vice versà: quà de re grammatici indigenae ex linguae familiaris, in quà fere solà id obvium est, usu multa disputaverunt. Summa huc redit. Nomen id, quo firmiter duas enunciationes colligat, in fine ita ponitur, ut ne suffixo quidem in priori opus sit. Praeferturque in fine nominativus, ut accusativus objecti ad alterutrum verbum complendum facile suppleatur, ut

*ضَرَبْتِ الزَّيْدِيْنَ وَضَرَبْتِ الزَّيْدِيْنَ* *verberarunt me et verberavi ego*

*Zaidos duos*, *ضَرَبْتِ وَمَرِيَّيْ زَيْدٍ*; fertur tamen etiam accu-

sativus, ut *ضَرَبْتِ الزَّيْدِيْنَ وَضَرَبْتِ الزَّيْدِيْنَ*; nec suffixi complemen-

tum in priori prorsus vituperatur, ut *ضَرَبْتِ وَمَرِيَّيْ زَيْدٍ*.

Quodsi objectum remotius ita duabus enunciationibus commune intercedit, uti accusativus verbi *كَانَ* similiumque et accusativus remotior verborum putandi, faciendi etc., ob-

jectum hoc eodem modo in fine collocatur, v. c. *كَانَتْ وَكَانَ*

*ظَنَنْتِي وَظَنَنْتِ*; *ضَرَبْتِ وَمَرِيَّيْ زَيْدٍ* *fui fuitque Zaid similiter aeger*;

زَيْدًا مَرِيضًا *putavit me putavique Zaidum aegrum esse,*  
etc.

Si verbo cuidam subjuncto novum annectitur, cum copulà negatio verbo regenti ab initio praeposita repeti solet; haec enim est totius arabismi indoles, ut nexus et compages sermonis paulo sit laxior, ut

مَا امْكُنِّي أَنْ أَعْمَلَ شَيْئًا وَلَا أَقْطَعَ *non possum agere quid et decernere* Arabs. Fàk. p.

10, 9. *لَمْ تَكُنْ تَسْتَقِرُّ وَلَا تَتَوَانِي* *non erat quiescens et cunctans* Lokm. f. 20.

729

Ut usus copulae maxime varius et frequens, ita notio ejus summa ubique eadem est, quanquam nonnullae notionis varietates externo etiam linguae cultu distinctae sunt. Igitur primum et verba singula et integrae enunciationes simplici hoc nexu sese excipiunt, ubi nostrae linguae subjunctionem potius amant. Ita in oratione vulgari

رَكَعَ فَأَطَالَ *inclinavit se et prolongavit* i. q. diu inclinavit se, pro quo

etiam dicitur per subjunctionem *اطَالَ الرَّكُوعَ* Kos. chr. p. 119, 8 cl. v. 12. 13. p. 146, 13. Culta lingua nomen nomini e sensu potius subjunctum quam annexum *accusativo* <sup>1)</sup>, et imperfectum alii enunciationi similiter nexum *naçbato* effert §. 564. 628. Deinde copula neque ab *adversativa* nostrà enunciatione aliena est: nec tamen unquam copula per se adversativum notat, sed adversativi notio e solo totius enunciationum nexus sensu apparet, collocatione simul verborum, ubi variari potest, ita instructà, ut vox, cui vis et oppositio insit, fortiter praemittatur, §. 672. Saepe quidem Marraccius *و sed* convertit, ut Sur. 62, 7. 11. 64, 7. 70. 6. 7: *sed tu*

1) Quam parum tamen Korani lectores sibi semper constant, monstrant variae lectiones, v. c. ad Sur. 10, 28.

vim oppositionis nunquam copulae huic simplici inesse videbis.

Prae ceteris hic notanda venit enunciationis *statum* describentis subnexio. Quae enim enunciationes actionis vel rei conditionem et statum depingentes nostris in linguis antiquis casibus obliquis vel aliâ ratione idoneâ subjunguntur, eae in semiticis haud mutatae copulâ tantum simplicius subnecti possunt; inhaeretque huic status descriptioni pro singulis locis eadem sensus varietas, quae in dicendi formulis latinis graecisque huic respondentibus cernitur; recentiores enim linguae statum hunc exactius pro singulis locis varie describere solent. Ipsa autem enunciatio sic subnexa ita instruitur, ut per se jam *statum* describat, quod quomodo fiat, summatim jam dictum est §. 670. Summa quidem lex haec est, ut subjectum contra ordinem vulgarem praeponatur; unde fit, ut, si enunciationis subnexae subjectum nomine prius jam indigitato constat, pronomen saltem ejus jam reponendum sit,

ut <sup>قَالَ</sup> <sup>وَهُوَ</sup> <sup>وَاقِفٌ</sup> dixit et is *stans*, <sup>قُلْتُ</sup> <sup>وَإِنَّا</sup> <sup>وَاقِفٌ</sup> dixi *stans*, quod latine brevius dici potest; ipsumque substantivum repetitum vides in hoc:

<sup>لَمْ</sup> <sup>يَجْرِكْ</sup> <sup>زَيْدٌ</sup> <sup>النَّاسَ</sup> <sup>وَالنَّاسَ</sup> non movit Zaid homines licet paratos ei

Tab. p. 210, 7. Nonnunquam subjecti instar nomen aliquod gravius praemittitur, quod deinde subjungere idoneum videtur,

ut <sup>كَيْفَ</sup> <sup>تَكْفُرُونَ</sup> <sup>وَإِنَّمَا</sup> <sup>تَتْلِي</sup> <sup>عَلَيْكُمْ</sup> quomodo fidem denegatis, cum vobis praelegantur signa dei Sur. 3, 101.

Sed cum praeterea maxima sit dicendi varietas, singula jam distinguenda sunt: 1) subjectum e lege praeponitur, ubi enunciatio distincto praedicato et subjecto constat; praedicatum autem pro sensu quam maxime varium esse potest, vel

ut adjectivum, uti in hisce: <sup>كَفَرُوا</sup> <sup>وَمَاتُوا</sup> <sup>وَهُمْ</sup> <sup>كَفَّارٌ</sup>



*qui fidem abnegarunt obieruntque infideles,* لا تقتلوا <sup>لا تقتلوا</sup>  
 ص ٥٥ - ع ٥٥٥ و ٥٥٥  
*ne interficite feras, dum estis in sacris* <sup>ص ٥٥ - ع ٥٥٥ و ٥٥٥</sup> *الصيد وانتم حرم*  
 Sur. 3, 90. 5, 104; vel participio levique cum discrimine im-  
 perfecto, <sup>ص ٥٥ - ع ٥٥٥ و ٥٥٥</sup> *ut لم تكفرون بآيات الله وانتم تشهدون*  
*signis fidem abnegatis, cum ipsi testes eorum sitis?* Sur.  
 3, 69. 6, 150 poetice <sup>ص ٥٥ - ع ٥٥٥ و ٥٥٥</sup> *واي واي — مكرم* <sup>ص ٥٥ - ع ٥٥٥ و ٥٥٥</sup> *et quomodo (id fiat)*  
*cum ego — honoratus sim?* Arabs. F'ak. p. 43, 23, v. de  
 ان §. 634. et alia exempla §. 636; vel denique verbum e  
 sensu orationis in perfecto pronunciandum est, ut, cum sta-  
 tus sit notandus, قد ex §. 199 verbo praecedat. Sed hic  
 jam novi quid accedit. Cum enim hoc قد per se jam sta-  
 tum non possit non notare, simulque graviter ab initio col-  
 locari amet (§. 667), e lege jam cum verbo pedissequo pro-  
 xime post copulam ponitur subjecto sequente, ut <sup>ص ٥٥ - ع ٥٥٥ و ٥٥٥</sup> لا يؤمنون  
 ص ٥٥ - ع ٥٥٥ و ٥٥٥ *وقد خلت سنة الاولين*  
*non credunt ei, licet jam praeces-*  
*sit exemplar priorum* Sur. 15, 14. Tab. p. 126, 8. 10. Abulf.  
 ann. ant. p. 148, 10; nec subjectum, si nomine jam noto  
 constat, repetatur opus est, ut <sup>ص ٥٥ - ع ٥٥٥ و ٥٥٥</sup> هذا غناؤها وقد اسنت فكيف  
 ص ٥٥ - ع ٥٥٥ و ٥٥٥ *هيا* *hic est ejus cantus cum jam consenuit; qua-*  
*lis ergo erat cum juvenis esset?* Kos. chr. p. 132, 9. Sur.  
 4, 160. 60, 1, quanquam pronomen, sensus ut magis perspi-  
 cuus fiat, etiam praeponi potest, ut Henz. fr. p. 12, 4. Re-  
 motius ubi nexus distat, idoneum ex §. 202 videtur <sup>ص ٥٥ - ع ٥٥٥ و ٥٥٥</sup> كان  
 ص ٥٥ - ع ٥٥٥ و ٥٥٥ *jam exarserat aestus*  
 Wakidi Mesop. p. 6, 7; quod idem كان imperfecto sta-  
 tum describenti praeponi potest, si nexus paulo susten-

tandus est, ut <sup>وَكَمَا لَا يَكَادُ بِفَارِقٍ رَجُلًا مِنَّا أَبَدًا خَنْجَرَهُ</sup> *et ita constituti eramus, ut neminem nostrum unquam fere culter suus deficeret* pro <sup>ولا</sup> etc. Tab. p. 70, 9. Raro idem <sup>تد</sup> imperfecto praeteriti ita praepositur, ut statum designet, velut <sup>وَقَدْ كُنَّا نَقُولُ</sup> *quanquam dicebamus* Tab. p. 10, 12.

vel imperfecto praesentis vice dicto <sup>وَقَدْ تَعْلَمُونَ</sup> *dum vos scitis* Sur. 61, 5. et poetice Tab. p. 140, 6. 212, 8. Sac. chr. 1. p. 135, 10. Negativà in enunciatione cum <sup>تد</sup> nusquam prorsus poni possit (negatio enim aequè ac <sup>تد</sup> verbo proxima est), negativae particulae ejus locum occupare possunt

pro sensu idoneae, ut <sup>وَمَا وَلَمْ</sup> i. e. *cum non* de praeterito

Sur. 3, 47. 4, 156. Ham. p. 100, 6; poetice <sup>قَدْ نَكُونُ وَمَا بِخَشْيٍ</sup> *jam eramus ita, ut non metueretur* discessus noster Ibn-Khac. p. 46, 9; et <sup>ولا</sup> cum imperfecto de praesenti Sur. 6, 82. Rarissime autem perfectum sine <sup>تد</sup> simpliciter copulae ita subnectitur, ut sensus eandem inferat status notionem, ut

<sup>قَالُوا لَأَخْوَانِهِمْ وَقَعَدُوا</sup> *dixerunt de fratribus suis, cum ipsi domi mansissent* Sur. 3, 169. 6, 101 <sup>1)</sup> et Ham. p. 89, ant.

ubi schol. infert <sup>وَقَدْ قَتَلْت</sup> pro poetae verbis <sup>وَقَتَلْت</sup>. Simplex vero verbum substantivum bene ab initio ad statum describendum adhiberi potest, non enim nisi paulo prolixius pro pronomine ita dicitur; ut *nolebant diem aliquem manere*

<sup>رَأَيْنَاهُ قَدْ</sup> *haud in coetu versantes,*

<sup>تَغْشَى لِرَبِّهِ وَكَانَ عَلِيٌّ جُنْدَهُ</sup> *vidimus eum in Zaidum iratum esse, qui exercitui ipsius praeerat, ut thesin ita annexam*

1) Idem Baidhavi vult in loco Sur. 10, 14 p. 121, sed sine causà justâ.

Omnino enim singulare hoc nusquam temere credendum est.

latine exprimere poteris, Tab. p. 14, 9. 58, 11. Abulf. ann. ant. p. 16, 6. — 2) Si, quod rarius fit, enunciatio praedicato distincto ita caret, ut nomen cum praepositione vel adverbium ejus loco sit, subjectum non adeo constanter praeponitur, sed cum copula jam partem enunciationis ejusmodi necessariam constituat, ordo vocabulorum potius ex §. 669 ita instituitur, ut quae minus gravia sint, medio sermoni inserantur. Ita pronomen semper post copulam proxime sequitur, ut

ما نزلنا ونحن في المغرب نسمع *haud desiimus, cum in Occidente (i. e. Africâ) essemus, audire etc.* Sac. anth. not. p. 222; porro: *advexit cistas multas*

دوم *dum pessuli earum intus erant* Abulf. ann.

ant. p. 122, 9; sed saepe etiam ita: مات ولده سبعون سنة *mortuus est cum ei 70 anni essent i. q. septenarius, و*

ترجعن وفي فمك واضحة *non redibis ita ut in ore tuo dens*

والله مبراث *splendeat! et: cur dei causâ opes non erogatis*

والارض *cum dei sit hereditas coeli terraeque? —*

3) Omnibus his denique voces tempus locumve describentes praeponi possunt. Facileque apparet plura ex illis dicendi genera necti posse, ut Sur. 3, 40. Abulf. ann. ant. p. 152, 6, ubi quid sit participium inter et imperfectum discriminis, satis apparet. Ratio quoque, quâ enunciatio status potiori jungatur, varia est: potest enim arctissime jungi vel inseri,

ut vel dicatur *accidit ut veniret*

اندكمر وقد سالت *cum occupati essent etc.* Henz. fr. p. 11, *meministine te rogare, ut latine dicitur* Abulf. ann. ant. p. 88, 18 sq.; si vero enunciationum nexus satis distat, exactior nexus resumitur solet: هذا *hoc (fiebat) dum etc., vel*

etiam si ita potius videtur, <sup>و</sup> <sup>كُلُّ</sup> <sup>هَذَا</sup> <sup>و</sup> *omnia haec* (fiebant) *dum* etc., ut Kos. chr. p. 68, pen. 73, pen. 87, pen. Izzedd. av. p. 57, ult. Sac. anth. p. 50, 19.

Raro nec nisi poetice copula omittitur in sermonis fervore, ut: *hi sunt socii paradisi* <sup>فِيهَا</sup> <sup>خَالِدُونَ</sup> <sup>هُمْ</sup> *ita ut in eo* *perpetuo habitent* Sur. 3, 116. 10, 27, <sup>جَاءَ</sup> <sup>وَكَمْ</sup> <sup>حَصِرَتْ</sup> <sup>صُدُورُهُمْ</sup> *venerunt ad vos coarctatis animis* Sur. 4, 89; unde, si nova persona non inducitur, cum copulà vel pronomen personale a verbo finito abest 'Taraf. M. v. 88 (ubi <sup>أَمَشِي</sup> est *dum ibam*). Diversum autem est, si enunciatio, quae hac ratione subnecti potest, accusativo potius ex §. 552 ita subjungitur, ut copulae per se non sit locus. Hoc arabismo, qui ubivis concisam concinnamque dictionem amat, in deliciis est; sed quanquam utraque dicendi ratio saepe pari usu virtuteque frequentatur, subjunctionem tamen in brevioribus aptiorem esse facile intelligitur. Ita 1) <sup>قَالَ</sup> <sup>وَهُوَ</sup> <sup>وَاقِفًا</sup> <sup>إِ. ق.</sup> *dixit stans*. Imperfectum autem statum describens, cum verbum finitum personam includere possit, si idem subjectum permanet, e lege fere proxime annectitur, ut <sup>مَاتَ</sup> <sup>بَشِيرًا</sup> *mortuus est testans*, et paulo remotius: <sup>لَمْ</sup> <sup>تَحْرَمْ</sup> — <sup>تَبْتَغِي</sup> *cur prohibes — quaerens* Sur. 66, 1. 2) <sup>قَتَلْتَ</sup> <sup>الْغُلَامَ</sup> <sup>نَائِمًا</sup> *interfecisti servum dormientem* i. q. <sup>هُوَ</sup> <sup>نَائِمٌ</sup> *dum dormiebat*. Sed subjunctum etiam in genitivo nomen ita accusativo descriptorio compleri potest, ut <sup>وَتَبَّ</sup> <sup>عَلِيٍّ</sup> <sup>وَجِبْهٍ</sup> <sup>نَائِمًا</sup> *et tibi est in facie dormientis*

*prosiluit in faciem ejus dormientis*, قَتَلَتْ غُلَامَ مَرْيَمَ نَائِمَةً

*interfecisti servum Mariae dormientis* i. q. وَهِيَ نَائِمَةٌ 3)

Integra enunciatio diverso nomine ut subjecto constans ita subjungi potest, ut accusativus in participio praeposito exprimitur, subjectum vero sequens in nominativum redeat; est enim haec ratio relativae simillima, nisi quod praedicatum praemissum subjunctum est eoque tota thesis ad subjunctas

pertinet, ut: *non poterunt adorare* خَاشِعَةً أَبْصَارَهُمْ تَرْهَقُهُمْ

*dejectis oculis, terrente* 1) *eos ignominid, postquam ad adorandum*

*salvi vocati erant* Sur. 68, 44. 70, 44. 76, 21 et alia supra §. 560. Rarius enunciationes subjunguntur, quarum ratio

subjectum in accusativo praeponere jubet, ut: *consedi prope*

*eum* رَكَبْتِي إِلَى رَكَبَتِهِ *ut genu meum prope ejus genu esset*

Tab. p. 10, 4. et saepius in Korano خَالِدِينَ فِيهَا *ut mansuri sint in eo* (Paradiso) Sur. 3, 15. 87. 136. 4, 12. 5, 94. 6, 128 etc. cf. similia 76, 13. 14. 78, 22.

731 *ni* quomodo nomina singula jungat, §. 726 dictum est; restat ut, quomodo integras enunciationes jungat, exponatur. Hic autem ejus usus triplex est: 1) *ni* in vulgari vocabulorum ordine ab enunciationis novae initio consequentiam denotat actionis seu actionem priori ita nexam, ut eam non comitetur nec temere accedat, sed ex eâ prodire ac sequi videatur; unde etiam huic nexui simpliciori (germ. *und so, da* optime respondet) substituere poteris nostrum: *cum* id

factum esset, *tum* etc. Ita: كُنْ فَكَانَ *dixit deus fiat!*

*et factum est* رَمَاهُ فَأَصَابَ عَيْنَيْهِ *jecit eum et ita oculos ejus attigit, quod latine etiam sic sonat: jaciens attigit*

1) Imperfectum تَرْهَقُهُمْ hoc in nexu aequae ac participium statum describit.

etc. <sup>ألا تجلس فتسمع</sup> *nonne considerebis et tum audies!*

i. q. considens audies. Respondet prorsus hebraeum Vav quod dicitur conversivum, nisi quod <sup>ו</sup> paulo minus frequenter nec nisi ubi nova et acuta actionum consecutio urgenda est, pro simplice <sup>ו</sup> ponitur. Ratio autem, quâ hoc <sup>ו</sup> jungi possit, in singulis admodum variat. Potest consequentiam ita notare, ut <sup>ו</sup> naçbato junctum simul consilium notet §. 628. Aliis locis consequentiam notat non tam e temporis ratione quam e mentis nostrae e prioribus ad novum simul argumentum transeuntis sensu, ut <sup>أحب احدكم أن ياكل لحم</sup>

<sup>أحب احدكم أن ياكل لحم</sup> *cupitne quis vestrum edere carnem (i. e. calumniari) fratris sui mortui, ita ut id nolitis (contra id quod vos vultis) Sur. 49, 12; atque hinc <sup>1)</sup> nonnunquam nostrum nam, etenim notare videtur (ut Sac. chr. 1. p. 171, 11), quanquam, ut hoc disertius et fortius dicatur, potius <sup>فإن</sup> adhibetur, cum <sup>إن</sup> fortius animum ad novi quid*

cernendum convertat. In singulis notanda est locutio <sup>فكَيْفَ</sup> seq. <sup>ب</sup> et (i. e. cum id ita sit) *quomodo erit*, fiet *cum hoc* i. q. *quanto minus, nedum* <sup>2)</sup> Tab. p. 224, 8. 236, 16. vel post mere affirmativum *quanto magis*, ut supra p. 264. — 2) Deinde cum consequentiam sensus (ut germ. *so*) notare possit, <sup>و</sup> orationi inceptae necdum perfectae resumendae inservit, ubicunque novo impetu ordiri placet. Hoc quam varium esse possit, facile apparet, multum enim in his ex colore orationis pendet; semper tamen oratio sic resumenda est, ubi imperativum vel aliam dictionem emphaticam, quae non nisi recenti

1) Ut germ. *denn* cohaeret cum *dann*.

2) cf. sanscritum *kutas*, *kuta eva* eodem sensu dictum, proprie notans *unde?* et *kim nu* pr. *quò ergo?* Bhagar. G. 1, 35.

vi efferi potest, talia vocabula praecesserunt, ut نَابِيَايَ فَاتَّقَوْنِي <sup>نَابِيَايَ فَاتَّقَوْنِي</sup>  
*me igitur, me timete,* السَّارِقِ وَالسَّارِقَةِ فَاقْطَعُوا <sup>السَّارِقِ وَالسَّارِقَةِ فَاقْطَعُوا</sup> <sup>أَيْدِيَهُمْ</sup>  
*qui furatur sive vir sive mulier — eorum manus abscin-*  
*dite; licet tamen orationem ita resumere, ut cum objectum*  
*vel praepositio jam praecedat, complementa cetera absint, ut*  
*عَلَى اللَّهِ فَلْيَتَوَكَّلِ الْمُؤْمِنُونَ,* <sup>عَلَى اللَّهِ فَلْيَتَوَكَّلِ الْمُؤْمِنُونَ</sup> <sup>رَبِّكَ فَكَبِيرٌ</sup>  
*deo confidant Credentes Sur. 3, 122. 5, 12. 69, 32. 74, 3-7.*  
*93, 9-11 (ubi objecto أَمَّا praecedit). 94, 8. Porro saepe*  
*sequitur post أَمَّا quod attinet ad, quod tamen ipsum*  
*ita compositum est, ut per se vocem ipsi subjectam in*  
*qualibet formâ nexuque ferat. Saepe etiam bis resumenda*  
*venit oratio, ut بِغَضَلِ اللَّهِ وَبِرَحْمَتِهِ فَبِذَلِكَ فَلْيَفْرَحُوا*  
*dei et misericordiâ, de eâ gaudeant! Sur. 10, 58. — 3)*  
*Ex omnibus his denique facile elucet, quomodo قِي post pro-*  
*tasin a particulâ temporis vel conditionis incipientem apodo-*  
*sin introducere queat (ut germ. so). Nec tamen in apodosi,*  
*cum e nexu jam dilucida esse possit, utique consequentiae*  
*signum frequentatur; sed ibi maxime idoneum est, ubi apo-*  
*dosin fortius et disertius notanda videtur. Singula v. inferius.*  
*Hoc autem ex omnibus apparet, si praedicatum distinctius*  
*desit, قِي e notione suâ simul cum consequentiâ existentiam*  
*tam dilucide notare, ut vel unam enunciationis partem con-*  
*stituere possit, ut: ille (deus) vos ex unâ animâ prodire*  
*fecit فَسَتَقَرُّوْا وَنَسْتَوْدَعُكُمْ <sup>فَسَتَقَرُّوْا وَنَسْتَوْدَعُكُمْ</sup> ita ut jam adsit locus quietis et*  
*depositi, مَنْ أَبْصَرَ فَلِنَفْسِهِ <sup>مَنْ أَبْصَرَ فَلِنَفْسِهِ</sup> qui cernit, sibi ipsi cernit Sur.*  
*6, 99. 104. 56, 90. 94.*

Copulae oppositus est nexus novae sive vocis sive enunciationis simplex. Eaque dictio, quae audit *asyndeta*, duplicis est generis. Aut enim copula consulto propterea omittitur,

quod secutura orationem inhibitam vel interceptam explicant potius et supplent, v. c. Sur. 10, 23. Aut copula propter vim et properantiam insignem deest, quod intra arabismi fines unâ potissimum in dictione peculiari frequenter cernitur. Solet enim imperativus saepe ita actionem postulare, ut consequentia simul, quae animo tenetur necessarioque inde sequi jubetur, eâdem emphasi efferatur, jussivo igitur qui imperativo respondet (cf. §. 750 sqq.). Est haec quasi arsis et thesis, videturque haud dubie voce primum intentâ, dein remissâ pronunciatum esse; cumque jussivus postpositus e nexu jam non possit non apodosin constituere, ut in emphaticâ hac dictione copula omittatur consentaneum est; solet enim omnino arabismus جى apodoseos omittere, ubicunque modus ejus cum modo protaseos emphatico quodam vicissim ita cohaeret, ut apodoseos vis e solâ verbi emphasi dilucida

sit (§. 744. 750). V. c. <sup>و</sup>عَمِلُوا <sup>و</sup>تَجِدُوا <sup>و</sup>وَأْتِرَعُوا <sup>و</sup>تَحْصِدُوا *laborate inveniatis!* i. e. laborate ut inveniatis, vel si laboratis,

invenietis, *serite et metite!* <sup>ع</sup>اجِبُوا <sup>ل</sup>اللَّهَ <sup>ي</sup>يَغْفِرْ <sup>ل</sup>لَّكُمْ <sup>ذ</sup>ذُنُوبَكُمْ *confugite ad deum, ut vobis peccata condonet* Sur. 46,

31. 57, 28. 67, 4 (ubi male Marr.). 71, 3. 4. 10 - 12. <sup>و</sup>أَبْسَطْ

<sup>و</sup>يُدِّعْ <sup>ف</sup>فِي يَدَيْكَ <sup>ن</sup>نُبِيَّكَ *porrige manum tuam, ut fidem tibi spondeamus* <sup>1</sup>). Quam arcte autem utrumque verbum cohaereat, exinde apparet, quod sensus prioris verbi per se sine comple-

mento alius cogitari nequit, ut <sup>ق</sup>قُلْ <sup>ل</sup>لَّذِينَ <sup>أ</sup>آمَنُوا <sup>ي</sup>يَغْفِرُوا *ut condonent veniam im-*

<sup>ل</sup>لْمُسْتَغْفِرِينَ *dic iis qui credunt, ut condonent veniam im-*

1) Tab. p. 38, 13, cui si p. 8, 7. <sup>ل</sup>لنُبِيَّكَ *ut f. sp. substituitur, id e sensu eodem redire, sed diversâ ratione dictum esse credendum est. Elucet quoque, quam male nonnulli theses has conditionales nominent.*



plorantibus, ذَرُونَا تَتَّبِعْكُمْ sinite nos sequi vos Sur. 45, 14.  
 14, 30. 20, 26. 48, 15. 70, 42. اَفْعَلْهُ دَعْنِي sine me hoc fa-  
 ciam Taraf. M. 57; quodque, quo jussivus fulciatur, exhor-  
 tatio simplex imperativo expressa sufficit, ut تَعَالُوا نَدْعُ  
 اَبْنَاءَنَا ثُمَّ نَبْتَهِلْ فَتَجْعَلْ لَعْنَةَ اللّٰهِ agite! vocemus filios no-  
 stros, tum supplicemur et dei diras in mentientes conji-  
 ciamus (unde simul jussivos post varias copulas continuari  
 posse vides) Sur. 3, 60. 6, 151. 63, 5. <sup>1)</sup>).

733 Ad has copulativas particulas tum notione tum usu fre-

quenti satis prope accedit ثُمَّ (S. 480), notans tum. Peculiarem id usum tenet in vocabulis vel sententiis datâ operâ repetendis, quod loquentis animus cum vi iis inhaeret, ut  
 اَلْوَيْلُ ثُمَّ اَلْوَيْلُ vaeh, etiam (vel, ut denuo dicam) vaeh!  
 Sac. chr. 1. p. 170. cf. Sur. 82, 17 sq. In actionum progressu ثُمَّ notat intervallum quoddam temporis <sup>2)</sup>, quod inter utramque actionem intercedat, quae notatio tam distincta neque in و neque in ف est: sed tamen ad copulae vim tam aptum, ut vel ex S. 628 modus naçbatus sequi possit, aequè

1) In Korano jussivus vel imperativo haud praemisso ita dicitur, ut consequentiam hanc denotet, ut يَغْفِرْ ut condonet (si ita facitis, ut dictum est) Sur. 61, 11. et post copulam وَيَعْنِفْ et ut oblitteret 42, 33, pro quo v. 38 وَيَعْنِفُوا sine hoc nexu.

2) In personis enumerandis ثُمَّ notat, unam temporis ratione post alteram venisse Tab. p. 86, ant. Similiter inter adjectiva urbium et regionum positum, v. c. اَلْمِصْرِيُّ ثُمَّ اَلْمَقْدِسِيُّ Aegyptius, deinde Hierosolymitanus, quoniam serius huc sedem transtulit.

ac post لا تَغْنِي مَا لَكَ عَلَيَّ ثُمَّ تَلُومَنِي و , ف fit, ut *ne consume quae tibi sunt (opes) mea causa, ne deinde me vituperes* Lokm. f. 16. Post imperativum ثُمَّ orationem in imperfectum ut sedatius exponendi modum reducit Tab. p. 148, 7. Quodsi actio sequens paulo recentior et a prius memorata remotior narranda est, post ثُمَّ simul poni solet اِنَّ en, quod statum rei magis praesentem et vicinum notet; unde in Korano vel habetur ل — ثُمَّ ان Sur. 5, 38.

Causam denotans enunciatio annectitur per اِنَّ en, ut 734 Sur. 10, 64, ubi haud dubie nam notat (Baidh. explicat similiter لَنْ quod): sed plerumque pro eo dilucidius dicitur اِنَّ etenim ex §. 731. Frequentissimum enim hoc simplex اِنَّ per se hac tantum vi praeditum est, ut in novo sermone auditores excitet; unde saepe etiam totam orationis seriem orditur <sup>1)</sup>). Aliae voces, quae lat. nam exprimant, linguae desunt: nam اِنَّ magis relative notat quod, quia, arctiusque propterea jungitur.

---

1) Hinc اِنَّ رَبِّكَ هُوَ اعْلَمُ و و ع ن و Sur. 6, 117. 119., ubi هُوَ ex §. 672 insertum est propter رَبِّكَ vi prae-positum. Augetur autem orationis vis اِنَّ emphatico postposito, ut اِنَّ هُوَ يَرِيحُ لَأْتِيَنَّكَ بِسُورٍ مِّنْ لَّدُنْكَ مَّرْءٍ مَّوَدَّةَ بَيْنِكُمْ اِنَّكَ لَتَرَاهُ فِي خِسْفٍ مِّنْ سَحَابٍ مَّوَءَدَّةٍ لَّهُمْ فِي الْوَادِعِ اِنَّكَ لَتَرَاهُ فِي سَحَابٍ مَّوَءَدَّةٍ لَّهُمْ فِي الْوَادِعِ Sur. 6, 19. 79, 10. 11. 56, 49. 57, 9.

## 3. De enunciatione adversativâ.

573 Adversativae particulae et pauciores sunt et rarius obviae: non enim, nisi ubi maxime iis opus est, eas usurpari, ex §. 729 jam apparuit. Proxime huc pertinet بَلَّ §. 477, praeviae negationi oppositum, ut بَلَّ — لَا *non — sed*; seriores eo paulo liberius utuntur, jungentes و بَلَّ *imo etiam* Ibn-Khald. in Sac. chr. 2. p. 126 ant. وَلَا بَلَّ *imo ne — quidem* Arabs. Fâk. p. 2, 13. <sup>1)</sup> — Contra vero لَكِنَّ vel cum copulâ وَلَكِنَّ §. 483 magis per se gravem sententiae oppositionem notat: *at, verumtamen*, quanquam etiam post negativam enunciationem poni potest.

736 Adversativae autem enunciationi proxima est et cognata *restrictiva*, de quâ hîc dicendum videtur. Duplex ejus genus discernatur:

1) انَّمَا §. 488 ad *unam* tantum notionem omnem orationis sensum ita revocat, ut cum per se maximâ vi insigniatur, postquam quae forte praeterea accedant voces, mediae orationi insertae sunt, vox ab illâ vi tacta in fine sequatur; hoc enim omnino ex linguae hujus indole est (§. 669), ut quae voces duae gravissimae totam enunciationem fulciunt, reliqua interposita amplectantur. Ita انَّمَا زَيْدٌ شَاعِرٌ *Zaid poeta tantum* (nec aliud quid) *est*, انَّمَا شَاعِرٌ زَيْدٌ *Zaid tantum* (nec quis praeter eum) *poeta est*, انَّمَا عَبْدُوْنَا فِيْ

1) In his juncturis insertum و *etiam* notat, quod in arabismo rarum.

Nam in locutione اِنْ كَانَ وَلَا يَدَّ مِنْ *si est nec dubie i. e. necessario* etc. Henz. fr. p. 67, 1 و potius ex §. 730 ita explicandum est, ut *statum* notet.

مَوَاسِيءُ اِهْوَاءِهِمْ *nam per se cupiditates tantum*  
*suas sequuntur*, اَنْتِ اَنْهَآ تَلِدِيْنَ فِي كُلِّ عَمْرِكِ وَاحِدًا  
*tu non nisi unum totâ vitâ tuâ paris*, اَنْهَآ اَجْرِي عَلَيَّ اللّٰه  
*dei tantum est praemium meum*; ab initio enunciationis co-  
 pulativae وانما notat proinde *et tantum = at*, ut Gen. 28,  
 19 Saadias pro לֹא לְוַדּוּלָם לֹא ponit لَوْنَر — وانما eodem sensu,  
 collocatione vero vocabulorum ex hujus انما vi inversâ.

2) Diserta exceptionis particula est اَلَّا *nisi* modis variis 737  
 juncta. Nam plerumque negationem (vel interrogationem ei  
 parem) proxime restringit, ut lat. *non — nisi*; ubi rursus  
 saepissime vox, ad quam sermo restringitur, sola nominatur, ut  
 cum *non — nisi* idem sit quod *tantummodo*, totius structurae  
 ratio salva maneat, ut si restringitur praedicatum: مَا زَيْدٌ اَلَّا  
 non est Zaid nisi mendax, مَا كَانَ اَلَّا كَاذِبًا, *non erat*  
 is nisi mendax, vel notio subjuncta quaedam: مَا اَقَامَ اَلَّا مَدَّةً  
 non substitit nisi spatium quoddam (i. e. aliquamdiu),  
 مَا قَتَلْتَ اَلَّا اَخَاكَ, *non interfecisti nisi fratrem tuum*, مَا  
 مَرَرْتَ اَلَّا بِزَيْدٍ, *non nisi juxta Zaidum praeterii*; vel de-  
 nique subjectum, ut مَا قَتَلَهُ اَلَّا زَيْدٌ, *non interfecit eum*  
*nisi Zaid*. Vides omnia haec ita strui ut etiam absente ne-  
 gatione et وٓ salva sint. Nec tamen nisi ex rarâ licentiâ hae  
 particulae juxta se poni possunt, sed post negationem for-  
 tius praepositam inserantur necesse est minus gravia. At si  
 negatio non praecedit, ut وٓ enunciationi laxius postpositum  
 latino *praeter, excepto* respondeat, jam accusativus ei sub-

jungendus est (§. 564, b) <sup>1</sup>), ut <sup>وَقَتَلَ الْقَوْمَ إِلَّا زَيْدًا</sup> *interfecti sunt homines praeter Zaidum*, ubi nota locum Sur. 60, 4:

<sup>أذْ قَالُوا</sup> *cum dicebant Abrahamidae*, et post longum satis

intervallum <sup>إِلَّا قَوْلَ أَبِي رَهَيْمٍ</sup> *praeter vocem Abrahami* i. e.

praeter id quod Abr. dixit. Quodsi post negationem tota res, unde quid excipiatur, ante لا nominatur, nomen post لا saepe similiter accusativo subjungitur, cum laxior haec jam esse possit structura; saepe tamen, ubi arctius complementum jungere praestat, casus idem, qui rei totius fuit, continuatur: ut videndum sit, quid quovis loco aptius sit, nam raro utrumque sine ullo discrimine dicitur. Ita si dico

<sup>لَا إِلَهَ إِلَّا اللَّهُ</sup> *non est deus ullus nisi deus ille verus*, nominativus e pluribus Arabum suffragiis potior habetur, quia

prius sine altero vix cogitari potest; sed si dico <sup>لَمْ يَكَلِّمَنِي</sup>

<sup>أَحَدٌ إِلَّا زَيْدٌ</sup> *non allocutus me est quisquam nisi Zaid*,

<sup>مَا أَتَيْتُكُمْ بِالْكِتَابِ إِلَّا التَّوْرَةَ</sup> *non dedi vobis libros nisi Legem*, pro casu continuato optime etiam accusativus subjungi

possit <sup>إِلَّا التَّوْرَةَ</sup>, <sup>وَالْإِسْرَائِيلِيَّةَ</sup>, cum haec paulo laxius adjuncta sint; necessario vero accusativo utendum est, si forte exceptionem per se positam prius inserere placet, ut <sup>أَمْ يَكَلِّمَنِي</sup>

<sup>أَحَدٌ إِلَّا زَيْدًا</sup>, vel si quod denique excipitur e diverso prorsus genere accedit, ut cum re totâ bene componi nequeat, ut

<sup>مَا جَاءَنِي أَحَدٌ إِلَّا فَرَسًا</sup> *non ad me ullus (homo) venit ex-*

1) Unde nonnunquam simili et sensu et structurâ pro لا obvium est

<sup>لَيْسَ</sup> vel <sup>يَكُونُ</sup> لا *non est* i. q. ut desit, *praeter* (cf. §. 675).

cepto equo quodam; facileque ex his omnibus patet, cur nova exceptio quaevis ut forte fortunâ accedens laxius ac-

cusativi ope subjungatur, ut <sup>ما جاء</sup> <sup>إلا</sup> <sup>زَيْدٌ</sup> <sup>إلا</sup> <sup>عَسْرٌ</sup> <sup>إلا</sup> <sup>سَعِيدًا</sup>  
*non venit nisi Zaid* (quod nomen e prius dictis non nisi in nominativo efferi potest) i. q. venit solus Z. praeter 'Omarum, Sa'idum etiam. — Quod véro discrimen in singuli nominis juncturâ inter casus obtinet, idem ad enunciationum juncturam transfertur. Nam post negationem arcte junctam

إلا cum enunciatione secuturâ proxime cohaeret nullo interposito orationis vinculo; ipsa autem adjuncta enunciatio post لا ita instituitur, ut *conditionem* vel *statum* (ex §. 670) describat, utpote quam notionem ubivis aptam esse, facile videre licet. Subjectum igitur praedicato praeponendum; sin vero novum non est, facileque e nexu suppletur, idem hîc et omittere licet. Saepeque his ita comparatis و status (§. 730) accedit, quod statum vel conditionem disertius repraesentet. Ita :

إلا وتموتن إلا وانتم مسلمون *ne moriamini nisi*

*Muslimi õvtes s. ita ut M. sitis* Sur. 3, 102; porro: *cubi-*

*culum non dicitur nadi* (ناد) <sup>وقبىه</sup> <sup>اهله</sup> <sup>ناد</sup> <sup>إلا</sup> *nisi ita ut qui*  
*ibi congregari solent in eo sint* Sac. anth. p. 30, et sine co-

pulâ: *neminem reperi* <sup>منه</sup> <sup>أحسن</sup> <sup>إلا</sup> <sup>زَيْدٌ</sup> *nisi ita ut Zaid*

*eo esset pulcrior; non ostendimus iis signum* <sup>أكبر</sup> <sup>إلا</sup> *nisi ita ut majus priori esset* Sur. 43, 46. De verbo finito huic لا postposito aptius dicitur §. 749. At si per-

fectâ jam enunciatione لا laxius novam adjungit, أن interponendum est; idque variâ ratione, v. c. modo naçbato se-

quente *non licet uxores dimittere* <sup>بأن</sup> <sup>بغاشة</sup> <sup>إلا</sup> <sup>أن</sup> *nisi*

*forte flagitium committant* Sur. 4, 18. 65, 1. vel sic: ego  
 (Muhammed dixit) *optime literam* ض *pronuncio* <sup>أ</sup> <sup>لَا</sup> <sup>أَبِي</sup> <sup>مِنْ</sup> <sup>ع</sup>  
<sup>و</sup> <sup>ر</sup> <sup>بِش</sup> nisi quod e Kuraischi tribu sum i. e. nisi forte id  
 minus quis propterea mirabitur, quod e Kur. oriundus sum.  
 Similiter: *non iracundus sum* <sup>أ</sup> <sup>لَا</sup> <sup>مِنْ</sup> <sup>ع</sup> *verum qui peccaverit,*  
 is puniendus est Sur. 88, 23, ubi <sup>مِنْ</sup> <sup>أ</sup> <sup>إِن</sup> illius <sup>أ</sup> <sup>إِن</sup> vim ita excipit,  
 ut propius accusativi loco sit (unde <sup>نِي</sup> in apodosi sequitur).  
 Ceterum in arctâ quoque juncturâ illâ <sup>أ</sup> <sup>إِن</sup> interponi, singu-  
 laris enunciationis ratio jubere potest, ut <sup>أ</sup> <sup>إِن</sup> <sup>أَبِي</sup> <sup>أَلَا</sup> <sup>أَنْ</sup> <sup>نَمْضِي</sup> <sup>ع</sup>  
*si noluerit* i. e. nihil aliud voluerit *nisi ut eamus*, ubi <sup>أ</sup> <sup>إِن</sup>  
 e verbo volendi pendet; vel: <sup>أ</sup> <sup>إِن</sup> <sup>أَبِي</sup> <sup>أَلَا</sup> <sup>أَنْ</sup> <sup>يَقْبُضَ</sup> <sup>ع</sup> 1) <sup>أ</sup> <sup>إِن</sup> <sup>أَبِي</sup> <sup>أَلَا</sup> <sup>أَنْ</sup> <sup>يَقْبُضَ</sup> <sup>ع</sup>  
<sup>و</sup> <sup>ر</sup> <sup>بِش</sup> *propheta mortuus non est nisi ita*, ut *mo-*  
*riatur ubi sepelitur* Tab. p. 24, 16 ubi <sup>أ</sup> <sup>إِن</sup> <sup>أَبِي</sup> <sup>أَلَا</sup> <sup>أَنْ</sup> <sup>يَقْبُضَ</sup> <sup>ع</sup> conditionem  
 suggerit, quâ prius dictum necessario cogitandum sit.

Eandem, quam particula <sup>أ</sup> <sup>إِن</sup>, notionem continent nomina  
 in statu constr. <sup>أ</sup> <sup>إِن</sup> <sup>أَبِي</sup> <sup>أَلَا</sup> <sup>أَنْ</sup> <sup>يَقْبُضَ</sup> <sup>ع</sup> v. <sup>أ</sup> <sup>إِن</sup> <sup>أَبِي</sup> <sup>أَلَا</sup> <sup>أَنْ</sup> <sup>يَقْبُضَ</sup> <sup>ع</sup> jungenda casuumque  
 vicissitudini subjecta §. 518. Structura quoque eadem, hoc tan-  
 tum discrimine, ut qui casus in particulae <sup>أ</sup> <sup>إِن</sup> usu sensui tantum  
 inesse vel post particulam demum conspicuus fieri potest,  
 idem jam in nominibus his insigniatur. Ante enunciationem  
 perfectam statum exhibentem iis uti non e more est: sin-  
 gulo potius nomini junguntur vel particulae <sup>أ</sup> <sup>إِن</sup>, saepiusque

1) Editor <sup>أ</sup> <sup>إِن</sup> omisit, quod mihi omitti non posse videtur. Alioquin  
<sup>أ</sup> <sup>إِن</sup> proxime cum modo naçbato jungendum esset, quod fierine  
 possit dubito.

in accusativo laxius dicitur <sup>ع-و-ع</sup> غَيْرَ أَنْ nisi quod. — مَا خَلَا et  
مَا عَدَا §. 478 accusativum sibi subjicere v. Tab. p. 82, 17.

146, 1. Breviora autem خَلَا, عَدَا, حَاشَا praeter accusati-  
vum ut praepositionum vim imitantes genitivum sibi subjun-  
gunt; possunt tamen etiam tam nude poni, ut nominativus  
sequatur.

لَا سِوَاهَا proprie non simile ejus quod i. e. praecipue, 738

praesertim, de quo v. §. 486, vel etiam وَلَا سِوَاهَا, ita semper  
per se ponitur, ut si omnino nomen ei postponitur, nominativus  
sequatur; licet tamen etiam genitivum ei subjungere, quasi

is a statu constr. <sup>ع-و-ع</sup> سِي ita penderet, ut eo مَا tantum diluci-

dus exponatur <sup>ع-و-ع</sup> 1); v. c. <sup>ع-و-ع</sup> زَيْدٌ <sup>ع-و-ع</sup> لَمْ يَكُنْ فِي النَّاسِ <sup>ع-و-ع</sup> لَا سِوَاهُ زَيْدٍ —

mirum me habuerunt homines, praesertim Zaid.

<sup>ع-و-ع</sup> فَضْلًا adverbii vice (§. 467) praepositioni <sup>ع-و-ع</sup> عَنْ junctum  
proprie notat excessum ab hac re i. e. ne dicam de hac re,  
ut prorsus superfluâ; hinc post negativam enunciationem la-  
tino nedum vel multo minus respondet; rarissime post af-  
firmationem positum latine multo magis, quanto magis  
notat, ut Ibn - Khac. p. 50, 9. Ante integram igitur enun-

ciationem dicendum est <sup>ع-و-ع</sup> فَضْلًا عَنْ أَنْ, sed satis saepe levius  
<sup>ع-و-ع</sup> فَضْلًا أَنْ dicitur, quasi voci <sup>ع-و-ع</sup> فَضْلًا per se jam notio haec in-  
haereat, ut Arabs. Fâk. p. 103, 11. cl. p. 39, ult. 56, ult.

1) Ut in Korano saepe praepositioni مَا accedit statim genitivo di-  
stinctiori explicandum, ante infinitivum scilicet vel aliud nomen rei,  
neque enim مَا ante personae nomen cogitari potest, nisi ita ut  
rei mentionem aequet. Cf. Sur. 3, 160. 4, 154 sq 5, 14. 71, 25.

et supra Vol. I. p. 356, ubi v. 20 pro <sup>ع-و-ع</sup> فَمَا رَجَعَتْ لَها رَجَعَتْ .



*forte flagitium committant* Sur. 4, 18. 65, 1. vel sic: *ego*  
 (Muhammed dixit) *optime literam* ض *pronuncio* اَلَا اَنْبِيَّ مِنْ  
 قُرَيْشٍ *nisi quod e Kuraischi tribu sum* i. e. nisi forte id  
 minus quis propterea mirabitur, quod e Kur. oriundus sum.  
 Similiter: *non iracundus sum* اَلَا مِنْ *verum qui peccaverit,*  
 is puniendus est Sur. 88, 23, ubi ان *illius* من *vim ita excipit,*  
 ut propius accusativi loco sit (unde نى in apodosi sequitur).  
 Ceterum in arctâ quoque juncturâ illâ ان interponi, singu-  
 laris enunciationis ratio jubere potest, ut اَنْ اَبِيَّ اَلَا اَنْ نَهَضِيَّ  
*si noluerit* i. e. nihil aliud voluerit *nisi ut eamus,* ubi ان  
 e verbo volendi pendet; vel: اَنْ اَبِيَّ اَلَا اَنْ يَنْقَبِضُ  
 اَنْ اَبِيَّ اَلَا اَنْ يَنْقَبِضُ *propheta mortuus non est nisi ita, ut mo-*  
*riatur ubi sepelitur* Tab. p. 24, 16 ubi ان الا conditionem  
 suggerit, quâ prius dictum necessario cogitandum sit.

Eandem, quam particula الا, notionem continent nomina  
 in statu constr. اَنْبِيَّ, اَنْبِيَّ, اَنْبِيَّ v. سَوَاءً jungenda casuumque  
 vicissitudini subjecta §. 518. Structura quoque eadem, hoc tan-  
 tum discrimine, ut qui casus in particulae اَلَا usu sensui tantum  
 inesse vel post particulam demum conspicuus fieri potest,  
 idem jam in nominibus his insigniatur. Ante enunciationem  
 perfectam statum exhibentem iis uti non e more est: sin-  
 gulo potius nomini junguntur vel particulae اَنْ, saepiusque

1) Editor ان omisit, quod mihi omitti non posse videtur. Alioquin  
 اَلَا proxime cum modo naçbato jungendum esset, quod fierine  
 possit dubito.

in accusativo laxius dicitur <sup>ع - ع -</sup> أَنْ غَيْرَ nisi quod. — مَا خَلَا et  
عَدَا §. 478 accusativum sibi subijcere v. Tab. p. 82, 17.

146, 1. Breviora autem خَلَا, عَدَا, حَاشَا praeter accusati-  
vum ut praepositionum vim imitantes genitivum sibi subjun-  
gunt; possunt tamen etiam tam nude poni, ut nominativus  
sequatur.

لا سِوَاهَا proprie non simile ejus quod i. e. praecipue, 738

praesertim, de quo v. §. 486, vel etiam وَلَا سِوَاهَا, ita semper  
per se ponitur, ut si omnino nomen ei postponitur, nominativus  
sequatur; licet tamen etiam genitivum ei subjungere, quasi

is a statu constr. سِوَا ita penderet, ut eo مَا tantum diluci-

dus exponatur <sup>1)</sup>; v. c. زَيْدٌ <sup>ع - ع -</sup> أَعْجَبَنِي النَّاسُ لَا سِوَاهَا زَيْدٌ —

*mirum me habuerunt homines, praesertim Zaid.*

فَضْلًا adverbii vice (§. 467) praepositioni <sup>ع - ع -</sup> عَنْ junctum  
proprie notat *excessum ab* hac re i. e. ne dicam de hac re,  
ut prorsus superfluâ; hinc post negativam enunciationem la-  
tino *nedum* vel *multo minus* respondet; rarissime post af-  
firmationem positum latine *multo magis, quanto magis*  
notat, ut Ibn - Khac. p. 50, 9. Ante integram igitur enun-

ciationem dicendum est <sup>ع - ع -</sup> فَضْلًا عَنْ أَنْ, sed satis saepe levius  
فَضْلًا أَنْ dicitur, quasi voci فَضْلًا per se jam notio haec in-  
haereat, ut Arabs. Fâk. p. 103, 11. cll. p. 39, ult. 56, ult.

1) Ut in Korano saepe praepositioni مَا accedit statim genitivo di-  
stinctiori explicandum, ante infinitivum scilicet vel aliud nomen rei,  
neque enim مَا ante personae nomen cogitari potest, nisi ita ut  
rei mentionem aequet. Cf. Sur. 3, 160. 4, 154 sq 5, 14. 71, 25.  
et supra Vol. I. p. 356, ubi v. 20 pro رَجَا رَجَا lege رَجَا رَجَا.

Henz. fr. p. 132, 1. 209, 1; male autem et ex vulgaris linguae negligentia solum  $\text{مَضَى}$  hoc sensu ante verbum ponitur Lokm. f. 32.

### III. De enunciationibus conjunctis et correlativis.

#### 1. De enunciatione temporis, rationis, consilii.

739 Haec enunciationum genera ita comparata sunt, ut priori thesi postponi possint, relativi scilicet instar, cui pleuraeque particulae huc pertinentes vel origine vel notione simillimae sunt. Sed cum, ubicunque placet, praeponantur aliamque sibi subjungant, jure eas ad conjunctas enunciationes referas. Temporis particulae et enunciationes variae sunt:

1)  $\text{عِنْدَ}$  quo tempore, cum, et liberius saepiusque usurpatum  $\text{لَمَّا}$  cum (§. 486). Utrumque sensu maxime simplice ad perfectam <sup>1)</sup> rem insigniendam transfertur. — In apodosi post  $\text{لَمَّا}$  rarius  $\text{عِنْدَ}$  ex §. 731 inserere idoneum videtur, in stylo maxime negligentiori, ut Kos. chr. p. 88, 3. 89, 6. 7. 105, 1-6. Distinctiora sunt  $\text{عِنْدَ}$ , quod magis ad durans momentum actionem restringit, ut fere sit dum, et  $\text{أَوَّلَ}$  cum primum, simul ac Izzedd. av. p. 107, 6. Abulf. ann. ant. p. 78. 6. quocum fere consentit  $\text{عِنْدَ}$  (in solo quod i. e. cum solum hoc fecisset, vel cum vix hoc fecisset = simulac) Arabs. Fàk. p. 10, 27. <sup>2)</sup> —  $\text{عِنْدَ}$  postquam

1) Sed ita quoque e nexu toto, ut res haec perfecta nunc duret; ut in hac locutione per se jam notabili: cum res non facta sit ( $\text{لَمَّا لَمْ يَكُنْ}$ ) ita, consentaneum est ut non fiat (hoc breviter sic:  $\text{عِنْدَ}$   $\text{لَمْ يَكُنْ}$ ) vel quanto minus fiet aliter Sac. anth. p. 113, 12.

2) cf.  $\text{עַד}$  in gr. hebr. crit. p. 562.

simplici structurâ; sed de <sup>قَبْلَ</sup> <sup>أَنْ</sup> *priusquam* v. superius p. 117.

2) <sup>أَذ</sup> (§. 490) levissima est temporis particula, nec facile nisi latino *ubi*, germ. *da* comparanda. A <sup>لَمَّا</sup> ita differt, ut singulum temporis momentum insigniat, quo aliquid simul incidat; nec differre potest, ad quale tempus id momentum pertineat. Igitur perfecto aequè ac imperfecto pro temporis diversâ ratione jungitur, ut <sup>أَذ</sup> <sup>قَالُوا</sup> *ubi (cum) dixerunt*; etiam alii enunciationi postpositum, ut: *certiores amicos feci de irrito nostro consilio* <sup>أَذ</sup> <sup>جَاءَنَا</sup> <sup>رَسُولٌ</sup> *cum* *derepente legatus ad nos venit*. Tab. p. 72, 2. 60, 4; Kos. chr. p. 114, 4, ubi nota formam prioris enunciationis statum describentis hanc: <sup>أَنَا</sup> <sup>فِي</sup> <sup>ذَلِكَ</sup> <sup>أَذ</sup> <sup>أَرْسَلْنَا</sup> *en nos in hoc* i. e. nos ita occupati eramus, *cum misit* amicus literas etc. Tab. p. 60, 1. 64, 3. Porro sic de praesenti vel futuro: <sup>أَذ</sup> <sup>تَغِيْضُونَ</sup> *cum hospitamini* de praesenti Sur. 10, 61, et quod huic proprium est, cum imperfecto de re praeteritâ dicto: *gratos habuit deus Fideles* <sup>أَذ</sup> <sup>بِإِبْرَاهِيمَ</sup> <sup>وَإِسْحَاقَ</sup> <sup>وَيَاكُوفَ</sup> *cum tibi fidem jurabant* sub arbore Sur. 48, 18. 3, 152. 154, ubi longius continuatâ oratione ob novum temporis gradum voce <sup>فِي</sup> introductum deinceps perfectum inducitur <sup>1)</sup>. Optime etiam status enunciationi (§. 670) praeponi potest, ut <sup>أَذ</sup> <sup>أَنْتُمْ</sup> <sup>قَلِيلٌ</sup> *recordamini (temporis) cum vos pauci eratis*, <sup>أَنَا</sup> <sup>مَطْلُوقٌ</sup> *cum ego haud vincetus eram*. Nota, <sup>وَإِذْ</sup> *et ubi* in Korano

1) Putes hic Vav relativi vicissitudines sicut in V. T. conspici.

saepe eo nexu dici, ut auditores ad actionis praeteritae memoriam revocandam instiget: *et* (memento temporis spatium) *ubi* vel *cum* etc.; solet enim auctor Korani continuo ad exempla historiae plura provocare. Componitur etiam <sup>و</sup> <sup>بَعْدَ</sup> <sup>أَذَا</sup> <sub>ع</sub>

(*nach da = nachdem*) Sur.3, 8. 79. 6, 71 pro vulgari <sup>بَعْدَ</sup> <sup>أَن</sup> <sub>ع</sub> *posteaquam*, — sed ita, ut res durans describatur. — Diductius vero et quasi in remotum spatium sese extendens

<sup>أَذَا</sup> <sub>ع</sub> latinum *ubi* ita exprimit, ut actionis, quam mens tantum conspicit, futurae igitur, finem ponat, latino futuro exacto *ubi fecerit* aequiparandum. Hinc perfecto ex §. 198, 2 semper jungitur, licet nostrae linguae hac in re minus diligentes futurum simplex ei substituere possint, vereque Arabibus etiam imperfecto utendum est demtà istà temporis definiendi vi peculiari. Respondent igitur sibi invicem haec:

<sup>بِئْسَ</sup> <sup>كُونٌ</sup> *erit*, simpliciter dictum, et contra <sup>أَذَا</sup> <sup>كَانَ</sup> <sub>ع</sub> *ubi fuerit*.

Idque deinde ad omnes imperfecti notiones transfertur, ut ubicunque sine temporis definitione hac imperfecto utendum est, ibi accedente <sup>أَذَا</sup> novus in hac temporis ratione gradus, exactum scilicet futurum perfecto notandum sit. De quibus singulis v. aptius infra §. 760 sqq. <sup>1)</sup>. Ejusdem vero notionis structuraeque est <sup>مَتَى</sup>, quod cum *quando* dicat de re expectatà interrogans <sup>2)</sup>, futurae rei notionem per se includit.

1) <sup>أَذَا</sup> quoque rem futuram inducens ita struitur Sur. 6, 26. 29 cl. v. 94: sed tamen magis sic, ut alii tantum thesi subjunctum sit: <sup>لَوْ</sup> <sup>تَرَى</sup> <sup>أَذَا</sup> <sup>قَالُوا</sup> *utinam videres ubi dixerint*; auditor statim in medium istud tempus futurum rapitur, ut rem jam quasi perfectam cernat.

2) e. g. <sup>مَتَى</sup> <sup>بِئْسَ</sup> <sup>كُونٌ</sup> *quando tandem erit?* Izzedd. av. p. 112, 1. 2. Hujus loci cum simplex futurae rei descriptio sit, imperfecto post interrogationem utendum.

3) <sup>و</sup>إلى أن *donec*, simpliciter jungendum, ut <sup>ل</sup>إلى أن مات

*donec obiit*. Eodem modo dici potest <sup>ح</sup>حتي مات, ut Sac. anth. p. 127, 18. not. p. 200, 13. Tab. 74, 9. Sed cum hujus <sup>ح</sup>حتي notio exactior (§. 581) hoc ferat, ut temporis certi finem oculis jam conspiciendum det, perfecto jungitur actionem reverà futuram absolutam sistenti, ut latine *donec fut. exacto componitur*. Rarissime autem <sup>ح</sup>حتي ita proxime verbo jungitur, eodem modo quo genitivum rarissime proxime sibi sub-

jungit (Sur. 97, 5), ut: *cepit vos studium inane* <sup>ح</sup>حتي نزلتم <sup>و</sup>و <sup>و</sup>و <sup>و</sup>و *donec visitaveritis sepulcra i. e. donec mortui fueritis* Sur. 102, 2; e lege <sup>ا</sup>إذ <sup>ا</sup>إذ ei subijcitur egregie huc faciens eodemque modo perfecto jungendum, de quo v. §. 764. Modo vero naçbato tum temporis (Sur. 98, 1) tum finis animi notionem induens quam varie jungatur, §. 627 expositum est; adde versum hunc, unde satis apparet <sup>ح</sup>حتي tempus notans ita instantis tantum et forte venientis, nec tamen perfecti temporis sive praeteriti sive futuri circulum describere posse:

<sup>ع</sup>ع - <sup>و</sup>و - <sup>و</sup>و - <sup>و</sup>و *invenietis eum donec redeat* (qui nunquam redibit) <sup>و</sup>و <sup>و</sup>و <sup>و</sup>و <sup>و</sup>و *Muna'chel* i. e. nunquam invenietis Sac. anth. not. p. 313. Saepissime autem summus gradus et finis,

quem <sup>ح</sup>حتي notat, non tam temporis est quam actionis cum actione comparatae, *eo usque ut, adeo ut*, gr. *ὥστε* quod opti-

me confertur, ut <sup>ح</sup>حتي <sup>ا</sup>قال *adeo ut diceret*, <sup>ح</sup>حتي <sup>ا</sup>كاد <sup>و</sup>و <sup>و</sup>و <sup>و</sup>و *ut prope extinctus esset* Abulf. ann. T. 1. p. 108, 10. 11. 128, 2. T. 2. p. 26, 7. 282, 1. 2. 378, 12. 390, 6. *Amri*

Moall. v. 102 (*replevimus terram* <sup>ح</sup>حتي <sup>ا</sup>ضاق *ut nobis nimis arcta facta sit*). Hinc post <sup>ح</sup>حتي saepe <sup>ا</sup>أن <sup>ا</sup>أن energicum ac-

cedit, quod emphasin dictionis augeat, ut <sup>ح</sup>حتي <sup>ا</sup>انه <sup>و</sup>و <sup>و</sup>و <sup>و</sup>و <sup>ا</sup>ألي *adeo*

ut praeficeret, vel sic: aegrotavit لا يـرـجـوـنـه اذ حتى انهم لا adeo  
 ut vel de eo desperent Sac. anth. p. 76, 1. <sup>1)</sup> Cum affir-  
 mativo simili: حتى لقد كان ita ut vel esset Sac. chr. 1.  
 p. 123, 2. E temporis tamen notione mansit junctura haec:  
 nonne ei sufficit ut fratres eum adorent حتى سجد donec  
 adoraverint i. q. ut vel ipsum adorare velit parentes suos?  
 Sac. anth. p. 130, 2.

مد ex quo (cf. §. 595), si cum verbo ponitur, perfectum sibi  
 subjungit, ut مد كان ex quo fuit Abulf. ann. T. 2. p. 170,  
 14. Sac. chr. 1. p. 82, 13.

Omnes hae temporis particulae ex §. 667 ita collocan-  
 tur, ut verbum proxime sibi postponant, nec sine verbo finito  
 dici possint, cum actionem fieri notent; solum اذ liberius  
 collocatur, ut aut reliquarum instar simpliciter struatur, aut,  
 notio si jubeat, enunciationi status ex §. 670 praeponatur.

Sed بينا (T. 1. p. 355) interea dum e notione sua non  
 nisi status enunciationi praeesse potest, ut subjectum ali-  
 quod semper sit proxime ei postponendum (cf. similia quae  
 accidunt post و status §. 730), ut اذ وجد بينا هو بهشي —  
 dum ambulabat aliquando, en invenit amicum suum, بينا  
 اذ اتانا نحن ننتظر — اذ اتانا  
<sup>2)</sup> بينا هم كذلك — سمع advenit nobis legatus; et sine verbo

1) Haririus h. l. diserte non ان, sed ان post حتى legendum esse  
 monet. Nihilominus vulgo ان حتى impressum legitur, cf. Sac.  
 chr. 1. p. 44, 11. 47, ult. 85, 13. Abulf. ann. T. 2. p. 272, 5.  
 320, 13. Marc. 4, 1 Erp.

2) بينا هم in unam vocem conflatum legitur Tab. p. 204, pen. 224,  
 3. At vix id ex certa causa pendet, sed librariis attribuendum.

*dum illi ita occupati erant, audiverunt Moslemi etc.* Poeta tantum verbum proxime sine subjecto apponere potest, ut Ham. p. 534, 11.

Huic <sup>بينا</sup> verbum finitum apodoseos rarius postponitur 740 nudum, frequentius praevio demonstrativo <sup>اذا</sup> *ibi, en,* quod apte actionem in majorem circulum celeriter incidentem introducat. Si vero vocula haec in *statum* rei improvisum animum vertens vel in apodosi vel post copulam inserenda videtur, longius fortiusque sonans <sup>اذا</sup> praefertur, ut <sup>لما</sup>

<sup>لما</sup> جاءهم <sup>بآياتنا</sup> اذا هم منها بضحكون *cum Moses iis signa nostra attulisset, ecce de iis ridebant,* ubi imperfectum praeteriti conspicis, Sur. 43, 45. 48. 56. 4, 75. Tab. p. 74, 8. Sac. anth. p. 122, pen. et post <sup>اذا</sup> *quando* Sur. 10, 22; porro:

<sup>انظروا</sup> واذا <sup>انجبت</sup> قد رفعت *viderunt et ecce vela jam sublata erant* Izzedd. av. p. 113, 10. Sac. anth. p. 127, 17, Tab. p. 10, pen. 64, 5. 14. 66, 13. 72, 13-17. Wakidi Mesop. p. 5, 11, unde hic non minorem esse patet status describendi varietatem e sensu aptam quam post simplex و status §. 730. Cf. alia §. 586. Hinc si status depingendus est, vel post <sup>بينا</sup> longiori <sup>اذا</sup> cedit brevius illud <sup>ان</sup>, ut Ham. p. 534.

Kos. chr. p. 75, 9. (ubi est و ante <sup>اذا</sup>) 103, 2. Ceterum poeta quis <sup>اذا</sup> *ecce* notans alias quoque usurpare potest, ut Kos. chr. p. 62, 1. Facileque apparet, hoc demonstrativum <sup>اذا</sup> prorsus aliter construi quam relativum <sup>اذا</sup> §. 739; illud enim status enunciationem comitatur, hoc contrariam.

*Consequentiam* dicti prioris distinctius quam simplex 741 illud <sup>في</sup> exponit <sup>بحيث</sup> proprie de loco vel spatio dictum *in tantum ut i. e. ita ut,* ut Arabs. Fàk. p. 28, 18. Abulf.



286 De enunciatione temporis, rationis, consilii.

ann. ant. p. 88, 15. Gradationem vero simul accedentem notare حتى, §. 739, 3 expositum est. Illud de praesente, hoc plerumque de praeterito dicitur.

Causam simplicissime أن §. 484 indicare potest, mediā scilicet in oratione, ubi nexus non potest non esse satis perspicuus; idque aut perfecto simplici junctum e sensu, ut: homo errat <sup>رأه استغنى</sup> أن quod vel quia se (cf. superius p. 154) opibus abundantem factum esse vidit Sur. 96, 7 et in locutione <sup>ذك</sup> أن hoc (propterea fiebat) quod vel quia 6, 131; aut modo naçbato sequente, si mentem agentis simul remotius innuere placet, ut: ejiciunt vos <sup>تؤمنوا</sup> أن quod credatis deo Sur. 60, 1. 85, 8 et §. 484 allata. Sed ubi distinctius loquendum, لأن quoniam ponitur, quod causam semper laxius et directe profert nec naçbato jungi potest; respondet ei demonstrativum <sup>لذلك</sup> propterea. Sed praeterea plures voces, proprie tempus vel rationem notantes, remotius ad causam varie transferuntur, prout e sententiae vi aptum est, ut tenue istud <sup>أذ</sup> temporale aequè ac latinum cum conjunctivo junctum, et <sup>حيث</sup> ubi = cum, quatenus cf. Arabs. Fâk. p. 47, 8, ubi ambo in parallelismo sibi respondent.

Consilium denique et finem actionis notat <sup>ل</sup> et gravius <sup>س</sup>، modo naçbato jungenda, cf. §. 626. <sup>س</sup> habes apud Schanfarium in Sac. chr. 2. p. 137, 7. <sup>ل</sup> Arabs Polygl. Hos. 2, 3 ponit pro ὅπως ἄν; cf. Marc. 3, 14. 4, 12. 21 Erp. Idem potest etiam حتى naçbato junctum dicere, at non per

se, ut nec unquam ab initio poni possit, sed postpositum tantum alii actioni, cujus finis animo subjectus describatur, ell. graeco ὡστε cum infinitivo. Negativa لا لَانِ vel لا لَمْ, لا كَيْلَا cum naçbato. يَانَ vero est *ed conditione ut*.

## 2. De enunciatione conditionali.

Conditionalis enunciatio ei, ad quam se refert, postponi 742 quidem potest, sed id magis forte fortunâ, si conditio sup- plenda videtur, et rarius fieri facile patet. E more autem praeponitur. Nec conditionalis thesis alii tam laxè praeponi- tur, quam simplex temporalis; ipsae enim cogitationis partes hîc arctius ita cohaerent, ut e priori, conditione scilicet, altera seu consequentia necessario prodeat, ambaeque mutuo vinculo jungantur. Unde cum correlativi quid oriatur, sed ita ut posterius velut thesis a priori ut arsi dependeat, for- ma quoque utriusque membri aequalitatem quaesivit, ut ad prioris formam alterius forma quam proxime accedat. Haec singularis hîc pulcritudo est arabismique virtus. Ceterum in singulis quoque forma enunciationum pro sensu nexuve diverso maxime variat.

I. اِنْ conditionem denotat simplicem, seu loquentem ali- 743 quid simpliciter sumere, unde aliud dependeat. Sed duplex hic statim panditur modus, quo actionis enunciatio concipi queat, alter sedatior, alter vividior ex origine.

1) Si, ut plerumque accidit, conditio in rebus futuris vertitur, actio quam ita certam ponimus, in *perfecto* enunciatur, utpote quam futuro tempore jam factam ratam- que mente nostrâ conspicimus; Latini notioni huic futuri ex- acti substituere possunt formam dilucidiorum. Ita نَفَعَلُ ذَكَكَ

نَفَعَلُ ذَكَكَ انْ شَاءَ اللهُ *faciemus illud si deus voluerit* (proprie vo- luit), اَخَافُ اِنْ عَصَيْتُ رَبِّي عَذَابَ يَوْمٍ عَظِيمٍ *timeo, si do-*

*mino meo morem haud geram (vel gessero), poenam diei atrocis,* كان زيد قد اكل من يتعرض عمرا ان جاء سادقا Zaid occultaverat homines qui Amro, si forte ceteros praevertisset, occurreret, ubi idem in thesi subjuncta fieri vides, ان اجاب الدعوة لم يكن عليه سبيل si invitationi parebit, non erit causa eum exagitandi. Cumque Arabum linguae indoles hic semper perfectum futuri cogitet, consentaneum in negatione لم ponere, ut ان لم يجب قتل si non parebit, interficietur.

- 744 Hic perfecti usus per se a sola conditionali particula seu potius a conditionis pronunciatae vi dependet, nec verbum in enunciatione praevia a modo suo et tempore idoneo recedit. Si tamen protasin conditionalem apodosis sequitur demum, idem perfectum in oratione admodum concisa vel ad apodosin transferri potest; etenim ubi res futura transacta jam cogitata est, consequentia quoque necessaria eodem modo concipi potest; utramque enim actionem, quae ita proxime unaque serie cohaerens sistitur, futurum tempus spectare ex solo jam ان in structura hac praeposito apparet. Ita ان فعلت ذلك قتلتك si feceris hoc, interfecero te vel, ut Latini dicunt, interficiam te; cum negatione ان فعلت ذلك لم انفتك si facias hoc, non interficiam te. Perfecti proprii loco jam in tali nexu plusquamperfectum dici potest Abulf. ann. ant. p. 42, 15. — Imperfectum in apodosi si quando manet, rem e loquentis sensu magis per se stantem eloquitur, ut ان افرجت عنكم تخزجون ما تجدونه si vos dimisero, emittetis, seu credo vos emissuros esse reperta etc. Abulf. ann. ant. p. 94, 9.

Formam dicendi modo descriptam ex origine valere ante 745 omnia tenendum est; exinde enim reliqua facile jam perspicua erunt. Nam cum perfectum conditionali in enunciatione e lege et origine ad futurum exactum referatur, si quando tempora ab hęc diversa notanda sunt, ambiguitas quaedam sermonis oriri potest. Rarius quidem de rebus praeteritis conditio valet, neque antiqua lingua hebraea tempus hoc notā quadam a futuro exacto distinxit: sed in arabismo, ut omnia quae ad tempora modosque pertinent diligentius distincta sunt, ita hoc verbo كان in subsidium vocato (cf. §. 202 sqq.) dilucidior evasit sermo hisce rationibus:

a) Ad perfectum vere *praeteritum* indicandum perfecto 746

كان ita praepositur, ut huic solo diserta praeteriti notio insit (cf. §. 208 sqq.), ut ان لم يكن فعل si fecit, كان فعل si non fecit, Sur. 10, 17. 6, 34. 60, 1. Kos. chr. p. 148, 13 sq. 150, 5. In apodosi si simul praeteriti notio insignienda est, قد perfecto praepositum sufficit, ut ان لم يكن عهد اليكم فقد عهد الي si vobis non injunxit hoc, tamen mihi injunxit Tab. p. 140, ult. cl. p. 244, 7. Sur. 4, 21. Quod idem قد ob praeteriti notionem apodosin comitari potest, etsi protasis non ejusdem temporis sit, ut ان اسلموا فقد اهتدوا si fidem praestabunt, jam a deo ducti sunt (Sur. 3, 20. 5, 125. cf. 60, 1), quoniam id ipsum quod fidem praestant eos a deo duci jam coepisse indicat. Negativi loco et hęc (§. 732) pro ما venit, ut من اشبه اباة فما ظكم qui (si quis) patrem suum refert, non peccaverit Sur. 5, 76. Izzedd. av. p. 54, 4. Arabs. F'ak. p. 18, 15. Protasi insertum قد actionem vix absolutam notat Henz. fr. p. 72, 4 sqq.

b) Ad *praesens* notandum nova haec placuit compositio, 747 ut imperfecto e §. 206 ipsum praesens indicanti كان praepo-



semper ad negationem praeviam se referat (alioquin fortius a negatione sejungendum est) et cum hac notionem adverbii *tantum*, *solum* praebeat, laxius et magis per se ponitur, ut cujusvis formae enunciatio sequi possit (cf. dicta §. 737). Si vero verbum finitum proxime sequitur, vis structurae condicionalis post  $\text{إِلا}$  non minus intacta manet quam si  $\text{إِنا}$  ipsum diceretur (neque enim Arabes sicut Latini *nisi si* dicere didicerunt). Semper igitur perfectum sequitur,

ubi de re futura et praesente agitur, ut  $\text{إِنِّي وَاللَّهِ لَا أَدْعِي أَمْرًا} \begin{matrix} \text{إِن} & \text{وَاللَّهِ} & \text{لَا} & \text{أَدْعِي} & \text{أَمْرًا} \\ \text{إِن} & \text{وَاللَّهِ} & \text{لَا} & \text{أَدْعِي} & \text{أَمْرًا} \end{matrix}$   
 $\text{رَأَيْتُ رَسُولَ اللَّهِ بِصِنْعِهِ إِلا صِنْعَتَهُ} \begin{matrix} \text{رَأَيْتُ} & \text{رَسُولَ} & \text{اللَّهِ} & \text{بِصِنْعِهِ} & \text{إِلا} & \text{صِنْعَتَهُ} \\ \text{رَأَيْتُ} & \text{رَسُولَ} & \text{اللَّهِ} & \text{بِصِنْعِهِ} & \text{إِلا} & \text{صِنْعَتَهُ} \end{matrix}$  *equidem per deum! rem,*

*quam dei legatum facere vidi, non mittam, nisi perfecero! i. q. nisi si perfecero, ubi vis structurae clarissime*

elucet; cf. Tab. p. 14, ant. 20, 7. 8.  $\text{لَا يَبْقَى أَحَدٌ إِلا خَرَجَ} \begin{matrix} \text{لَا} & \text{يَبْقَى} & \text{أَحَدٌ} & \text{إِلا} & \text{خَرَجَ} \\ \text{لَا} & \text{يَبْقَى} & \text{أَحَدٌ} & \text{إِلا} & \text{خَرَجَ} \end{matrix}$

*nemo maneat nisi exierit i. q. sed exeat p. 42, 13. 116, 11; vel ubi similiter ob rei temporis praeteriti vel praesentis durantis descriptionem nisi vis hujus  $\text{إِلا}$  accederet imper-*

*fectum haberes, ut  $\text{لَا يَجْعَلُ إِلا يَصِيدُ صَيْدًا} \begin{matrix} \text{لَا} & \text{يَجْعَلُ} & \text{إِلا} & \text{يَصِيدُ} & \text{صَيْدًا} \\ \text{لَا} & \text{يَجْعَلُ} & \text{إِلا} & \text{يَصِيدُ} & \text{صَيْدًا} \end{matrix}$  coepit*

*feram non venari quin cum fratre suo divideret Ham. p. 95, ult. Abulf. ann. ant. p. 16, 2. 172, 5. Sur. 6, 4. Ubi de re simpliciter praeterita agitur, eadem verbi formam utendum*

*est, ut  $\text{لَمْ يَصِبْ أَحَدًا إِلا هَلَكَ} \begin{matrix} \text{لَمْ} & \text{يَصِبْ} & \text{أَحَدًا} & \text{إِلا} & \text{هَلَكَ} \\ \text{لَمْ} & \text{يَصِبْ} & \text{أَحَدًا} & \text{إِلا} & \text{هَلَكَ} \end{matrix}$  neminem petiit quin per-*

*iret Abulf. ann. ant. p. 200, 14. Tab. p. 12, 6. Plusquamperfectum autem nostrum, ut alibi, per  $\text{إِذ}$  distinguendum est,*

*ut  $\text{مَا شَيْءٌ كُنْتُ أَرَدْتُ أَن أَقُولَهُ إِلا وَقَدْ أَتَى بِهِ أَوْ نَرَادَ عَلَيْهِ} \begin{matrix} \text{مَا} & \text{شَيْءٌ} & \text{كُنْتُ} & \text{أَرَدْتُ} & \text{أَن} & \text{أَقُولَهُ} & \text{إِلا} & \text{وَقَدْ} & \text{أَتَى} & \text{بِهِ} & \text{أَوْ} & \text{نَرَادَ} & \text{عَلَيْهِ} \\ \text{مَا} & \text{شَيْءٌ} & \text{كُنْتُ} & \text{أَرَدْتُ} & \text{أَن} & \text{أَقُولَهُ} & \text{إِلا} & \text{وَقَدْ} & \text{أَتَى} & \text{بِهِ} & \text{أَوْ} & \text{نَرَادَ} & \text{عَلَيْهِ} \end{matrix}$*

*non erat, quam dicere volui, vox nisi ita, ut ipse jam eam dixisset vel majora quoque protulisset Tab. p. 34, 17.*

Ante hoc saepius  $\text{وَ}$  status (de quo v. p. 277 reperitur, quod tamen etiam sine  $\text{وَ}$  perfecto ad quemvis temporis cir-

culum translato praeponi potest, ut Abulf. ann. ant. p. 84, 4. Ante enunciationem status propriam و ponere consultius est, ut participio post subjectum sequente: <sup>لَمْ يَشْعُرْ</sup> — <sup>لَا وَالرَّاعِي</sup> — <sup>ذَانِلًا</sup> — non scivit — nisi pastore ascendente i. e. improviso pastor descendit.

750 2) Aliâ ratione conditio, quam quis sumit, ex animi sui motu ita pronunciari potest, ut cogitari quasi jubeatur, v. c. *moriatur!* i. e. fac eum mori, s. *si moriatur*. Quâ ex loquendi formulâ factum est, ut *jussivus* §. 210 ad conditionem notandam frequentissime traductus sit. Praeponi quidem, si nihil aliud praecedat (§. 753), cum *jussivus* Arabibus ab initio poni non possit (§. 630), saltem simplex <sup>أَنْ</sup> <sup>ع</sup> semper consuevit: sed id nisi orationis dilucidandae causâ non accessit, tenendumque inprimis, conditionis notionem jussivi dictioni inesse. Ratio haec dicendi a priori ita quidem diversa est, ut conditionem magis e loquentis animo sumtam indicet, unde praesertim usitata est in conditionibus disjunctivis <sup>أَوْ</sup> <sup>أَنْ</sup> <sup>ع</sup> sive — sive; porro cum vividior multo sit et fortior dictio, non in postpositis conditionibus obvia est, uti nunquam post vocem <sup>أَنْ</sup> <sup>ع</sup> §. 749 invenitur, nec facile post <sup>وَأَنْ</sup> <sup>ع</sup> *etsi, quanquam* *jussivus* occurrit nisi in enunciatione praepositâ (Sur. 6, 24); sed in protasi tantum, quae apodosin necessario requirat, *jussivus* suo loco est: quanquam cum colore magis quam sensu ultimo a priori differat, haud raro discrimen quod intercedat vix sentitur. Usu quoque haec illius simillima evasit. Nam apodosis *jussivum* seu formam protaseos totam imitatur, ut quo animi motu conditio pronunciata erat eodem consequentia; unde apodosi per se

protasi tam arcte juncta est, ut hic quoque  $\text{ن}$  apodoseos prorsus absit. Nec jussivus per se in apodosi ineptus est. Subjectiva enim, quam jussivus eloquitur, cogitatio proxime *finem* animi denotat (unde  $\text{ل}$  *ut* substitui potest, §. 210):

sed finis hic, cum conditio praecedat, ab hac ita pendet, ut

inde simul *consequatur*. E. c.  $\text{ان يشاء الله يختم على قلبك}$

$\text{و يفتح الله الباطل}$  *si velit deus, obsignabit (i. q. munit)*

*cor tuum, et delebit deus vanum;*  $\text{ان تبدوا ما في صدوركم}$

$\text{او تخفوه بعلمه الله}$  *sive palam faciat in animis recondita sive celetis, deus ea recognosset.* Sic jussivus et in protasi et in apodosi haud mutatus continuatur, si oratio unâ

serie procedit vel inserto  $\text{او}$  *sive* S. 42, 33. ad initium redit: at si ad nova sermo deducitur, inserto  $\text{ن}$  ex §. 628 *naçbatus* <sup>1)</sup> jussivo succedere potest, ut Tab. p. 244, 20 — 246, 2. Rarissime poeta quis in apodosi formam imperfecti *raçatam*, non injustam illam per se, sed usui familiari contrariam retinuit, metri scilicet legibus coactus, ut Abulf. ann. ant. p. 124, 16.

Denique utraque ratio secundum protasin et apodosin <sup>751</sup> vel componi potest, quanquam id rarius invenitur et poeti-

cum magis refert colorem, ut  $\text{ان يكن مني (2) ذني اجلي}$

$\text{و تمت من ذل علي قدمي}$  *si terminus meus (mors) propinquus mihi erit, animo submisso me in pedes erigam etc.*

1) Idem de quavis thesi conditionali valet, etiam post perfectum cum  $\text{لو}$  Arabs. Fâk. p. 35, 3. 4.

2) Pro  $\text{ذني}$  poetice, vel potius pro  $\text{ذنيبا}$  in prosâ.



versus in Izzeddin av. et fl. p. 17, 1. مَنْ تَقِيَ السَّيِّئَاتِ يَوْمَئِذٍ  
 وَمَنْ تَقِيَ السَّيِّئَاتِ يَوْمَئِذٍ *quem* (i. q. si quem) *a malis die illo libera-*  
*veris, ejus jam misertus es* Sur. 40, 10. مَنْ كَانَ يُرِيدُ حَرْثَ  
 مَنْ كَانَ يُرِيدُ حَرْثَ *qui* (i. q. si quis) *vult* (praesens pro-  
 prium ex §. 747) *vitae futurae campum colere, ei e cultu*  
*fruges augebimus* Sur. 42, 20. cf. Sac. anth. p. 75, 1-6.

752 Ceterum e dictionis hujus naturâ facile patet, conditio-  
 nem in protasi saltem non nisi de rebus futuris intelligi posse.  
 Interim poetae in protasi de re praeteritâ ita loqui interdum  
 instituunt, ut jussivo verbi كَانَ, quod vim dictionis excipiat,  
 verbum praeteriti sensus postponant, ut اِنْ اَكَّ قَدْ بَرَدْتُ  
 اِنْ اَكَّ قَدْ بَرَدْتُ *si iis* (interficiendis) *invi-*  
*diam meam sedavi, non amputavi in iis nisi mei ipsius*  
*digitos i. e. mihimet ipsi noxam et dolorem intuli* Ham.  
 p. 96.

753 Jussivum in protasi non posse sine اِنْ praeposito dici,  
 supra dictum est <sup>1)</sup>. Sed *imperativus*, qui indole et ori-  
 gine suâ jussivi simillimus est, ut ubique ita hîc quoque sui  
 per se juris est, atque frequentissime ab initio ita praeponi-  
 tur, ut deinceps, si sensus consequentiam aliquam fert, jus-  
 sivus sequatur; de quo v. §. 732. Qui imperativi et jussivi  
 nexus intimus illius conditionalis §. 750 simillimus est, ut  
 nonnunquam utraque dictio fere eodem redeat, ut اَرْفُوا

1) Rarissime tamen poetae mediâ in oratione اِنْ omittunt, quo per  
 se non opus est; in apodosi jussivo ita نِي praeest, v. versum  
 poetae hispani in Ibn-Khacan ed. Weyers p. 48, 12.

أَوْفِ بِعَهْدِكُمْ أَوْفِ بِعَهْدِي *servate vestrum foedus, ut servem meum, cui, si minus vivide dictum velis, substituere possis* أَوْفِ — أَنْ تُؤْفُوا — *si servabitis —, ego servabo; sed cave ne* utramque dictionem confundas, et colore et sensu satis diversam; nam absonum est putare, *تعالوا ندع* *agite! vocemus!* dictum esse pro: *si agitis, vocabimus*, ut uno exemplo rem absolvam. Ceterum imperativi locum alia inter-

jectionalis dictio explere potest, ut *فؤيد* (P. 1. p. 369) Ham. p. 56. Rarissime perfectum jussivi locum occupat, ut *Reinaud mon. mus. T. 2. p. 444* in versu.

Pauca hic de apodosi omnium enunciationum conditionalium adjicienda sunt. Constat e supra dictis, apodosin, in cujus fronte aut perfectum aut jussivus protaseos redeat, tam arcte junctam esse, adeoque per se jam consequentiae notionem includere, ut *ن* consequentiae nunquam praepnatur. Sed quo majore vi id valet, eo constantius, ubicunque diversa instituitur apodoseos ratio, ne lacera maneat orationis compages, illud *ن* inseritur. Variacque ita *ن* interponi jubent causae: 1) si apodosis verbo omnino caret, ut *لَمْ يَتَّقِ اللَّهَ فَلَهُ عَذَابٌ عَظِيمٌ* *si deum non timebit, ejus est poena magna*, vel si verbum ab initio saltem poni nequit, ut si apodosis ab emphatico *أَنَّ* incipit vel a *س* 1) et

*سُونِ* §. 205, vel a *قَدْ* jam dicto, quae quamvis minimae sint voces verbo necessario praemittendae, tamen orationis formam prorsus inhibent et mutant, ut *ن* restituendum sit. Negationes proximae quidem *لَمْ* et *لَا*, cum ad verbum neces-

1) Rarius dictum, sed ex similitudine §. 753, hoc est: — *فليدع*

*سندع* *advocet ergo suos auxiliares! advocabimus tum nos nostros* Sur. 96, 17. 18.

sario pertineant, compagem haud solvunt: sed vel <sup>لَنْ</sup> et ما quod emphasin quandam inducunt, sine <sup>نِي</sup> locum tueri nequeunt <sup>1)</sup>). Ubicunque vero verbum ab initio poni nequit, pro perfecto et jussivo vulgaris exoritur dicendi modus, i. e. nisi aliud accidat, imperfecti modus raf'atus, <sup>سِي</sup>, ut plerumque fit, de rebus in futurum tempus transeuntibus sermo est, ut <sup>مَنْ زَكَتَ فَإِنَّهَا بِذَكَتِ عَيْ نَفْسِهِ</sup> *qui* (i. q. *si quis*) *perjurus est, perjurus erit tantum contra se ipsum* Sur. 48, 10. — 2) Si verbum, quamvis ab initio ponatur, non eo, quem in arctâ illâ juncturâ tuiturum esset, sensu atque vi dicitur. Ita si apodosin imperativus incipit, qui per se jam ob emphasin suam sine <sup>فِي</sup> stare non posset, ut <sup>أَنْ حَاجُّوكَ فَقُلْ</sup> *si tecum disputent, dic* Sur. 3, 20. 31; vel si perfectum sensu diverso dicitur, aut in votis (§. 710), ut <sup>وَأَلَّا قَرَمِي أَلَلَّ</sup> *sin minus, deus pupillam meam coecam reddat!* aut sensu praeteriti temporis, si forte, quod rarius fit, <sup>أَنْ كَانَ قَمِيصُهُ قَدْ مِنْ قَبْلٍ</sup> non est praemissum, ut <sup>فَصَدَقَتْ</sup> *si tunica ejus prius rupta erat, verum dixit ea femina*, cf. Ham. p. 69, etsi pro <sup>نِي</sup> dici potest <sup>لَقَدْ</sup> *certe* Kos. chr. 149, 12.; vel si praesens sequitur, ut <sup>أَنْ أَبَيْتُمْ فَلَا أَرِي لَكُمْ رَابِئًا</sup> *si nolueritis, non video quid vobis consulam* Tab. p. 110, 6. Similiter verba, quae non nisi in perfecto occurrunt, ut <sup>عَسِي</sup> p. 109, quia in adverbii notionem transeuntia flexionem sensusque facilem variationem amittunt, sine <sup>نِي</sup> dici nequeunt; multoque etiam minus <sup>لَيْسَ</sup> §. 479, quod vix tem-

1) Legitur tamen <sup>لَنْ</sup> sine <sup>نِي</sup> Tab. p. 216, antep.

poris ullius notionem tenet. — 3) Denique nota locutionem contractam — <sup>وَأَلَّا</sup> <sup>فَ</sup> *et nisi* (hoc ita est, vel erat) res se habet vel habebat potius sic i. e. *alioquin* (ut Henz. fr. p. 4, ult.), ubi <sup>فَ</sup> post protasin non completam necessarium est, subjectumque sibi postpositum habet. — Praeter has vero causas rarissime <sup>فَ</sup> apodosi accedit, nec scio an aliter hoc ferri queat, nisi quod particula <sup>فَ</sup>, quae in oratione continuâ voci <sup>أَنَّ</sup> praefixa erat, propter nexum faciliorem jam ante apodosin repetitur <sup>1)</sup>; neque jam post <sup>فَ</sup> perfectum futuri notionem tenens in apodosi toleratur, sed imperfectum ut in oratione vulgari redit, ut Tab. p. 110, 5.

Si in oratione vehementius commotâ emphaticum istud <sup>لَئِنْ</sup> conditionem orditur, modus plerumque emphaticus in apodosi sequitur ei optime respondens, neque ibi <sup>فَ</sup> desideratur, ut <sup>لَئِنْ لَمْ يَكُنْ بِمَقْتَدِرِينَ</sup> *perfecto, si non parebit, interficietur!* Frequens est ea dictio cum in Korano tum alibi in prosâ quoque.

## 2. Quae hucusque descripta est enunciationum conditio- 755

nalium natura, ea non tantum a conjunctione <sup>أَنَّ</sup> ut simplicis conditionis notâ dependet, sed cum per se ex suâ ipsius virtute constet, ad similia porro plurima valet. Ubicunque eadem simplicis conditionis vel rei, quae num adsit non curamus, simpliciter sumtae notio subest, structura eadem redit ratione admodum variâ.

1) Sunt locutiones aliquot concisae, quae cum conditio- 756 nem vi suâ contineant, particulam conditionalem omittunt utpote e contextu superfluum. In his perfectum e notione §.

1) Ut in hebraeis, v. gr. hebr. cr. p. 552.

742 *descriptâ semper ita legitur, ut exinde conditionis notio per se pateat. Pertinent huc dictiones, in quibus quae cogitari possint, breviter disjunctive ita describuntur, ut aut*

duo verba adsint, ut <sup>أنا الملك شئتكم أو أبيتم</sup> *ego sum rex,*

*sive velitis sive nolitis* Izzedd. av. p. 112, 10, <sup>سواء غابوا أو</sup>

<sup>حضرُوا</sup> *par i. e. nihil refert absentes sint praesentesve* Arabs.

Fâk. p. 87, 12; aut unum verbum, quo solo opus est, quo magis oppositio eluceat, mediae seriei inseratur, qualis est

<sup>فَـرَـيـباً</sup> *peregrinus fuerit aut vicinus, i. q. sive per. f. sive vic.* Koseg. chr. p. 84, 8. Not. T. 8. p. 345, 2.

Ham. p. 91, 12. Sac. anth. p. 10, 15; ubi tamen <sup>سواء</sup> praeponitur, verbum praeponi potest, ut Sac. anth. not. p. 50, 4. nec

nisi serius, quantum scio, <sup>سوا</sup> haud praemisso, verbum praeponitur, ut Sac. anth. p. 474, 7. Interdum alterum tantum, quod cogitari possit, priori jam sine conditione proposito, ita adjun-

gitur, ut statim <sup>أو</sup> *aut* adjecto forma sermonis conditionalis

ordiat, ut <sup>أو أنكرت</sup> *aut nolueris, i. q. nisi forte nolis, ut* Sac. anth. p. 93, 4. 164, 2: Hic, si orationem in apodosi quadam continuare placet, <sup>في</sup> consequentiae omitti nequit; potest tamen, ut in apodosi, perfectum sequi ejusdem cujus in thesi notionis.

757 2) Vicinae sunt enunciationes generales, a pronomine

relativo personae vel rei introductae, igitur a <sup>من</sup> *quis et* ما

*quid, eorumque derivatis, ut* <sup>مهما</sup> *quicquid* §. 487, <sup>كلما</sup>

*quodcunque, nec non similibus pronomibus* <sup>أي</sup> *quicunque* §. 723<sup>b</sup>; quae sequuntur voces adverbiales notionis

ejusdem, ut كَيْفَ vel كَيْفَمَا quomodo, أَنِي vel أَيِنمَا vel أَيِنمَا,   
 حَيْثُ et حَيْثَمَا ubi, quod ex enunciationis hujus vi jam notat   
 ubicunque. Omnia haec proxime e §. 742 perfecto jungun-   
 tur, ut id quod re verà nondum est, mente tamen jam ut   
 factum praeteritumque concipiatur; sed si mente tantum   
 jam factum cogitatur, eo ipso rei ratio et eventus conditio-   
 nibus subjicitur, nec de unà re, quae fiat, vel facta sit, co-   
 gitatur, sed de quavis hujus generis, quae fieri possit; unde   
 vis sententiae maxime generalis oritur. Haecque ipsa per-   
 fecti junctura continui usus est, si enunciatio hujuscemodi   
 orationi subjungitur, ut لَبِئْظَرٍ مِّنْ شَاءٍ ut videat qui volue-   
 rit i. q. quicumque velit, لَا يَجْسُرُ أَحَدٌ كَانِمَا مِّنْ كَانَ عَلَيَّ non audebit ullus,   
 ut sit quisquis fuerit (v. sit) etc. Henz. fr. p. 54, 1. Kos. chr. p. 128, 2.   
 أَمْرِنَا أَنْ نَبْلِغَ عِنْدَهُ jussit nos mandata ab eo iis re-   
 nunciare, penes quos virtutem viderimus seu potius e la-   
 tino contextu vidissemus Tab. p. 58, 10. تَقُولُ مَا قُلْتَ مَتَمَكْنَا   
 dices, quae dixeris i. q. quaecunque dicas, fiducia plenus   
 p. 10, 1. Sur. 4, 3. 6. يَأْخُذُ بِأَخْذٍ مِّمَّهَا أَمْكَنَهُ مِنَ الرَّبِّ بِأَحْبَبٍ capit   
 quotquot potuerit (v. potest), herbas odoriferas Abulf. ann.   
 ant. p. 8, 8. 172, 2. هِيَ عَامَّةٌ فِي كُلِّ دَلِيلٍ يَسْتَدَلُّ بِهِ مِنْ أَيِّ عِلْمٍ   
 haec (methodus) complectitur omnia quibus probatur   
 argumenta, e quocunque scientiae genere fuerint (v. sint)   
 Sac. anth. p. 474, 9. 10. اقْتُلُوهُمْ حَيْثُ وَجَدْتُمُوهُمْ interficite   
 eos ubicunque eos inveneritis, هُوَ مَعَكُمْ أَيِنمَا كُنْتُمْ is est

vobiscum, ubicunque sitis Sur. 57, 4. <sup>أمرهم بالسجود للبقر</sup>  
<sup>جاءت رواها</sup> *jussit eos boves adorare, ubicunque eos con-*  
*spicerent; de كیفهما v. Schult. monum. p. 56, 17. Nota eo-*  
*dem referendam esse structuram conjunctivalem ما, ut: per-*  
*maneto ما أقمت* <sup>عَدَدٌ</sup> *quod (temporis) = quam diu permanseris*  
*(vel permanebis) §. 198, et rarius dictum: timete deum.*  
<sup>صوت</sup> *ما استطعتم* *quod i. q. quantum potueritis (vel potestis) Sur.*  
*64, 17.*

758 Si enunciatio hujus generis protasin efficit, ea est ejus  
 virtus, ut apodosin quoque e suâ vi constituat. Igitur si in  
 protasi perfectum est, idem ex §. 744 in apodosi redire  
 potest, eodemque prorsus quâ supra expositum est ratione.

V. c. <sup>من كتم سره بلغ مراده</sup> *qui arcanum suum abscondet,*  
*ad finem suum perveniet. Potest vero protasis jussivum*  
*quoque exhibere <sup>1)</sup>, ut apodosi ejusdem prorsus, quod §.*

750 descriptum est, generis sit, ut <sup>من بعث عن ذكر الله نقبض</sup> *ut*  
*quicunque se a commonitione dei avertat, ei*

*Satanam adjungemus, <sup>من بطع الله يدخله الجنات</sup> quicun-*  
*que deo obediverit, eum in paradisum ducet, <sup>ما تفعلوا</sup>*

*quicquid boni faciatis, novit id deus, <sup>من خبر بعلمه الله</sup>*

*من يصب في قومه بمثل الذي أصبت به في قومي إلا ساءة ذلك*

1) Nam jussivum in enunciatione simplice (seu eâ quae nec prota-  
 seos nec apodoseos naturam fert) stare posse, nec Sur. 57, 24.  
 mihi probare posse videtur: nam et ibi protasin agnosco.

qui in gente sua malis ejusdem generis, quibus ego in meo, affligitur, nonne male eum habuit? Tab. p. 222, 7.

أينما تكونوا بدركم الموت *ubicunque sitis, assequetur vos mors* Sur. 4, 77. *ن* autem consequentiae e legibus §. 754

accedit, ut *من يفعل منكم فقد ضل* *qui id vestrum facit, erravit* Sur. 60, 1. 6. Ante interrogationis vocem hoc *ن* abesse potest, ut Izzedd. av. p. 55, 2 sq.

Sed quanquam in his dicendi ratio eadem prorsus est 759 quae in enunciationibus mere conditionalibus, non omnia tamen hic eadem vi valent. Ita reperias quidem *كان* cum imperfecto praesentis notione post *من* hic illic usitatum (ut Sur. 4, 133. 60, 6. Izzedd. av. p. 55, 2), at praeteriti temporis notatio peculiaris §. 746 hic usu non venit. Unde simplex perfectum etiam notione temporis proximā obvium est, ut *كان من حضر إبراهيم* *ex iis qui praesentes fuerunt, erat Ibrahim.* Porro etsi saepius perfecto futuri in enun-

ciatione negativā *لم* cum formā g'ezmatā respondet, tamen etiam sublatā dictionis vi propriā imperfectum <sup>1)</sup> cum *ي* reperitur, ut *من وعي* *qui collegerit* et *من لا يعي* *qui non col-*

*ligit* Tab. p. 10, 8. 9. Denique *ن* apodosi per se positae et ibi nonnunquam accedit, ubi e §. 754 apodosis eo caret, ut *من بومين يربيه فلا يخاف بخسا ولا رهقا* *qui domino suo fidem habet, non timebit damnum nec detrimentum.*

3) Denique sunt particulae temporis aliquot, quibus si 760 milia accidunt. Has inter frequentissima est et simplicissima

1) Nam ex §. 696 not. perfectum ita cum *ي* dici nequit.



إذا <sup>ا</sup>quando, cum, quam similiter ac أن <sup>ا</sup>perfecto jungi p. 282  
 dictum est. Ita: إذا <sup>ا</sup>التجوم طمست وإذا <sup>ا</sup>السماء فرجت <sup>ا</sup>quando  
 vel si *stellae oblitteratae fuerint vel erunt, et si coelum*  
*disruptum* Sur. 77, 8. 9. لا <sup>ا</sup>تباسن وإن <sup>ا</sup>طالت <sup>ا</sup>مطالبة إذا <sup>ا</sup>  
 لا <sup>ا</sup>تباسن وإن <sup>ا</sup>طالت <sup>ا</sup>مطالبة إذا <sup>ا</sup>استعنت <sup>ا</sup>بصبر <sup>ا</sup>أن <sup>ا</sup>تري <sup>ا</sup>فرجا  
*longum, cum vel si patientiam in auxilium vocaveris,*  
*te visurum esse gaudium* Ham. p. 522; أن <sup>ا</sup>كنت <sup>ا</sup>راغباً في  
 الخلافة أبنت <sup>ا</sup>أنا منها إذا <sup>ا</sup>دعيت <sup>ا</sup>إليها ثم <sup>ا</sup>كنت <sup>ا</sup>أول <sup>ا</sup>من <sup>ا</sup>يبايعك  
*si chalifatum appetis, ego ab eo recedam ubi ad eum*  
*evocatus fuero, atque primus ero qui tibi fidem sponde-*  
*bit; أن <sup>ا</sup>كان <sup>ا</sup>عدوهم <sup>ا</sup>بنال — إذا <sup>ا</sup>أعانه <sup>ا</sup>*  
*consilium suum adepturus esset, si eum contra illos juvisset*  
 (Ham. p. 97, 6 a f.), ubi vel hypotheticae thesi إذا <sup>ا</sup>post-  
 poni vides. Sentisque simul, quantum sit inter إذا <sup>ا</sup>temporale  
 et أن <sup>ا</sup>conditionale discrimen, in nostris linguis vix ita per-  
 spicuum atque constans. Sumit quidem et إذا <sup>ا</sup>rem vere fu-  
 turam ut perfectam vel ut transactam mente cogitandam:  
 sed ita, ut conditionem per se non praescribat. Sed sicut  
 simplicis imperfecti notio non ad tempus tantum vere futu-  
 rum, sed ad praesens quoque et praeteritum, si actio in iis  
 durat, continuo transfertur (§. 206 sqq.), ita إذا <sup>ا</sup>ad eundem  
 temporis circulum pertinens in oratione de tempore praesenti  
 et praeterito durante non minus perfecto junctum frequen-  
 tatur: nam sicut in simplice re futurà hoc إذا <sup>ا</sup>terminum tem-  
 poris futuri transilit id pandens quod mente tantum nostrà  
 actum videmus, ita ubi de re durante vel repetitâ agitur إذا <sup>ا</sup>  
 terminum aperit, quando res haec usu venire possit. Pote-

stas ejus semper est per se unica constansque, sed e temporis, in quo cogitatio versatur, ratione varia, quamquam semper e contextu satis dilucida. De praesente v. c.

أَظْهَرُ مَسْجِدًا إِذَا مَرَّ بِهَيْمِ النَّبِيِّ يُقُومُونَ سَاجِدًا إِذَا مَرَّ بِهَيْمِ النَّبِيِّ *surgunt adorantes, si*

*transit (proprie ubi transierit) propheta; إِذَا نَارَقَتْ طَرَابُلُسَ*

أَظْهَرُ مَدِينَةَ إِذَا نَارَقَتْ طَرَابُلُسَ *ubi reliqueris vel si relinquis*

*Tripolin, non pervenis ad urbem nisi post dies aliquot.*

De praeterito patet formam hanc dicendi non posse occurrere, nisi ubi de statu, conditionibus vel moribus, qui tempore praeterito fuerint, oratio agit. Isque usus latissime regnat, v. §. sq. Ceterum post إِذَا, uti in omnibus hujusmodi thesibus, perfectum ex hac vi per plura verba continuari potest, donec forte impedimentum aliquod orationis seriem aequabilem ita inhibeat, ut simplex verbum finitum, id vero est imperfectum, restituatur, cf. Sur. 69, 13-18.

Jam quamvis إِذَا non conditionem per se ponat, tamen cum e mente loquentis solà tempus definiat remque conditionibus subjiciat, proxime ad conditionalis particulae أَنْ structuram vimque accedit <sup>1)</sup>. Nam si protásin quandam efficiens praecedit, id quod frequentissime fit, enunciationem quoque sequentem ut apodosin sibi subjicere studet; unde plerumque perfectum in apodosi sedem habet, neque ibi interest de quali tempore agatur. Et si forte oratio inde ab apodosi longius deducatur, perfectum usque continuari solet, donec aut structura prorsus mutetur, ut si verbum postponitur, aut sententia nova ordiatur; unde perfecti in apodosi vis mox uno verbo absolvitur, mox per duo, tria vel quatuor

1) أَنْ quod pro إِذَا poni videtur Sur. 10, 13, magis tamen tempus simplex (*postquam eum liberavimus, abiit*) ponere potest, ceterum structuram haud mutatam.

verba integra manet. De praesente v. c. <sup>بـومـنـ بـأبـاتـمـاـ الذـيـن</sup>  
<sup>إذا ذكروا بها خروا سجدا وسبكوا بحمدهم وهم لا يستكبرون</sup>  
*credunt signis nostris ii, qui ubi de iis commoniti fue-*  
*rint, procidunt adorantes laudemque domini sui cele-*  
*brant, ipsi haud superbientes* <sup>إذا راوا تجارة وكهوا انقضوا اليها</sup>  
*ubi mercaturam ludumque vident, ad ea se dispergunt*  
 Sur. 32, 16. 62, 11. De praeterito: <sup>أذكر ونحن بقترين إذا</sup>  
<sup>جاء الليل جعلنا جميع ما لنا في سرداب لنا في دورنا ولا نترك</sup>  
<sup>أذكر ونحن بقترين إذا</sup> *memini nos Kaz-*  
*vini degentes, ubi nox adveniret, omnia nostra in cel-*  
*lis quas in habitaculis habebamus condidisse nihil in*  
*terra relinquentes, et ubi lux affulgeret retraxisse Sac.*  
 chr. 1. p. 46, 10 sqq. Ham. p. 416. Confer et hoc: <sup>جعل</sup>  
<sup>يلبس القميص مكان السراويل والسراويل مكان القميص فإذا</sup>  
<sup>وإذا</sup> *coepit indusium loco femoralium induere*  
*et vice versa; ubi vero rogaretur de hoc, dicere solebat*  
*etc. De praeterito ubi agitur, ab initio totius sermonis*  
 كان *ad sensum elucidandum saepe praefigi §. 208 dictum*  
 est; sed vel ubi *إذا* proxime post كان *occurrit, in apodosi*  
*imperfectum, quod per se ad كان pertinet, in perfectum ab-*  
*ire potest, ut* <sup>أما حج مع حج</sup> *si peregrinationem*  
*sacram instituit, eandem cum eo centum instituire so-*  
*lebant,* <sup>كان سيبويه إذا وضع شيئا في كتابه عرضة علي</sup>  
*bat Sibavaihi, si quid in libro suo conscripserat, id mihi*

examinandum tradere. Interim lex apodoseos non adeo sibi jam constat, ut semper perfectum in eâ redeat; nam passim imperfectum in apodosi mansit, praesertim si كان illud modo praecessit, ut *si quem* كان اذا وجد رجلاً منهم يقول له *ex iis reperit, ei dicere solebat*, cf. Abulf. ann. Musl. 1. p. 198, 11. Sac. chr. 1. p. 16, 4. 39, 1. 71, 11. Sur. 63, 4. Cujus simile hoc est, quod negativa thesis in apodosi passim quidem per كَم cum formâ g'ezmatâ e §. 743 exprimitur, ut اذا القوم قالوا من فتى خلت اني عنيت فلم اكسل ولم اتبلد *ubi tribus quaerit, quisnam vir? me innui puto, nec segnis sum neque iners* Taraf. M. v. 42, uti e lege fit proxime post اذا in protasi, ut اذا لم يجمع احد ثلثمئة رجل *si quando iter sacrum non suscepit, trecentos viros id suscipere jussit*, at frequentius imperfectum cum لا (cf. §. 759) mansit ratione simpliciori, ut اذا غضب لا يبالي من قتل *si quando succensuit, non curabat quemcunque interficeret* (de من v. §. 757) Abulf. ann. Musl. 2. p. 176, 1. <sup>1</sup>). Saepe etiam in apodosi sermo post levem pausam in imperfectum redit, ut كان اذا صلى حمد الله ومجده ودي ثم يقول *si preces fundebat, solebat deum laudare et concelebrare prophetamque invocare, tum dicere* T. 2. p. 76, 17. — Neque في apodosi hic praefigitur, nisi ubi ex §. 754 eo careri nequit, ut Ham. p. 522, 4, ubi poeta cum nomen in

1) Rarius proxime post اذا et ante لا cum imperfecto inseritur كان, quod vim perfecti ferat, ut اذا كنت لا تخاطب زيدا *si Zaidum non alloqueris* Sac. anth. p. 160, 5.

apodosi praeponat,  $\text{ن}$  hoc carere nequit. Etiam ante  $\text{و}$  apodoseos  $\text{ف}$  esse potest, ut  $\text{اِذَا نَطَقْتُ فَلَا اَقُولُ اِلَّا هُوَ}$  *si loquor, non dico nisi Ille (deum)*, ubi tamen  $\text{و}$  ob  $\text{اِلا}$  sequens fortius pronunciatum hoc  $\text{ن}$  induxisse videtur, Izzedd. av. p. 14. 15.

$\text{اِذَا}$  facile patet etiam ponendum esse, ubi  $\text{و}$   $\text{رَب}$  vel  $\text{و}$  cum genitivo praepositum de re frequenter facta agi notat (§. 521), ut  $\text{وَنَدَمَانِ يَزِيدُ النَّاسَ طِيبًا سَقِيمًا اِذَا تَعَوَّزَتِ النَّجُومُ}$  *saepe convivae, qui poculi odorem suavem augebat, potum dedi cum stellae occidissent.* — Ipsum autem  $\text{رَبَّمَا}$  §. 485 saepe rem fieri notans, etsi ad praesens tempus spectat, tamen perfecto proxime jungitur; nam cum proprie notet: saepe (fit) *ut fecerit*,  $\text{مَا}$  ex cogitato tantum perfectum ponit, similiter ac vidimus in aliis §. 757. Agiturque semper de re praesente, ut  $\text{رَبَّمَا سَمِعَ السَّامِعُونَ}$  *saepe audiunt auditores* Sac. chr. 1. p. 135, 7. T. 2. p. 133, 9. not. p. 22. anth. p. 165, 15. Kâm. p. 1982, 15 etc. et similiter  $\text{قَلَّمَا}$  raro aliquid fieri notans Not. T. XII. p. 398, 3 cl. p. 267, 2; sed usu venit vel post  $\text{اَنْذَرْتُ اَخْتَشِي اَنْذَرْتُ}$  *timuit ne*, ut in futurum tempus spectet, Arabs. Fâk. p. 34, 18 sqq. Potestque perfecti vis ac structura per plura verba manere: at novo quodam impetu sumto vel ubi quid ne verbum praecedat impedit, continuo simplex forma temporis, i. e. imperfectum redit. Raro autem imperfectum proxime post  $\text{رَبَّمَا}$  invenitur, ut Abulf. ann. ant. p. 172, 9 (ubi  $\text{رَبَّمَا}$  duplex sibi oppositum notat *interdum — interdum*), Arabs. Fâk. p. 34, 4. 41, 20. 62, 13. 73, ult. 86, 16. 93, 10. 12. 23. 25, ubi ex rariore usu *fortasse* notare videtur.

Rarissime autem اِذَا proxime imperfecto jungitur, quae junctura non e sensu temporis falsa, sed minus distincta et acuta est. Neque id conspicitur nisi apud poetas metri gratiâ licitum, ut Tab. p. 124, ult. Caab b. Zohair v. 48. Amrui M. ed. Kos. p. 6, 5. Sac. chr. 1. p. 81, 9. T. 3. p. 5, v. 21. Ham. p. 39, 12. 40, 7. 188. 383, f. bis. ubi plerumque de tempore non praeterito, sed praesenti orationem agere videbis. Praeter poetas idem in Korano passim occurrit, ut in apodosi etiam ex ratione vulgari perfectum sequatur, quod nec minus poetis facere licet; observes tamen imper-

fectum ita praesentis notionem tueri, ut اِذَا تُتْلَىٰ عَلَيْهِمْ آيَاتُنَا

ubi iis signa nostra praeleguntur, dicunt Sur. 10, 16. 42, 29. 45, 25. 46, 7. 83, 13. etc. et ob rhythmum finale 91, 4. 92, 1.

Ceterum cum اِذَا hujus notio conditionali admodum sit 763 vicina, non mirum, quod interdum etiam disertius, ubi id aptius e re, ipsa conditionalis dicendi ratio substituitur, ut

de re praeterità: اِنْ اَخْصَبُوا اَجَارُوا عَلِيَّ ثَمَارِهِمْ si herbarum copiam abundarent, in fruges eorum incurrere solebant Tab. p. 152, 7-9. Imo in aliis linguis in talibus semper conditionalem dicendi rationem valere observare licet <sup>1)</sup>; Graecis tamen εἰ magis sonaret ὅταν quam εἰ vel ἐάν.

Praeter hunc usum particula اِذَا perfecto juncta saepe 764 cum اِذْ donec componitur, ut p. 283 explicuimus. Duo tamen hic uberius exponenda sunt. Primum cum اِذَا hinc rursus e mente tantum loquentis temporis instantis terminum ultimum proponat, perfectum non per se, sed e nexu tan-

1) Ut in germanicâ, et hebraeâ, ubi semper אִם reperitur, cf. gramm. hebr. cr. p. 55 sq.

tum ad certum temporis circulum pertinet; nec tantum ubi de re temporis praeteriti durante (ut §. 760 - 762), sed etiam ubi de simplice actione praeteritâ agitur, اذا sic stare potest. De praesente v. c. <sup>ص. ص. و. و. و. و.</sup> اذا انتهيت المدي <sup>ع</sup> curro <sup>ع</sup> donec finem assecutus fuero; de praeterito: اذا <sup>ع</sup> خرجا حتى <sup>ع</sup> exierunt, donec Sanaam pervenirent Sur. 3, 152; Tab. p. 160, 15. 190, 10. 226, 3; ut tamen plusquamperfectum distinguatur, قد <sup>ع</sup> perfecto praeponitur; ما <sup>ع</sup> شعرت <sup>ع</sup> proprie nihil suspicatus sum donec <sup>ع</sup> Asvad jam domum intraverat i. e. nihil me suspicante jam intraverat p. 70, ult. Deinde hoc اذا simul recenti hac vi efferri potest, ut protasin formet, apodosi e ratione supra descriptâ sequente <sup>1)</sup>; redeuntque hîc omnia quae supra de apodosi ad اذا pertinente dicta sunt. De futuro v. c.: die quo e quavis gente haud credentium copiam colligemus, <sup>ع</sup> فم بوزعون حتى اذا جاؤا قال أكذبتم بيآبائي <sup>ع</sup> tum impellentur, donec, cum venerint, dicet (deus): fidemne non habuistis signis meis? Sur. 72, 23. De praesente v. c.: ille est, qui vos terrâ marique itinera facere sinit <sup>ع</sup> (بسيركم), donec cum in navibus sitis <sup>ع</sup> (كنتم), vel: naves adscenderitis, <sup>ع</sup> haeque eos <sup>ع</sup> <sup>2)</sup> vehant <sup>ع</sup> (وجرهن) vento secundo laetenturque <sup>ع</sup> (وفرحوا), ventus violentus eos adori-

1) Similiter ut vidimus vocem <sup>ع</sup> الا pro latino nisi si poni §. 749.

2) Oratio a secundâ personâ, quae proxima omnino hîc erat, cum imagini tantum remotiori instet, in tertiam transit, uti frequenter fit in Korano, nec tamen prorsus temere. Similiter in locis V. T. poeticis.

tur (وجاءهم) *fluctusque eos undique invadunt* (جاءتهم) *pu-*  
*tantque* (وظنوا) *se periculis circumdatos effugere non posse;*  
*clamant* (دعوا) *ad deum* etc. Hucusque vim perfecti in  
 apodosi infractam vides; alio tamen jam impetu sumto oratio  
 pergit: فلما انجبتهم اذا هم يبعثون *at postquam eos servavit*  
*deus, en injuste agunt denuo* etc. Sur. 10, 23. 24 et 25.

De praeterito denique: *tum exiit* حتى اذا ذنا سمع *donec,*  
*cum prope venisset, audiret* Tab. p. 156, 20, 158,  
 17. 164, 8. 168, 15. 170, 19. 196, pen. 218, 8. Sur. 6, 43.  
 10, 89. Atque hic particulae اذا cum حتى nexus solus, ut اذا  
 ad rem simpliciter praeteritam semelque factam transferatur,  
 patitur; aliàs enim, ubi اذا perfecto junctum de tempore  
 praeterito dicitur, semper de re durante agitur.

Cum اذا saepe proxime ad notionem conditionalem ac- 765  
 cedat, parum abest, quin in protasi positum etiam voculae  
 ان instar e §. 750 jussivo jungatur. Sed cum frequentissima  
 haec particula proxime tamen e temporis notione procedat,  
 id rarissime nec nisi poetae sibi indulserunt, ut واذا تُصِيبَكَ  
*et cum paupertas tibi accidat, patiens*  
 esto; et jussivo in apodosi solà posito Izzedd. av. p. 62, 4.

At متى quando p. 282, cum rarius obvium sit, utramque  
 structuram imitari potest; in prosâ e lege perfecto jungitur,  
 eâdemque fere notione et vi indutum ac اذا, nisi quod, ubi  
 temporis remotioris vel rarioris notio paulo magis, quam per  
 اذا fit, insignienda videtur, ibi متى praefertur, ut كَتَبَ اليهم



بِأَمْسَاكِهِمْ مَتَّى ظَفَرُوا بِهِ *jussit eos per literas eum prehendere, quandocumque eo potiti essent* Abulf. ann. Musl. 2.

كَانَ مَتَّى أَرَادَ *de praeterito: p. 314, 17. 1. p. 132, 11. 12;*

خَلَعَ طَاعَتَهُ دَخَلَ الْبَرْبَةَ *quando obsequium ei praestare nolebat, in desertum abire solebat* Sac. chr. 1. p. 42, 10, cui dictioni hoc saltem exactius dictum inest, eum interdum tantum obsequium praestare noluisse. Poetae tamen ubique

مَتَّى *jussivo jungere sensuque latiori dicere possunt, ut*

تَحْرِكُ مَتَّى *quando eum moves, moves cadaver* Taâlibi c. 79. Taraf. M. v. 37. 47 cll. v. 46-48, ubi, quomodo

مَتَّى ab *ان* leviter differat, apparet. Denique كَلَّمَا

مَهْمَا §. 487 *quotiescunque eodem prorsus quo*

مَتَّى modo junguntur, ut in prosâ perfectum e lege sibi subjiciant; et كَلَّمَا quidem magis in narratione praeteritae rei,

مَهْمَا contra, quod omnes, quotquot tibi cogitare velis, vices

ponit, potius in actione praesenti versatur, ut كَانِ كَلَّمَا أَتَاهُ

سَوَدٌ مِّنَ الْوَحُوشِ افْتَرَسَهُ *solebat, quotiescunque bestia quaedam ad eum veniret, eam devorare,* Sac. chr. 1. p. 6, 8

sq. Lokm. 6. et 22, ubi in praesenti obvium est; مَهْمَا اَجْتَرَنِي

مَدَامَ اَبْنُ اٰدَمَ قَلَنَ بِعَجْرَتِي اِذَا غَضِبَ *dixit diabolus: quotiescunque*

*hominis filius me effugiat, at si irascitur haud effugiet!* Taâlibi c. 73. — De apodosi hîc ubique idem valet,

quod supra de *ان* vidimus.

## 3. Praeter haec omnia diversi prorsus sensus conditio- 766

nalis enunciationes particulae <sup>و</sup>لو<sup>و</sup> 1) ope formari possunt. Quâ particulâ id sumitur, quod optamus tantum, quod igitur *haud adesse* scimus vel non facile eventurum esse putamus. Hinc <sup>و</sup>لو non simplicem conditionem notat, quâ, utrum res sumta vere adsit necne, non curamus, sed *hypotheticam* s. eam, quâ rem non adesse loquens se scire indicat. Nostris in linguis notio haec facile optativo vel conjunctivo exprimi potest: at in semiticis, quae modis hujusmodi primitivis carent, vis illa cur non verbi formae, sed particulae potius peculiari indita sit, facile apparet. In multis quidem haec conditionis formula priori est similis: in aliis autem dissimillima. Summum, quod intercedit, discrimen in apodoseos formâ vertitur: apodosis enim saepissime a <sup>و</sup>profecto (§. 496) 2) orditur; quae fortior loquendi jungendique ratio facile dilucida est, modo <sup>و</sup>لو primitus votum exprimere, itaque interjectionis vi praeditum fuisse, teneas.

1) Verbum, si omnino accedit, e §. 742 *perfecto* effer- 767 tur, quo actio ut jam perfecta et ibi cogitetur, ubi reverâ nondum accidit. In apodosi ex §. 743 idem perfectum redit, ut <sup>و</sup>لو تَرَكَتَ ذَلِكَ لَكَانَ اَنْفَعِ si *relinqueres hoc* (quod *haud facturus videris*), *id utilius esset*, <sup>و</sup>لو اَلْتَجِيْ *etsi injiciat* Sur. 75, 16. Interim ut rei cogitatae tantum notio dilucidior sit,

1) De cujus origine mihi nunc ita statuendum videtur, ut e stirpe pronominali *el* vel *la*, *lo* derivetur notans gr. *ὄς*, lat. *utinam*; nam interjectionale quid ei semper inhaeret. Voti igitur notionem primam habemus. Si quis graeca *εἰ*, *εἰθε* conferens <sup>و</sup>لو primitus conditionem simplicem, deinde votum exprimere putet, id satis proclive videri concedo: sed non facile cum structurâ hujus <sup>و</sup>لو conciliari posse credo.

2) Ut in hebr. בִּי יִהְיֶה , בִּי יִהְיֶה v. gr. cr. hebr. p. 663.

in apodosi laxius positâ vel in protasi quoque ex §.

213 لو كَانَ الْبَنُونَ cum imperfecto componi coepit, ut كَانَ الْبَنُونَ si filii essent tres, quota eorum portio futura esset? cf. Moham. b. Mus. Algebra p. 72, 1. Sac. anthol. p. 157, 14. et p. 65, 15; et in protasi ita, ut in apodosi perfectum sequi possit, poetice Kos. chr. p.

129, 6. Contra autem وَلَوْ كَانُوا لَا يَعْقِلُونَ etsi essent non intelligentes (intelligunt autem) Sur. 10, 42. 43. 5, 90 magis praesens durans cum negatione insignit. Perfecti loco in poetis eorumque imitatore Korano haud raro imperfectum adhibitum reperias, praesentis scilicet magis durantis notionem tenens: nec negandum, simplex praesens sufficere posse, cum summa locutionis vis in solo لو sita sit: sed idem in vulgari sermone haud invaluit; soletque in apodosi saltem

perfectum manere. V. c. لو نَعْلَمُ قِتَالًا لَا تَبْعَانَاكُمْ si pugnare

sciremus, vos sequeremini Sur. 3, 168. أَوَلَمْ يَعْلَمُوا أَن لَوْ

نَشَاءُ أَصْبِحْنَا هُمْ بِذُنُوبِهِمْ nonne sciunt, nos si vellemus, eos ob peccata sua punituros esse? ubi in apodosi, nisi a vi

vocis لو penderet, haud dubie post أَن imperfectum futuri temporis loco positum esset. cf. Sur. 43, 58. 47, 30. 56, 72. 78. 102, 5. 6 (ubi in apodosi modus emphat.) Kos. chr. p. 142, 3. Izzedd. av. p. 23, 14. Ibn-Khac. p. 33, 2, ubi apodosi, quae cogitari posset, cum perfecto praeposita est. In apodosi autem imperfectum praesentis loco dictum, etsi non vetitum est (cf. Izzedd. av. p. 37, 6. 7), tamen raro invenitur. Ceterum quamvis لو de rebus praesentis temporis in arabismo multo quam in hebraismo frequentius dicatur, nun-

quam tamen a vulgari أَن non distinctum est; et si quando

pro لو etiam ان dici possit (ut Taraf. M. v. 41, ubi scholiasta وان ponit pro ولو), tamen id ita fit, ut لو saltem non minus e mente loquentis probari possit.

2) De praeteritâ re saepissime locutio haec hypothe- 768  
tica occurrit; nec primitus id cum in protasi tum in apodosi aliâ ratione dictum est quam simplici perfecto, ut utrum de re vere praeteritâ sermo sit, e sensu solo appareat, ut  
لو هدانا الله لهديناكم si deus nos direxisset, (sed non direxit), certe nos vos direxeramus; sine ل in apodosi Tab. p. 42, 7; invenias etiam لو in enunciatione subjunctâ, ut  
هم يقتله لو وجد أمرا جليبا meditatus est de caede ejus (i. q. statuit eum interficere), si causam apertam invenisset (sed nondum invenerat nec certus erat num inventurus esset) Tab. p. 228, 5. Didicit quidem jam arabismus hîc quoque praeteriti notionem adjectis vocibus idoneis dilucidare: nam potest jam perfecto قد praemitti, ubi apodosis similiter a لو قد مات أمير المؤمنين لقد بايعت فلانا incipere potest, ut لو قد مات أمير المؤمنين لقد بايعت فلانا si princeps fidelium mortuus esset, jam alicui fidem sponderam Tab. p. 8, 17. 10, 14 (ubi لقد deest). 12, 6. Koseg. chr. p. 106, ult.; ubi in apodosi simplex ل est sine قد; aut كان praepositur, quod ex §. 746 praeteritum indicat, ut in apodosi aut simplex perfectum sequatur, ut Ibn-Khac. p. 24, pen. aut dilucidius ipsum hoc كان denuo ponatur, ut لو كانوا عرفوها لما كانوا صلّبوا رب المجد visissent, haud occiderant gloriae deum; saepius compositum hoc in apodosi solâ reperitur, cujusmodi hocce est: لو كنا هلكنا nisi is (fuisset), perieramus Koseg. chr.

p. 79, ult. 89, 5. 6. Ubi simul de re durante agitur, imperfecto contra utendum, ut **لَوْ كُنَّا نَسْمَعُ أَوْ نَعْقِلُ مَا كُنَّا** *si audivissemus vel sapientes fuissemus, non essemus* in Orco Sur. 67, 10. 5, 113. Sed omnes hae voces neque ubique neque necessario adjiciuntur, sed ibi demum adjici incipiunt, ubi iis maxime opus videtur: frequentissime contra nudum perfectum ponitur. **وَأَمَّا** tamen actionem magis vicinam vel celerem notat. Cave autem ne huc referas Tab. p. 142, 1: *si occasio mihi offerretur* **وَكُنْتُ أَنْ أَعْلَمْتَهُ فَأَتَيْتَنِي** *quae si chalifam certiore facerem me effugitura esset*, ubi imperfectum, quod ex §. 767 cum **كَانَ** dicendum erat, ob **أَنْ** in perfectum transiit.

769 Verbum **وَدَّ** *amavit = cupivit* in Korano praesertim et poetis libenter cum **لَوْ** componitur; modestius enim et pulchrius dicitur *cupio si faciatis* quam *cupio ut faciatis*.

Plerumque ita imperfectum subjunctum reperies, ut **وَدُّوا لَوْ** *cupiunt vos in errorem inducere* Sur. 3, 30. 68. 4, 41. 60, 2. 68, 10. 70, 11. Ibn-Khac. p. 35, 4; haud tamen et hic perfectum deest, ut **تَوَدُّ الشَّمْسُ لَوْ صَبَّغَتْ لَدُنَّا تَاجًا** *vult sol ei conflare in coronam* p. 57, 4. <sup>1)</sup>

770 Negatio in apodosi non est, quod ex §. 743 expectes, **لَمْ**, sed **مَا** ex §. 698. 766; accedit, quod **لَمْ** insignem cacopho-

1) cf. graecum *θανύλαξο εἰ*. Ceterum eos falli, qui **وَدَّ** praepositam apodosin facere volunt, jam inde apparet, quod dicitur cum **أَنْ**

quod: **وَدِدْنَا أَنَا مَتْنًا** *vellemus mortui esse!* Tab. p. 14, 1. 198,

ult., similiter **وَدُّوا مَا عَنِتُّمْ** *cupiunt ut deliqueritis* Sur. 3, 118,

et quod ei respondet negativum **مَا أَحِبُّ أَنْ** *non cupio ut etc.*

niam allaturum esset. Contra <sup>ل</sup>لما in apodosi dici potest, ut Sac. anth. p. 173, 9. 180, 5. Kos. chr. p. 82, 3. 4., quanquam ut omnino, ita praesertim ante negationem hanc graviorem istud <sup>ل</sup> non ita necessarium est, ut haud omitti possit. At <sup>و</sup>consequentiae cur hinc nunquam locum tueatur, ex omnibus hisce facile apparet.

In eo quoque <sup>لو</sup>لو a voce <sup>ان</sup>ان satis differt, quod ex ori- 771  
gine suâ, cum proprie optandi <sup>س</sup>sit particula, vox est magis sui juris, quae cum per se stare tentet, facile vel copulae simul loco esse potest (<sup>لو</sup>si = si esset) <sup>1)</sup>. Hinc primum derivandum, quod <sup>لو</sup>لو haud raro <sup>ان</sup>ان assumit, quo jungatur: non solum ubi verbum omnino deest, nam ibi <sup>لو</sup>لو sine <sup>ان</sup>ان minime poni potest, sed etiam ubi necessitas non urget, ut <sup>لو اني اشاء لكدت</sup>لو اني اشاء لكدت si vellem, essem Ham. p. 91 (ubi schol. pro eo <sup>لو شئت</sup>لو شئت ponit), cf. Koseg. chr. p. 89, 12. 90, 2, ubi in eâdem sententiâ utrumque dicitur; de praeterito <sup>لو اني نزلت</sup>لو اني نزلت si demissem Sur. 6, 111. Facileque apparet hoc <sup>ان</sup>ان in protasi vim illius <sup>لو</sup>لو ita inhibere, ut verbum sequens simplici tempore ponendum sit. Deinde id gravissime cernitur in negativo <sup>لو لا</sup>لو لا nisi: haec enim compositio cum rarius verbum sibi subjungat, ut Sur. 5, 72. Izzedd. av. p. 59, 13 (quibus locis imperfectum praesentis loco sequitur), saepissime per

1) Contra <sup>ان</sup>ان cum reliquis ei aequalibus nec sine verbo (nisi quod

dicere licet <sup>ان</sup>ان nisi et <sup>وان هو</sup>وان هو = etsi sine verbo) nec nisi verbo finito sequente dici possunt. Solum pronomen personale verbum inter et <sup>ان</sup>ان haud raro inseritur, ut Sur. 5, 115. Rarissime post <sup>اذ</sup>اذ subjectum verbo praecedit, ut Sur. 84, 1, ubi structura in re futurâ describendâ magis e statu depingendo procedit.

se posita cum nominativo subjecti struitur, ut vel verbum in infinitivum potius transeat, ut <sup>لولا</sup> <sup>قَدْرُ</sup> <sup>مَكَ</sup> <sup>عَلِيٍّ</sup> <sup>كَانَتْ</sup> <sup>هَلَكْتُ</sup> nisi *fuisset adventus tuus* i. e. *nisi advenisses ad me juvandum, perieram*; utque si quando ad tempus praeteritum notandum verbo finito utendum est, id quasi in thesi

relativâ subjecto postponendum sit, v. c. <sup>لولا</sup> <sup>عَمْرٍ</sup> <sup>جَعَّانِي</sup> <sup>كَانَتْ</sup> nisi *'Omar me violasset, ad eum confugerem* Sur.

10, 20, vel interponitur <sup>أَنَّ</sup>, ut 68, 50. Etiam dicitur

<sup>لولا</sup> <sup>أَنَّ</sup> <sup>يَكُونُ</sup>, sed hoc sensu: *nisi futurus esset* Sur. 43, 32. Tab. 14, 10. Sin vero subjectum pronomine tantum personali continetur, tenuis ea vocula potiori vel suffigi potest,

ut <sup>لولا</sup> nisi *id* vel *is* esset, <sup>لولاها</sup> nisi *ea* esset saepe legitur. Quanquam pronomina separata ponere minime ineptum est, ut in Korano legitur <sup>لولا</sup> <sup>أَنْتُمْ</sup> <sup>لَكُنَّا</sup> <sup>مُؤْمِنِينَ</sup> *si vos non fuissetis, nos Credentes essemus*. Videturque facilius tertia persona quam prima et secunda sine vi suffigi se pati <sup>1)</sup>.

Nec non simplex <sup>لو</sup> tale suffixum adsciscere potest, ut <sup>لولا</sup> <sup>أَبَاكُمْ</sup> <sup>وَالْمَثَلَةَ</sup> <sup>وَلَوْ</sup> <sup>بِالْكَلْبِ</sup> <sup>الْعَقُورِ</sup> *cavete ne vel in cane mordace exemplum* (i. e. supplicium, vindictam) *statuatis*

Henz. fr. p. 98, ult., ubi si <sup>أَنَّ</sup> esset positum, <sup>هو</sup> <sup>وَأَنَّ</sup> *etsi id esset* dicendum erat.

772 In fine notandum, enunciationes conditionales per voces

<sup>لولا</sup> <sup>أَنَّ</sup> et <sup>لو</sup> formatas ita posse poni, ut apodosis, quae in mente

1) cf. litem grammaticorum, e quibus multi <sup>لولا</sup> <sup>أَنَّ</sup> pro <sup>لولا</sup> <sup>أَنَّ</sup> *pro* <sup>لولا</sup> <sup>أَنَّ</sup> etc. improbant, in Sac. anth. p. 78, 17 sqq.

loquentis versetur, prorsus intercidat. **أَن** ita in juramentis venit, ubi poena quâ jurans sese obstringit, ut in vulgus nota semper omittitur, ut **أَذْمَتُ عَلَيْكَ بِالَّذِي أَنْزَلْنَا التَّوْرَةَ** *adjuro te per illum qui legem revelavit te per-*

iturum, *nisi verum dixeris* Abulf. ann. ant. p. 32, 14. Porro, si consensus, quem apodosis complexura esset, ut per se

apertus reticetur, ut **فَإِنْ رَأَيْتَ أَنْ نَفْعَلَ كَذَلِكَ** *quodsi nobis sic agendum esse censes!* sc. bene facis, consentimus Tab. p. 232, 4. 5. Raro tamen id ita in singulâ enunciatione reperitur: at facilius longe fit legeque continuâ sancitum est, ubi, quid, si res secus quam optatur accidat, faciendum sit, statim adjungitur; ita enim prius tantum a loquente probari,

e nexu per se patet, v. c. **أَنْ خَرَجْتَ مَعَنَا إِلَى حَرْبِهِ وَإِلَّا تَقْرَبْنَا**

**بِكَ الْبَيْتِ** *si nobiscum ad eum debellandum exiveris (benefacies), sin minus, te tradito gratiam ejus nobis conciliabimus* Koseg. chr. p. 102, 11. 107, 6; Sur. 6, 34, ubi

secundâ vice **لَوْ** ponitur. Quae locutio postquam diu viguerat, novam tandem faciem induit: cum enim prius conditionem contineat, quae spreta e mente loquentis mala quaevis afferat, magis absolute positae ei statim negationem injicere coeperunt, cui minae insint mutae, ratae faciendae, si conditio non expleatur; cetera deinceps minas uberius describunt,

v. c. **أَنْ لَمْ تَسِيرْ مِنْ هَذَا الْمَوْضِعِ وَإِلَّا أَدْرَكْكُمْ عَلَيَّ فِيهِ فَهَلْكَتُمْ**

*si ab hoc loco non secesseris! (omnia time); sin minus, vos ab Alio deprehensi peribitis.* Raro id apud priores, frequentissime apud sequiores obvium est, cf. Henz. fr. p.

48. 49. — Ceterum **أَنْ** hic ubique non nisi perfecto jungitur, cum jussivus in abruptâ oratione omnino stare nequeat.



Rarius in usu vocis لو aposiopesis hujus generis cernitur, ut لو تَرَىٰ *utinam videres!* Sur. 6, 26. 29. لو تَرَكْتَهُ *si reliquisses* (quod non fecisti) *in thesauris pauca quae re novâ superveniente usui sint* (scil. *id melius esset factum*)! Henz. fr. p. 38. Freyt. chr. p. 32, antep. Vel ob sermonem nimis longe deductum Izzedd. av. p. 87, 10 sqq. Potuit autem لو ad interrogationem obliquam traductum (ut gr. εἰ, lat. si) per se poni, notans *num.* Unde ortum est Koranicum illud interrogativum لَوْلَا, rarius لَوْمًا, aliter prorsus construendum, de quo v. §. 704.

773      اِذَا vel اِذَنْ *tum* §. 490 apodosin fortius distinguit, quam non ab initio tantum theseos, sed quocunque loco aptum videatur, collocari potest. Haud raro post لو, si apodosin fortius notare opus esse videtur, sed etiam post اِنْ obvium est, ut فَانْ فَعَلْتَ فَاِنَّكَ اِذَا مِنْ الظَّالِمِيْنَ *et si feceris, tu sane tum es ex legem violantibus* Sur. 10, 105; ante اِنَّ et modum emphaticum post لو Tab. p. 40, 8. Frequentius tamen eo utuntur, si unâ hac vocolâ protasin seu conditionem nunc omissam, sed e serie sermonis satis dilucidam innuere satis habent, ubi, si forte verbum adest, etiam structura enunciationum conditionalium integra manet, ut perfectum e lege redeat, v. c. *non descendunt angeli nisi cum jure*, وَمَا كَانُوا اِذَا مِنْظَرِيْنَ *nec essent tum* (i. e. si angeli missi forent) *expectandi*, sed statim venirent, Sur. 15, 9. et: *non sequar cupiditates vestras*, قَدْ ضَلَّتْ اِذَا

*errassem tum* (sc. si hoc fecissem) 6, 55. 4, 65. cll. v. 139. 5, 115. 79, 12. Tab. p. 160, 6. Sed si de simplice conditione (non per <sup>لـ</sup>, sed per <sup>أـ</sup> notandà) agitur, laxius imperfectum simplicis futuri loco tali enunciationi inest, ut <sup>أفعل</sup> <sup>أذن</sup> *tum* (si hoc ita est) = igitur *faciam* Abulf. ann. ant. p. 26, 5. Tab. p. 34, 5. 38, 1. 198, 11. Sur. 4, 51, ubi sensus est: *tum* (si regni compotes erunt), *non dabunt hominibus ne tantillum quidem*.

3. De enunciationibus correlativis.

Possis eas etiam *mutuas* nominare; pertinentque huc 774

1) mutuae notionum duarum conjunctiones, uti fit repetito graeco *καὶ — καὶ*, lat. *et — et*. Sed quanquam hebraea lingua copulas ita mutuo componere potest <sup>1)</sup>, arabica tamen insignem hanc dicendi volubilitatem prorsus jam exuit. Nec pronomina, quae jure correlativa dicas, ut lat. *hic — ille*, linguae frequentantur: unde idem pronomen demonstrativum repeti eoque sibi e nexu toto opponi potest, ut <sup>هَذَا</sup> — <sup>وَهَذَا</sup> *hic — et hic* i. e. *hic — ille*, <sup>هؤلاء</sup> — <sup>وهؤلاء</sup> *hi — illi* Sur. 4, 142. Arabs. Fâk. p. 19, 27 sqq. Quâ eâdem ratione alia nomina repeti possunt, non tantum quae pronominum notionem aequant, ut <sup>بعض</sup> — <sup>وبعض</sup> vel quod rarius <sup>طائفة</sup> — <sup>وطائفة</sup> *pars — et pars* i. e. *alii — alii* Sur. 4, 149. 61, 14, sed etiam reliqua omnia, et indefinita (cf. praesertim §. 508) quidem semper ita ponenda, ut alia aliis opponi facile appareat, ut <sup>مرة</sup> <sup>بعد</sup> <sup>مرة</sup> *vice unâ et alterâ*, pro quo etiam saepe <sup>قدم</sup> <sup>رجلاً</sup> <sup>واخر</sup> <sup>رجلاً</sup>, <sup>مرة</sup> <sup>بعد</sup> <sup>أخرى</sup> *protulit pedem (unum) et retraxit pedem* i. q. alterum Tab.

1) v. de his omnibus gr. hebr. cr. §. 357. min. §. 600.

p. 80, 7. 108, 12. 114, 2. cll. p. 114, 6. 188, 8. 218, 15, ubi

وجوه — وجوه<sup>و و</sup> — وجوه<sup>و و</sup> *est pro posteriore رجلا*; et in plurali: *facies aliae — et aliae* Sur. 75, 22-24. 80, 38-40. 88, 2. 8. — 2) Mutuae nominum duorum comparationes simplice<sup>ك</sup> repetito in arabismo amplius institui nequeunt: ut hac quoque in re antiquae linguae divitiae et varietas pessum iverint. Enunciationes duae integrae comparantur vocibus

كذلك — كما<sup>ك</sup> ut — sic, v. §. 481. — 3) Disjunctio e simplice conditione repetitâ procedit, ut lat. *sive — sive*, ut

tamen pro simplice<sup>ان</sup>, si vox magis sui juris placet, أما<sup>ا</sup> §. 486 dicatur. Manetque conditionalis structura, ut perfectum e lege sequatur; rarius jussivus hîc cernitur, ut

ان<sup>ان</sup> بكن<sup>ب</sup> غنيا<sup>غ</sup> او فقيرا<sup>ف</sup> sive sit dives sive pauper Sur. 4, 134,

atque emphaticus quoque modus non est alienus<sup>1)</sup>, sicut bis sibi opponitur Sur. 10, 46. Interim haud raro اما<sup>ا</sup> jam laxius per se ponitur, ut aut perfectum vel sic maneat, v. c.

اما<sup>ا</sup> انك<sup>ا</sup> قبلت<sup>ق</sup> — واما<sup>و</sup> سترت<sup>س</sup> tegas te Kos. chr. p. 99, 10, aut modo naçbato proxime ex ان<sup>ان</sup> pendente, ut Izzedd. av. p. 109, 1 sqq. Ceterum verbo in

plurimis opus non est, ut واما<sup>و</sup> علينا<sup>ع</sup> أما<sup>ا</sup> لنا<sup>ل</sup> sive pro nobis res vertatur sive contra nos Wakidi Mesop. p. 4, 2. Saepeque singula nomina sive participia in disjunctione nominare e nexu sufficit, ubi semper accusativo utendum est, cum tota

1) Nam emphasis huic disjunctioni bene convenit. Idem modus emphaticus post singulum واما<sup>و</sup>, quod tamen non simpliciter *si* est, sed ad priora respiciens aliud ponit, quod fieri possit: *sin vero* Sur. 6, 67.

haec disjunctiva series subjuncta sit nec suo jure stans, v. c.

*benefecimus ei* كَفُورًا , اَمَّا شَاكِرًا وَاَمَّا , sive gratum sive *ingratum* i. q. sive gratias agat sive minus Sur. 76, 3.

*dictum hoc est* اِنْ صِدْقًا وَاِنْ كَذِبًا sive veritas sit sive *mendacium* poetice Arabs. Fāk. p. 33, antep. Idem accusativus in simplice conditione postposita occurrere potest, ut

لَا يَأْمَنُ اَلدَّهْرُ ذُو بَعْجٍ وَّلَوْ مَلِكًا *non temporis securus est injustus,*

*etsi* (qualis haud fere est) *rex sit*; nam وَلَوْ كَانَ مَلِكًا pro وَلَوْ مَلِكًا simili subjunctione dictum est, ac si tota enunciatio, quae per se stare posset, accusativo subjuncta est §. 560. Accedit tamen etiam alia causa, quae post conditionalem particulam accusativum postulet, scilicet ne integra locutio quae

jam affuit, fastidiose repetatur, ut اَلْمَرْءُ مَقْتُولٌ بِمَا قَتَلَ بِهِ اِنْ

اَلْمَرْءُ مَقْتُولٌ بِمَا قَتَلَ بِهِ اِنْ سَيْفًا سَيْفًا وَاِنْ خَنْجَرًا فَخَنْجَرًا *homo quo interfecit (instru-*

*mento) interficiendus* (§. 635) *est, si ense, ense, si cultro, cultro.* Hic si arabismo casus omnes obliqui tam proni promptique essent quam nobis, haud dubie ablativus ubique continuatus foret: sed cum praepositionem usque repetere ineptum sit, illa structura non poterat non oriri. Nam accusativus ut casus obliquus latissimus breviter, quae cogitanda sint, supplet; post نِ autem consequentiae melius nominativus redit e (§. 731. p. 270) <sup>1)</sup>.

اَوْ <sup>٧٧٥</sup> *aut* proprium est in continuatione, si quid ex eodem tenore disjunctive adjungendum est; manetque ita eadem

verborum vis et structura, ut اَوْ — اَوْ — اِذَا usque cum per-

1) Nonnulli Arabes probant nominativum post اِنْ; alii accusativum vel post نِ e similitudine continuatum.

fecto ex §. 760 sqq. struendum Arabs. Fàk. p. 52, 5; vel  
 --<sup>ع</sup> أو امر<sup>ع</sup> — ان<sup>ن</sup> كان<sup>ن</sup> si est — vel jubet Sur. 96, 11. 12. Pro-  
 inde post اما<sup>ا</sup> saepe أو succedit, structurà haudquaquam  
 mutatà, ut Sur. 10, 46 modus emphaticus sibi constat; ubi  
 plurimae sunt disjunctiones, أو usque repeti solet. At ab  
 initio statim أو rarius ponitur, nec nisi ubi singulae voces  
 disjungendae sunt, ut e §. 774 dici possit أو قائما<sup>ا</sup> أو قائدا<sup>ا</sup>  
 sive sedeat sive stet Sur. 10, 13. — Ceterum disjunctio  
 prior non ubique diserte particulà indicanda est, ut لا<sup>و</sup> نامن<sup>و</sup>  
 و<sup>و</sup> — أو يبعث<sup>و</sup> non eramus securi, proficiscine vellet  
 an mittere Tab. 56, 18, quae theses ad interrogationes  
 disjunctivas pertinent §. 703. Fierique etiam potest, ut أو  
 quid praeter jam dicta necessario fieri oporteat, naçbato  
 junctum adjiciat, de quo uberius dictum §. 629.

## BREVIS METRORUM DOCTRINA.

De metris arabicis hic non, ut ante hos octo annos feci <sup>1)</sup>, uberius 776  
agere constitutum est, sed succincte de iis exponere; nec magistrorum in-  
digenarum doctrinas diffusas et diversas explanare, utpote quod in alterâ  
opusculi mei editione aptius fiet, sed fundamenta doctrinae hujus e rei  
ipsius naturâ quam brevissime adumbrare nunc placet. Poteritque hic eo  
brevius res transigi, quo magis prius dicta nunc quoque probo defendoque;  
si tamen forte aliter jam in singulâ re quadam statuo vel novi quid pan-  
dendum videtur, paulo prolixius dicendum erit.

I. Soni finalis rhythmus (germ. *Reim*) ab omni inde aetate in sen- 777  
tentiâ gravium serie vel in oratione sublimiore Arabibus adamatus  
erat <sup>2)</sup>; eodemque Muhammed in Suris antiquioribus satis diligenter et  
venuste, in serioribus negligentius et audacius utitur. Quo ex orationis  
sublimioris ornatu syllabarum rhythmum accedente *versus* poeticus exortus  
est, duplici semper hoc rhythmum hac lege summâ constans, ut quo minus  
metrum perpolitum et venustum est, eo gravior eoque saepius repetitus  
sit rhythmus finalis.

Syllabarum rhythmus eo facilius oriri excolique poterat, quo magis 778  
linguam per se huc inclinare §. 5 dictum est. Legesque prosodiae sim-  
plicissimae ac constantissimae hae sunt, ut syllaba vocali brevi clausa sem-  
per brevis, longa autem sit vocali longâ clausa vel consonante finali vocalem  
brevem distinente et inhibente. Praeterea in fine versus syllaba brevis e  
toni quiescentis necessitate semper producitur.

Universa autem metrorum indoles haec est, ut jambici generis sint. 779  
*Dijambus* enim non in antiquissimis tantum et minus cultis metris regnat,  
sed etiam compositis multo pluribus magisque cultis fundamenti loco sub-  
stratus est. Quique praeter dijambum vel per se vel aliis compositi ob-  
vii sunt pedes, omnes ex similis sunt generis, nec jambico generi inimici.  
Nam *antispastum* dicas dijambum ex parte suâ posteriore inversum, qui

1) v. de opusculo hoc deque lite nuper de totâ quaestione agitâ li-  
brum: *Abhandlungen zur orientalischen und biblischen Literatur*.  
Erster Theil. Gött. 1832. p. 11-52.

2) cf. praeter ea, quae in opusculo meo p. 30 allata sunt, Ham. p. 98,  
18 sqq.

dijambo gravius ac sedatius incedit. *Amphibrachys* vero dijambus uno membro diminutus ac quasi resectus esse videtur. *Ionicus* (a minori) dijambi syllabas breves ab initio, longas a fine cumulans dijambi citatoris et levioris speciem refert. *Anapaestus* denique arsin eodem quo jambus modo in finem trahit, sed tam citati gressus est tamque parum semper repetitus poeseos arabicae severitati sedatae congruit, ut e lege componendis tantum et variandis metris inserviat. His accedit *choriambus*, dijambo quidem simillimus, tamen ob vehementiorem gressum nunquam metrum peculiare formans, sed ita tantum adhibitus, ut a poetarum arbitrio hic illic dijambo substituatur. Ceteri vero pedes et rhythmus, velut trochaeus et dactylus, ab arabicâ poesi semper fuere alieni.

780 In his ut syllabarum *ancipitum* quae sit ratio, bene cognoscatur, ut ictus et, quae inde dependent, arseos ac theseos rationem diligenter teneas, ante omnia necesse est. Est enim in quovis pede una syllaba prae ceteris ictu insignita, eoque ipso semper longa, ut corripi nunquam prorsus possit. Haec est secunda in dijambo et amphibracho:  $v \overset{1}{-} v -$ ,  $v \overset{1}{-} v$ , tertia in ionico:  $v v \overset{1}{-} -$ , ultima in anapaesto et choriambo:  $vv \overset{1}{-}$ ,  $-vv \overset{1}{-}$ ; in antispasti secundâ et tertiâ aequilibrium est arseos mutuuum, ut tamen altera priori collisa gravius audiatur:  $v \overset{1}{-} \overset{1}{-} v$ . In dijambo, ionico et choriambo altera syllaba longa ab arsi quidem simul tangitur, sed vi longe minori: eo enim solo pes quatuor syllabarum unitatem et constantiam nanciscitur, quod non amplius pedes duo minores per se ponantur, sed unâ arsi potiori in societatem coeant. Unde fit, ut altera haec syllaba, cum ab arsi potiori non tangatur, corripi possit, quanquam correptio haec in dijambo et ionico rarissima et fere prodigii instar est, frequentior contra in choriambo, in quo vox ut brevem syllabam duabus brevibus antepositam producat vi adigitur. — Inter breves, quae in quovis pede sunt, syllabas duas una produci potest, varia tamen pro cujusvis rhythmus naturâ. In dijambo prior produci potest:  $\bar{v} \overset{1}{-} v -$ , cum arsis duos jambos amplexura secundam syllabam tantâ vi tangat, ut tertia in thesi celerrime annectatur, prima igitur paene solitarie ponatur. In amphibracho contra, cum arsis secundam syllabam solam tangat, potissima theseos vis in primâ ita colligitur, ut tertia post thesin et arsin absolutas liberius relicta produci possit:  $v \overset{1}{-} \bar{v}$ . Similiter in antispasto  $v \overset{1}{-} \overset{1}{-} \bar{v}$ . In ionico denique et anapaesto prior e syllabis brevibus propterea produci potest, quod integra theseos vis proximam tantum ante arsin syllabam brevem tangit, ut prior syllaba remotius ab arsi distans, si forte producatur, rhythmum tamen haud laedat:  $v v \overset{1}{-} -$ ,  $v v \overset{1}{-}$ . Nam in omni syllabâ brevi ita productâ

vox quidem paulo diutius, at non arsis moratur. Choriambi vero syllabae breves a longis et arsi notatis tam arcte includuntur, ut neutra produci possit. Et quo magis syllabas illas breves producere licitum est, eo constantius reliquae integram theseos vim experientes semper intactae servantur.

Ut autem haec syllabarum cujusvis pedis tum constantium tum ancipi- 781  
tum ratio ex ipsius rhythmici legibus sequitur, ita usus ut ancipites breves frequenter admodum producantur permittit. Haec enim univēsa est hujus poeseos indoles, ut, quantum lyricum genus sinit, severa magis et sedata sit quam turbulenta vel nimis levis ac mollis. Unde etiam sedulo evitat, ne nimis multae syllabae breves concurrant, ut v. c. si forte ultima ionici correpta est, prima sequentis producenda sit:  $vv \overset{1}{-} \overset{2}{-} | \bar{v}v \overset{1}{-} -$ .

Syllabas, quae in eodem pede concurrunt, breves duas in unam lon- 782  
gam contrahere et vice versā hanc in illas solvere, sicut ex rhythmici legibus omnino licet, ita in arabismo quoque non est vetitum. Sed tamen magna in his licentia et mutatio poeseos arabicae indoli tam parum respondet, ut id non promiscue fiat, sed apte tantum et suo loco, ut infra in singulis docebitur. Accedit, quod ipsa compositio metrorum quorundam licentiā hac frequenter turbata foret, velut si anapaestum jambis appositum in spondeum contrahere liceret.

Ab initio carminis syllaba brevis ante arsin collocata nonnunquam retinetur seu absorbetur, cum res ita ferat, ut novum metrum ab arsi demum perspicuum sit firmoque gressu incedat. Sed eadem licentia neque ad duas syllabas arsi potiori praevias transferri neque praeter carminis initium unquam ferri potest.

Ex pedibus illis aut simpliciter repetitis aut grate varieque compositis 783  
metra singula ita prodeunt, ut numerus quidam eorum aptus versum compleat, atque ita pluries repetito eodem versuum rhythmico poema oriatur. Simplicia metra, seu quae eundem pedem continuo repetunt, et breviora antiquiora sunt inque rebus minus gravibus serius potissimum servata: composita, longiora praesertim et ornatiores, sublimius quid spirant gravioribusque inserviunt. Sic penitus inspicienti discrimen quoque metrorum aliquod ex argumenti et animi poetae ratione patescit, quanquam id levius est quam in graecā poesi diversissimos rhythmos excolente, seriusque non semper servatum. Praecipue ornatiores metra plura fere eodem redeunt, ac facile e poetae arbitrio pendent.

Compositio autem et structura metrorum duplex est. Nam plurima ex pedibus aequis copulatis constant, ut rhythmus quoque in quovis pede per-



fectus sit. Haec est simplicior compositio. Alia majores et minores pedes in seriem jungunt, jambis vel ionico anapaestos vel amphibracho jambos nectentia. Cujusmodi series septem vel novem syllabarum rarius versum jam explet (§. 797. 801); multo frequentius series ejusmodi bis posita aut ex parte saltem repetita versum efficit. Quod tamen si fit, utraque series sic altiori nexu copulatur, ut, quod per se jam versus longior suadet, medio in versu vox syllabam, ubi requiescat, aptam quaerat, in finem deinde celerius properans, utque sic prior versus pars alteri opposita sit. Hi nobilissimi sunt versus §. 796. 799. 800. 803.

784 Versus *catalectici* ratio facile perspicitur. In plurimis metris ultima syllaba, quod rhythmus non minus jucundus inde oritur, retrahi solet; in aliis, cum rhythmus suavitas inde insigniter augeatur, versus catalectici fere perpetui sunt. Talia quando et cur apta sint, in singulis docendum est.

785 Huic vero metri numero venusto semper sociatus est rhythmus finalis (§. 777) non minus gratus. Qui cum rhythmum sui generis novum sonumque per se blandum continuo superinducat, non ubique metri leges simplices sequitur, sed in metris etiam novare multa et mutare potest. Nec facile alioquin rhythmum hunc satis variare omnesque, quae linguae uberi adsunt, facultates exhaurire liceret. Major tamen, quam ita rhythmus finalis saepe affert, licentia suis limitibus circumscripta est habetque semper quo bene excusetur. Summa variationum haec est:  $v - v -$  in  $v - v$  saepe contrahitur;  $v - v$  et  $vv -$  melius plerumque in firmiora  $v -$  et  $vv -$  abit. Sed  $vv -$  facile etiam in  $- -$  abit; rarissime vero hoc denuo in  $- -$  abit. Syllaba *adjecta*, ut  $v - v -$  non reperitur nisi in brevioribus metris, quae facile augeri se patiuntur. Penultima producta  $v - -$  pro  $v - v -$  non invenitur nisi semel certà e causà §. 796. Sed posterioris versus ob rhythmum fin. mutatio priorem non mutat, nisi forte mutatio haec tam constans et adamata sit, ut in priorem etiam transire conetur; sunt enim catalectici quidam pedes sic comparati, ut versus omnino iis melius terminetur, ut post amphibrachos et ionicos  $v -$  et  $vv -$  pro  $v - v$  et  $vv -$  in fine firmiter meliusque sonant. — Ceterum rhythmus finalis sonus dulcis duritiem alias vix tolerabilem facilius excusat, velut  $- - -$ , syllabas longas tres quae concurrunt.

786 Quanquam carmen arabicum solo metri rhythmum constans cogitari nequit, tamen tanta est metrorum praesertim limatiorum suavitas, ut rhythmus finalis non primas partes teneat, sed satis restrictus et coercitus sit. Nam in cultioribus metris hic rhythmus alternis tantum versibus redit, ut

saepe post bis quatuordecim demum syllabas sonus similis aures feriat. Quam tamen severitatem mitigaturi poetae saepe in primi versus hemistichiiis rhythmum finalem bis repetere solent; in primo enim versu difficilium eo caretur.

Haec autem rhythmus finalis in metris plurimis iisque melioribus ratio 787 in causâ est, quod justus versus vel distichon ex duobus semper versibus vel potius hemistichiiis confici putatur, ceterum praeter rhythmus finalis modos sibi prorsus aequalibus. Cumque pausa semper in rhythmus demum finali versari possit, versus prior eo carens ultimam syllabam non ancipitem habet. In duos tamen hos versus vocem distrahere in cultissimis quibusque metris et longissimis rarius, in simplicioribus et brevioribus saepius obvium est: evitatur autem prorsus, si arsis jam in penultimam cadit, cum vox in duabus ita syllabis ultimis tam graviter requiescat, ut vocem quoque ibi finire aptius sit 1).

Hoc autem poesi huic semper fuit proprium, ut rhythmus finalis per 788 totum carmen *idem* continuetur, ut quancquam rarius rediens tamen insigni vi aures continuo percipiat. Scilicet lyrii generis tota est haec poesis, ut versuum series saepe minor sit nec vel in longissimo carmine ultra centesimum multum extendi possit. Accedit, quod lingua radicum stirpiumque ditissima continuaae huic rhythmus finalis seriei perquam favet.

Nec tantum syllabae ad rhythmum fin. necessario pertinentes semper ejusdem mensurae sunt, sed proxime praecedentes etiam ut sibi in mensura constant plus convenit; remotius enim hae rhythmum fin. praeparant. Omnino versus quivis finem versus multis in metris est constantior et minus liber quam ab initio, ubi licentia facilius fertur.

II. Fundamentis his jactis, singula metra cognoscere in promptu est. 789 Describemus autem ea sic, ut cujusvis generis primum simplicia, deinde gratius culta et composita metra ex ordine justo sibi succedant.

1. *Jambici simplicis* generis vel originis haecce sunt:

790

5 - -

1)  $\overset{\cdot}{\text{f}}\text{---}\text{f}$  (*tremens*, leniter agitatum) dijambis continuis constat; nec raro catalecticis. Estque aut dimeter, aut trimeter; trimeter tamen frequentior. Solentque rudiori hoc metro ita uti, ut quivis versus rhythmus

---

1) v. quaestionem hanc de voce in hos duos versus distrahendâ uberiorius expositam in lib. de metr. arab. p. 110-112. Adde exempla vocis continuatae in metro *Elkamelo* majori acatalectico Ibu-Khac. p. 58, 3. 4. Izzedd. av. p. 42. 65.

finali absolvatur; rarius demum seriores quidam alternos versus et hic inducunt. Nec solent simplicissimo hoc et antiquissimo metro carmina pangi nisi brevius sine magna arte fusa vel minus gravia et splendida, in primis satyrici generis; seriores tamen quidam usum ejus ultra extendunt.

- 791 2)  $\overset{s}{\text{خجفم}}$  (*velox*) illi proximum est tum origine tum usu, semper tamen jam alternis versibus jungendum. Prodiit id ex levi tertii dijambi mutatione hac, ut primum secundus dijambus unâ syllaba e tertio abrupto augeatur, deinde vero jambus integer accedens metrum, quod ita detentum et impeditum videbatur, celeriter compleat: <sup>1)</sup>

$$\bar{v} \overset{1}{-} v \overset{1}{-}, \bar{v} \overset{1}{-} v \overset{1}{-} \bar{v}, v \overset{1}{-}$$

Antepenultima per se quidem anceps est, sed ob caesuram necessarie hoc loco prodeuntem et quo celerius jambus sequens in finem properet, continuo usu producta. Posterior versus ob rhythmum fin. nonnunquam catalecticis fit, ita ut ultima producenda arsique notanda sit. Sed syllabam porro novam in rhythmum fin. abjicere, vel in utriusque versus fine anapaestum purum (cf. §. 799) inducere, tam rarum est et insolitum, ut tales versus non nisi in metricis legerim.

- 792 3)  $\overset{s}{\text{جك}}$  (*perfectum*) ex dijambo ita prodiit, ut prima ejus syllaba semper producat, proptereaque etiam in duas breves solvi possit  $\overset{1}{-} \overset{1}{-} v \overset{1}{-}$ . Qua quidem mutatione, cum anapaestus ita saepissime pedem incipiat, metrum oritur properantius et ornatius, quod ad nobiliora quoque carmina frequentissime traduci solet. Quod metrici tradunt, pedem hunc in dijambum ejusque variationes mutari posse, ut ab origine metri hujus minime alienum est, ita tamen a bonae notae poetis sedulo evitatum, ut paucissima quae reperias ejus generis exempla (ut Izzedd. av. p. 104, vs. 3) plerumque dubiae sint lectionis. — Breviori carmini inservire potest *dimeter*, isque rarissime in rhythmum fin. catalecticis; paulo frequentius in rhythmum fin. syllaba adjici potest, ut versus in  $\overset{1}{-} \overset{1}{-}$  exeat, quod tamen ut in breviori dimetro bene fertur, ita trimetro non aequè aptum est. Dimetro tamen et hic *trimeter* omnino frequentior est, isque aut integer, aut in rhythmum fin. catalecticis. Rarius paulo versus alter ob rhythmum fin. *duabus* syllabis privatur, ut in  $v v \overset{1}{-}$  vel, quod frequentius, in  $\overset{1}{-} \overset{1}{-}$  exeat; quapropter versus prior, etsi integer servari

1) Conferri possit, si quid conferendum est, versus Graecorum *scazon* e jambo oriundus.

potest, plerumque, ne nimis posteriori dissimilis fiat, easdem syllabas retrahit, ut tamen, quod praeter rhythmum finalem longe gratius sonat, semper in anapaestum exeat.

4) <sup>5</sup>وأفر (exuberans) tertii hujus contrarium est:  $v \text{ — } \text{—} \text{—}$ , cumque 793

longa tertia in breves duas frequentissime solvatur, oritur pes illo citatior et praecipitantiior. Quare cum trimetrum eadem vocis praecipitantiâ continuare incongruum visum sit, tertius pes semper catalecticus est  $v \text{ — } \text{—}$ , quo gressus priorum citatior bene inhibetur. Nec antiquitas in usu est nisi *trimeter* hic *catalecticus*, isque inter frequentissimos et maxime admatos. *Dimeter* integer senioribus quibusdam in breviori carmine novatus est, ut in rhythmum fin. aut anapaestus purus, aut spondeus propagetur. — Ceterum metrici huic quoque pedi simplicem *dijambum* substitui posse putant <sup>1)</sup>, de quo idem valet quod modo de *Kâmilo* dictum est. Exempla e bonis poetis certa prorsus desidero.

2. Ex *antispastico* genere puro non nisi unum est metrum:

794

5) <sup>5 - -</sup>هزج (concisum, raucum) antispastos semper binos copulans, nonnunquam catalecticus in rhythmum fin. Metrum satis rarum, nec nisi in brevioribus obviam, praesertim quae paulo severius et gravius dicenda videntur. Ultima anceps  $v \text{ — } \text{—} \bar{v}$  saepe producitur, saepe brevis manet. Quod metrici antispasto *dijambum* substitui posse tradunt, non prorsus absonum et praeter rem, cum antispastus haud dubie ex *dijambo* prodierit; sed jure tam rarum et singulare, ut nullum equidem ejus rei exemplum legerim.

3. Ad *amphibrachicum* genus pertinent haecce:

795

6) <sup>5</sup>مقتضب (properans), ex meris amphibrachis constans, aut *trimeter*, qui rarior est et nimis brevis ambitus, aut *tetrameter* satis frequens. Est id metrum satis molle et instabile ac fugax, quo antiquiores rarius, seniores saepius utuntur. Interim haec mollities ultimâ pedis syllabâ, quae per se anceps est  $v \text{ — } \bar{v}$ , saepius productâ multum jam deprimitur: in penultimo vero pede syllaba haec e lege fere continuâ producitur, quo gravius et sedatius vox rapidam versus celeritatem sistens in

1) Post priores syllabas duas  $v \text{ —}$  *choriambum* adhiberi posse iidem tradunt. Reputandum tum, sequentes syllabas  $vv \text{ — } v \text{ —}$  pedi *Kâmilo* respondere proptereaque ex ratione supra dictâ *dijambo* vel *choriambo* cedere posse, v. lib. de metr. p. 54.

finem vergat; nec nisi rarissime hac in sede syllabam brevem invenies, ut Sac. anth. p. 30. Arabs. Fak. p. 26, 5. 6. Fortius etiam et gratius versus finitur catalecticus in  $v \overset{|}{-}$ ; unde fit ut prior versus, nullâ rhythmî finalis ratione habitâ, aut plenus aut catalecticus efferri possit, ita tamen, ut, si in rhythmî fin. catalecticus est, in priori syllaba tertia vocem simul finiat. In rhythmî fin. frequentior est et ipse catalecticus, rarissime porro sic contractus, ut  $\bar{v}v \overset{|}{-}$  in  $\overset{|}{-} \overset{|}{-}$  exeat. Haud raro tamen ob rhythmî finalis commodum posterior versus integer servatur  $v \overset{|}{-} \overset{|}{-}$ .

796 7) طویل (longum) ex amphibrachi et dijambi serie bis repetitâ constat. Qui versus longus membra, quibus constat, duo non simpliciter apponit, sed nexu interiore et arctiore conjungit. Nam cum in versu varii rhythmî medio vox morans in quietem et caesuram quandam proclivis sit, dijambus prior tertiâ syllabâ productâ in antispasti genus transire an nititur, quo rapidus metri cursus grate apto loco sistitur et inhibetur. Sed ita comparata prior pars necessario jam alteram praeparat et inducit, ut utraque pars arctissime jungatur: <sup>1)</sup>

$$v \overset{|}{-} \bar{v} v \overset{|}{-} \overset{|}{-}, v \overset{|}{-} \bar{v} v \overset{|}{-} v \overset{|}{-}$$

Ceterum tertiam dijambi prioris syllabam nonnunquam haud productam invenies (ut Taraf. M. v. 19. 22. 63. 65. 93. 105. Zohairi M. v. 14. 28. Ham. p. 95 bis. Tab. p. 122, 4. ad Taraf. p. 12, v. 6. 7.), neque id mirum est ex hac origine: nam sic metrum tantum paulo invenustius in antiquam originem recidit. Sed quartae ejus syllabae correptae, quam ferri posse dicunt, equidem exemplum nondum legi, utpote quae ex origine longa est, quod secus foret, si antispastus hic primitivus et perfectus esset. In fine versus ob vocem contra properantem dijambus semper purus et sine omni vel mutatione vel syllabâ ancipite servatur. —

Sic comparatum metrum gratissimae est varietationis et jucundissimi delapsus. Nam tremulum amphibrachi modum tranquillat statim et cohibet firmior hinc antispasti hinc dijambi gressus; quique versus in medio cursu severe inhibetur, idem denique rapidius decurrit. Hinc omnium frequentissimum est hoc metrum ac plurimum admatum, praesertim in gravioris argumenti et longioris ambitus carminibus. Et tam arcte omnia in eo juncta sunt, ut brevior versus bene ferri nequeat: nec nisi in rhythmî finalis gratiam penultima ex prioris membri similitudine produci potest

1) Similis omnino ratio in sloco sanscrito vulgari obtinet.

$\overset{1}{-} \overset{1}{-}$ , vel versus catalecticus fieri hac ratione, ut gratius in  $v v \overset{1}{-} \overset{1}{-}$  finiatur, quartâ a fine syllabâ e more fere continuo non productâ. Utraque tamen rhythmî fin. varietas ut prioris versus finem nunquam mutat, ita non aequè frequenter occurrit ac mensura primitiva; nec nisi in carminibus serioris aevi, velut Ibn-Zeiduni Hispani, penultima in rhythmò fin. saepius producta invenitur. — Brevius Tavis, quod rarissimum, v. in *Lockett the Miut Amil* p. 119.

8)  $\overset{5}{\text{مضارع}}$  (*simile*) priori origine simillimum est, sed brevissimum et rarissime usitatum. Constat ex eadem amphibrachi et dijambi serie, cui una simpliciter in fine accedit syllaba, quo versus gratius finiatur:  $v \overset{1}{-} \overset{1}{-}$ ,  $\overset{1}{-} v \overset{1}{-} \overset{1}{-}$ . Cumque syllaba et tertia et quarta per se anceps sit, plerumque tertia, rarius quarta sic producitur, ut tertia brevis maneat. Possuntque vel singuli versus rhythmò finali juncti sibi succedere.

797

4. *Anapaestici* generis sunt:

798

9)  $\overset{5}{\text{متدارك}}$  (*persequens*) singulis anapaestis constans, dimeter, vel trimeter, aut tetrameter, ut versus brevior in rhythmò fin. nonnunquam syllabam sibi adjungat, quo numerosius et gravius cadat:  $v v \overset{1}{-} \overset{1}{-}$ . Sed omnino antiquitus nunquam metro hoc usi sunt, utpote quod nimis est praecipitans et turbulentum. Seniores parcius eo uti incipiunt, ut anapaestum aut purum servent, ut syllaba in eo anceps sit  $\overset{1}{-} v v \overset{1}{-}$ , aut contrahi sinant  $\overset{1}{-} v v \overset{1}{-}$ , aut utrumque aptâ ratione jungant. — Apud veteres anapaestus non nisi tardioribus rhythmis variandis et accelerandis inservit, praesertim jambis compositus. Apparetque facile, anapaestum hunc modò tardiores acceleraturum non posse in spondeum contrahi.

Haec inter metra aequissimum et gratissimum est

10)  $\overset{5}{\text{مستطاب}}$  (*expansum*), quod ex dijambi et anapaesti serie duplici 799

constat. Metrum sic priens longum suavique modulatione eminens inter mobilia est. Cumque vox in medio versu tali libenter moretur, prima dijambi posterioris syllaba per se anceps e more fere continuo producta est, ut rarissime eam brevem reperias. Prior dijambus ab hac potestate liber est, ceditque nonnunquam vel in limato hoc et aequo metro choriambo, qui tamen idem posteriori longè minus libero rarissime substituitur. Sed quo magis vox in medio versu moratur, eo celerius deinde in finem properat, ut anapaestus posterior primam nunquam producat grateque metrum in sonum  $\overset{1}{-} v v \overset{1}{-}$  exeat. Prioris contra anapaestis syllaba prima

anceps ubique est. In rhythmici tantum finalis gratiam anapaestus ultimus, quod per se licet, in spondeum  $\overset{1}{-} \overset{1}{-}$  mutari se sinit, etsi hoc paulo rarius fiat. — Occurrit et brevior versus, cum partes hujus metri majoris saltem non tam arcte cohaereant quam in الطويل §. 796. In hoc dijambis duobus interponitur anapaestus, ita ut dijambus in fine rarius integer servetur, pulcrius contra et frequentius catalecticus sit. Quo in versu minori cum vox similiter decurrens ubi moretur quaerat, quinta versus syllaba seu prima anapaesti e more producta est aequae ac octava in majori; et contra jam apte antepenultima brevis servata:  $\bar{v} \overset{1}{-} v - \bar{v} v \overset{1}{-} v \overset{1}{-} \bar{v}$ . Priori dijambo in metro hoc levio choriambus frequenter satis substituitur. Rarioris generis est carmen in quo prior versus ultimam dijambi catalectici omittit ut arsi vacuum, quod in carmine levissimo facilius fertur, Ham. p. 506 sq., scilicet quod versus hic jam esse videtur:  $\bar{v} \overset{1}{-} v \overset{1}{-} - , v \overset{1}{-} v \overset{1}{-}$ .

- 800 11)  $\overset{5}{\text{ممنسرح}}$  (*agile*) recentius mihi metrum videtur ex illo levi mutatione ortum. Nam posterior illius pars, dijambus anapaesto compositus, hic eadem prorsus est; sed prior brevius pro eo sonat  $\bar{v} \overset{1}{-} v \overset{1}{-} -$ , quasi series illa hoc in situ non perfecta sit, sed abrupta, et ad modum dijambi unâ syllabâ aucti relicta. Oritur sic metrum illo celerius et abruptius, minus aequabile et sedatum, nec non minus excultum, ceterum structurâ et ratione ei proximum. Utuntur eo haud raro, sed minus tamen frequenter quam metro البسيط, magisque in levioribus. Choriambus ut in leviori metro ab initio frequentissimus. Quinta syllaba, in quâ recitatio admodum inhibetur simulque ut in medio versu moratur, tam constanter producta est, ut brevis syllabae exempla rarissime veniant; quod ubi fit, sequens eam syllaba brevis jam necessario producenda est. Dijambus alterius membri, cum sic duae syllabae longae praecedant, ancipitem primam frequentius brevem servat quam producit <sup>1)</sup>. Choriambus vero dijambo huic substitui prorsus nequit. Anapaestus denique in fine, ut in *Elbasito*, semper purus manet celeriter decurrens, ut prima non nisi rarissime in versu rhythmici finalis experte producta sit. Rhythmici finalis eadem prorsus ratio conspicua est quae in *Elbasito* <sup>2)</sup>.

1) Rarissime ex §. 780 occurrit  $\bar{v} \overset{1}{-} v v$ , unde versus plures ob licentias mirus explicatur:  $\text{مَنَازِلَ عَظَاهِنَ بِيذِي الْاَرَا -- ك}$ .

2) Dubitari possit, annon metrum hoc melius ex dijambo simplice et serie metri Muktheadhib §. 801 compositum sit, ut Arabes quidam putant et ipse olim opinatus sum. Sumendum ita esset, primam

12) <sup>و</sup>مقتضب (decurtatum) ex anapaestis duobus constat jambo tar- 801

diore inserto:  $\bar{v}v - \bar{v} - v - v - \bar{v}$ , ut prioris anapaesti syllaba prima saepissime producta, posterioris hic quoque brevis servata sit. Potest et jambus praeponi:  $v - \bar{v}v - \bar{v}v - \bar{v}$ , ut sequens syllaba brevis potius producat. Est vero metrum hoc breve et properantius omnium rarissime usitatum.

5. Ionici denique modi sunt haecce:

802

13) <sup>و</sup>سالم (saliens) ex ionico  $\bar{v}v - \bar{v}$  — continuato constans, dimeter, vel trimeter, rarissime tetrameter. Turbulento hoc metro veteres non nisi in festinantius et negligentius prolatis utuntur; nonnunquam vel singuli versus cum rhythmio finali componuntur. Quo gravis et turbulentus metri hujus diutius continuati modus mitigetur, ultimus pes melius catalecticus est  $v\bar{v} -$ , apte gressum nimis vehementem sistens; quapropter prior versus trimeter semper catalecticus est, rarissime acatalecticus; in dimetro tamen ob brevem ipsius ambitum idem non licet. Posterius hemistichium et dimetri et trimetri, prout rhythmii finalis constantia suadet, aut catalecticum est, aut integrum. — Ceterum quartam ionici syllabam medio in versu, si quod rarissime fit, corripitur, non corripiri posse nisi ut sequens producat, ex §. 781 jam apparuit. Idemque in omnibus modi hujus metris aequo jure valet.

14) <sup>و</sup>مدید (extensum) priori simillimum est ab eoque sic tantum 803

differt, ut ionicis binis anapaestum inserat, unde metrum jucundius variatum et sublimius oritur, quo in gravioribus quoque utantur. Sed raro in-

syllabam post dijambum semper produci ob moram et caesuram in medio versu; quâ ratione rhythmus totius versus eodem redit. Sed nunc aliter statuo, varias ob causas. Nam primum ipsa compositio displicet, quâ unus dijambus duorum anapaestorum et jambi seriei multo longiori sociatur. Multo gratior fit et aequabilior partium duarum distributio, si priorem partem plus quam simplicem dijambum continere sumis. Deinde versus hujus ambitus ut reliqui similes ex duabus partibus initio paribus compositus videtur. De-

nique seriem hanc  $\bar{v} - \bar{v} - \bar{v} - \bar{v}$  — etiam in السريع agnosco, et, quod prae ceteris huc pertinet quaestionemque prorsus solvit, eadem vel bis repetita versum efficere potest, cujusmodi versus rarior hic est:

وقد تعجبت إذ هنائي عيش وعندي بالموت علم



teger est uterque versus  $\bar{v}v \overset{1}{-} - \bar{v}v \overset{1}{-} \bar{v}v \overset{1}{-} -$ , in quo prima ionici posterioris multo pluries producitur quam brevis manet, scilicet quo versus post celerrimum cursum ante finem paulo inhibeat firmiter consistat; potestque sic, eadem qua in metro priori ratione, ionicus ultimus aut in priori aut in posteriori versu in anapaestum transire. Sed cum omnino ionicus posterior in brevioris catalectici modum inclinet, multo magis e more est, utrumque versum similiter adornatum catalecticum exhibere. Quâ ratione cum anapaestus ultimus semper celerrime decurrere soleat, ut prima ejus syllaba brevis maneat, prior anapaestus syllabam suam primam e more producit, quo vox in medio versu habeat ubi requiescat firmiter consistat. Potestque anapaestus ultimus in rhythmo finali ex similibus versuum exemplo (§. 799 sq.) in  $\overset{1}{-} \overset{1}{-}$  contrahi. — Notabilis est rarior forma in Ham. p. 414 sq. Scilicet ionici et anapaesti series bis ponitur, ut e serie hac duplici versus oriatur. Sed utraque series sic conjungitur, ut anapaestus posterior celerius primam syllabam haud productam, prior tardius hac ipsam productam incedere studeat; rarius enim lex haec violatur. Cernis sic metrorum الطويل et البسيط origines; nisi quod hoc rarius metrum rhythmicum finalem in alternos versus reservare nondum didicit.

- 804 15) خَفِيفٌ (leve) ionicis duobus dijambum immiscet, qui turbulentum illorum gressum temperet et mitiget. Hinc metrum hoc in deliciis est Arabum, et in gravioribus saepe adhibitum. Ceterum cum dijambus ionico spatii ratione prorsus respondeat, quivis pes per se ponitur aequae ac in simplicibus metris. Est tamen prima dijambi syllaba, ut post duas e lege simul productas collocata, saepius brevis servata quam producta. Nec choriambus dijambo huic unquam substituitur, qui dijambi consilium hic turbaturus foret. Placetque maxime versus integer et prorsus aequalis; ubi notandum, ionicum ultimum ante rhythmicum finem in  $\bar{v}v \overset{1}{-} \overset{1}{-}$  contrahi posse: per se enim haud dubie hoc licet, sed cum alias celerem et gratum progressum nimis turbaturum esset, bene non adhibetur nisi ubi e rhythmo finem proxime sequente excusatur. Rarius eadem, quam in duobus metris praecedentibus vidimus, ionici posterioris in anapaestum proclivitas hic ingruit, ut eadem omnia consequantur quae modo in المديد exposuimus. — In brevioribus carminibus potest etiam simplex ionici unius et dijambi series poni, ut posterior versus dijambum ex rhythmi finem constantiam aut integrum aut catalecticum exhibeat, in quo catalectico penultima, ut in البسيط §. 799, potius brevis servatur.

16) <sup>و ن ع</sup> مكثت (amputatum) brevioris hujus الخفيف contrarium est, 805  
nec nisi in brevi hac dijambi et ionici serie obvium. Ratio ejus eadem  
prorsus quae illius, nisi quod choriambus rarissime fertur, ab initio scilicet  
positus. Ante rhythmum fin. hic quoque ionico molossus nonnunquam  
substituatur. Usus ejus non prorsus infrequens.

Quae recentius inter Arabes exorta sunt metra, cum nec novi quid 806  
praeter compositionem iis insit, nunc brevitatis causâ omittere placuit.

III. De *rhythmo finali* pauca disertius explicanda restant. Primum 807  
igitur in vocabulo ejus pronunciando *pausae* leges universae (T. 1. p. 78.  
373 sq.) redeunt. Nec tamen omnia hic eadem valent vi. Nam breves  
vocales, quae in pausâ vulgari prorsus obmutescunt, in versuum rhythmo  
f. servari possunt; imo carmen vocalibus paribus terminatum suavius et  
lenius sonat quam consonantibus clausum; in hoc enim vocalis finali con-  
sonanti praecedens similis obscuratur magis et attenuatur, in illo cum  
consonante suâ clara auditur. Hinc carmen consonantibus finitum duri  
quid habet nec frequenter apud veteres nisi in versu rudiori et argumento  
minus gravi usitatur. At nunatio cum nominis tum verbi (in modo em-  
phatico) in versu quoque fine manere nequit, ut vocalis semper pura et  
longa audiatur. Nec fem. sg. aliter inveni nisi <sup>و</sup> x -- ex lege vulgari. Ce-  
terum cum vocalis brevis in pausâ per se jam producenda sit, vocalem  
longam in scripturâ exprimere supersedere solent poetae; raroque <sup>و</sup> و, <sup>ي</sup> ي  
pro *i* et *u* e pausâ producendis scribuntur. At vocalis proxima *a* in  
pausâ semper literâ <sup>ا</sup> dilucidatur, aequae ac semper <sup>ا</sup> scribitur in nu-  
natione.

In rhythmo autem f. sermonis oratorii (تسبيح §. 777) *pausae* ratio  
severius sibi constat. Nam vocalis brevis e *pausae* jure semper evanescit,  
ut vel suffixum <sup>و</sup> x in <sup>و</sup> x -- abiens cum fem. sg. <sup>و</sup> x -- componi possit (Iz-  
zedd. av. p. 57, 9. 107, 1-3), quod in versu veterum limato non licet;  
in eo enim <sup>و</sup> x -- pronunciandum esset. Tali in stylo accusativi etiam voca-  
lis plenior evanescere potest, soni similitudine jubente, ut <sup>ا</sup> اصبح كيب  
pro <sup>ا</sup> كيبا Izzedd. av. p. 40, 4. 41, 2. Contra vero etiam nunationem

plenam fert in altero membro ita servatam, ut ei in priori ن radicale respondeat, ut راس -- محاسن Arabs. Fâk. p. 34, 6 a f. 42, 13. 54, 1. Ut omnino poetas veteres pulcrum in his magis spectasse appareat.

- 808 Constat autem rhythmus f. ultimae syllabae consonante aequae ac vocali eadem continuatâ, sive vocalis sequatur sive, quod rarius, praecedat. Tenue vero x suffixi vel fem. sg. per se solum consonantis sonum justum non explet, ut si in fine versus collocetur, alius praemittendus sit sonus similis firmior. Tertiae autem radicalis emollitae sonus consonantis loco sufficit, ut آتا : هَوَا.

Sed libenter in metris ornatioribus ultra ultimam syllabam soni similis concordia extenditur. E quo studio gravissimum et apud veteres constantissimum hoc fluxit, ut vox in praecedente syllabâ longâ consistens *exitu* hujus syllabae *simili praeludat* rhythmico finali eumque suavissime praeparet. Apparetque satis, hoc facillime fieri, si syllaba haec longa proxima seu penultima est; fertur tamen etiam, si ante brevem penultimam antepenultima longa est; at si duae breves praecedunt, syllaba longa, in quâ praeludens consistat vox, tam remota est, ut non possit facile idem concentus cogitari. Possuntque in omnibus, quotquot supra descripti sunt, versibus, tria tantum rhythmici f. genera cogitari haecce: ... — v v <sup>1</sup>, ... — v <sup>1</sup>, <sup>1</sup> <sup>1</sup>, de quibus singulis jam erit videndum.

- 809 1) ... — v v <sup>1</sup>. In hoc genere tota rhythmici f. vis in solâ syllabâ ultimâ ita requiescit, ut breves duas, quae praecedunt, non tangat <sup>1</sup>), ut قرم : جلم; justoque diligentius seriores similem sonum in consonantem et vocalem penultimae vel antepenultimae adeo transferunt, quod facilius tamen fertur si ultimae consonans tenue x est, ut ودھا : ودھا.

- 810 2) ... — v <sup>1</sup>. Et hoc genus rhythmum f. in ultimâ solâ continuare potest, quod in versu minus polito e more fit. Sed in ornatiori versu ei in antepenultimâ simili sono suaviter praeluditur, cum in longâ hac syllabâ vox consistat prius seque ad finem versus breviter complectendum colligat. Sufficit tamen prorsus *exitus* antepenultimae, suavissimumque semper

1) Nam quod metrici Arabes putant in quartâ a fine syllabâ d continuari posse (§. 808. 810), equidem nondum probatum inveni.

visum est praeludente claro vocalis longae â sono in his uti; quâ ratione penultima libenter eandem vocalem et optime quidem (ex §. 156) *i* con-

tinuat, ut لَاحِبٌ : سَاكِبٌ, vel مَتَطَاوِدٌ : سَلَسِلٌ; rarius alia vocalis

longa continuatur, ubi nota sonos *i* et *û* ex §. 70 componi posse in remotiore hoc rhythmî f. sono; nam in ultimâ confundi nequeunt. Quodsi antepenultima consonante finitur, haud quidem ut eadem consonans continetur aptum est, id enim juri ultimae nimium detraheret; sed videndum tamen, ut semper syllaba consonante claudatur, quo ipso parva saltem similis exitus concordia et continuitas servatur. Quaevis autem antepenultima conformatio tollitur, si ultima consonante terminatur: sic enim rhythmî f. sonus gravissime in ultimam contrahitur. Penultima consonans

veteribus non constat, nisi si in ultimâ tenue *z* est, ut رَجَامُهَا : سَلَامُهَا

in Lebidi Moallakâ, ظُهُورُهَا : جِبْرِهَا Tab. p. 188; seriores id ultra extendunt.

3) ... — ' —. Hujus ultima sola rhythmum f. tenet in rudioribus 811 versibus; in ornatioribus penultima ei jam praeludere studet, exitu scilicet, ut modo in altero genere vidimus; nam consonantem penultimae incipientem unius soni facere serioribus demum placuit. Igitur penultima aut semper mollius in vocalem longam abit, in â, vel in *i* = *û*, ut

كَهْوَلٌ : قَلْبِلٌ, aut in consonantem, quae ratio durior in metris paulo durioribus vel gravioribus etiam praestat, velut سَاكِرٌ : سَمِرٌ; posterior

ratio nonnunquam ita mollitur, ut consonans penultimam claudens et ultimam incipiens eadem sit, ut مَسْتَقِلٌّ : بَطَلٌّ; seriores demum penultimam

eâdem continuo consonante claudere incipiunt. Nec penultima concordia haec tollitur, si ultima consonante finitur, quanquam primam hujus ultimae consonantem ejusdem soni facere rarius demum apud veteres usitatum est,

ut بَدَاكٌ : حَلَاكٌ.

Ultima consonante terminata longam etiam vocalem ferre potest. Sed 812 gravissima haec et durior ultimae quasi in infinitum se porrigentis pronuntiatio non placet nisi in metris vel rudioribus vel brevioribus, cata-

lecticis praesertim, in quibus syllaba in fine ommissa arduâ hac pronuntiatione quasi suppletur. Possuntque in ejusmodi syllabis, cum vocales obscurius sonent, diphthongi *ai* et *au* componi, rarius etiam *i* et *u* sicut in penultimâ et antepenultimâ, cf. Tab. p. 234.

- 813 Quae recentiores poetae in rhythmo f. varie innovaverint, velut si quaternos versus brevissimos ita componunt, ut rhythmus f. in quarto idem continuetur, in tribus prioribus variet, ea cum nec difficilia intellectu sint, nunc mittere placet.

- 814 Metri et rhythmici f. causâ poetae multa quidem a linguae vulgaris finibus aliena dicere possunt; sed cave ne poetis quodlibet licere putes. Diligentius enim omnes has licentias consideranti poetam in iis ipsis non temere nec suoapte tantum ex ingenio, sed legibus adstrictum versari patet. Quae enim poetae licita sunt, a linguae arabicae historia et indole abhorreere nequeunt, quanquam causae in singulis variae sunt. Plurima ex antiquae linguae vestigiis excusantur, a poetis omnibus studiose servatis. Alia ex linguae quotidianae mutationibus paulatim ingruentibus expressa sunt: dum enim stylus vulgaris constantior est et sanctior, poetae nova, quae in vivâ linguâ continuo exoriuntur, haud pauca imitari possunt. Denique quae poetae ipsi innovant tentantque varie, indoli saltem linguae ita jam insita sunt, ut naturae velut fruges floresque ex stirpe sanâ prod-eant nec quidquam alieni vel obscuri afferant. Possisque ita licentias has facultates potius linguae inexhaustas divitiasque et varietates vulgo haud usurpatas dicere; nec quidquam huc referendum, cujus quae sit ratio et cum indole linguae nexus internus, non cognoscas. Unde etiam licentias has melius in ipso grammaticae decursu suis locis, ubicunque aptum videretur, explicandas censui. Nec nunc vel supra dicta repetere vel omnia quae huc trahas enumerare placet; de generibus tamen licentiarum pauca hîc monere non alienum duxi.

- 815 1. A prosodiae ratione scriptura, quae in haud paucis vocabulis cernitur, antiqua et insueta prorsus aliena est, velut in nominibus, in quibus longum *a* literâ } non descriptum est, v. §. 76. Rarissime apud sequiores poetam aliquem vocalis *â* vocabuli cujusdam §. 76 nominati corripitur, ut *هَاد* *hâdâ* Koseg. chr. p. 18, 4. et *الله* *allâho* in hoc versu

و لا يبارك الله في سبيل  
 sane deus ne Sohailo benedicat! Tabr. ad Ham.  
 p. 163, 21<sup>1)</sup>.

Syllabae dubiae non adsunt nisi in pronomibus quibusdam, quae e scripturae vulgaris more in poemate scribuntur quidem, sed haud raro aliter pronunciantur. Ita ex antiquitatis vestigiis pron. 3. et 2. msc. pl. in qualibet junctura هم, انتم, كم -- poetis saepius هم humū etc. pronunciat, cf. §. 167; rarius in codicibus idem scripturā expressum legas, ut فرقتوا Izzedd. av. p. 59, 6 sqq. Abulf. ann. musul. T. 3. p. 92. Similiter suff. ى (vel ى) poetis saepius, quod origo fert, *producitur*. Contra vero ex vitae vulgaris negligentia أنا ego saepissime ultimam correptam habet *änä*, v. §. 165, quod tarde sequitur أنا 1 pl. perfecti, ut أنا فأنا *fä'alnä*, v. libr. de metr. ar. p. 11. De أولو *ülü* v. §. 456, 2 not. Suffixi 1 sg. vocalem *i* ex linguae sonorae ratione in *ija* diduci posse, T. 1. p. 241. pluribus dictum est.

Cum lingua haec vocalium sit feracissima, poetae vel vocabulo per 816 se consonanti clauso vocalem postponere possunt. Non tamen nisi tenue istud *i*, quod omnium facillime se ingerit, ita pronunciatione suppleri potest; nec porro hoc ipsum licet nisi rhythmici finalis aequabilitate et cogente (nam praeter rhythmum fin. idem non fertur) et excusante. V. c.

تلد pro تلد. Contra vero in pausā litera duplex vocem finiens vocali vacua pronuciari potest, quod alias ex §. 429 sqq. non fertur, ut حن pro حن Ibn-Khac. p. 23, penult. Sac. chr. 1. p. 124. Nonnunquam ultima litera ob rhythmici f. commodum duplicatur, licet id non in verbo levi, sed in nomine tantum graviori fieri possit, ut الاضم pro الاضم.

Rarius ultima versus syllaba, cum vocales breves suas ex §. 807 abjicere possit, e rhythmici f. necessitate alienam vocalem assumit, ut

1) Quod olim ad vitium hoc tollendum de transponendā voce الله opinatus eram, nunc mitto, poetam excusari non posse videns. Sed egregie fallitur qui talia promiscue poetis licere putat.

بليالي pro: بليال<sup>3</sup> Izzedd. av. p. 42, ult. Sonum *än* in fine adjectum e  
versu laudat Hedajet ed. Baillie p. 169, 1-3.

- 817 Ceterum in sonis nihil tam instabile et mobile nihilque propterea  
poetarum licentiae tam est obnoxium quam sonus ا variaeque ejus vi-  
cissitudines. Quod quousque poetis pateat, breviter hñc delineare ju-  
vat: 1) rarius in mediã voce ا a praecedenti vocali a ita absorbe-  
tur, ut ä ä in â contrahatur, v. c. سألوك<sup>3</sup> *sälukahū* pro سألوك<sup>3</sup>  
(*rogarunt te id*) Tab. p. 84, antep. Quã ratione vel pro وأنا<sup>3</sup> (*et ego*)  
effertur *vänä* in metro rudiori p. 240, 15. — 2) Frequentius ا a vocis  
initio poetis licentiam suggerit. Nam vocalis posterioris vocis in conso-  
nantem, qua prior per se finitur, metro suadente facile ita transit, ut  
vocali sic promotae pro compositã et longã brevis syllaba praecedat, ut  
saepe post particulas arcte junctas من<sup>3</sup>, من<sup>3</sup>, أن<sup>3</sup>, v. c. من<sup>3</sup> آل<sup>3</sup>  
*mñ-nãli* pro *mñ ãli* Ham. p. 336 v. ult. similiterque frequentissime, quod  
diphthongus facilius solvi potest, لو ان<sup>3</sup> *lãvanna* pro *lau-anna* p. 357  
v. 1. Sac. anth. p. 336. Abulala 1, 55 ed. Vull. Vel ا cum priori á  
coalescit, ut آل<sup>3</sup> أبلغ<sup>3</sup> pro آل<sup>3</sup> أبلغ<sup>3</sup>. Contra vero etiam ا debile seu  
Veçlã notandum (§. 134 sqq.) in metri gratiam cum firmã stabilique suo  
loco vocali pronunciari potest, ut وأصير<sup>3</sup> pro imperativo وأصير<sup>3</sup> Waked.  
Aeg. p. 144, 4. Kos. chr. p. 88 bis. من<sup>3</sup> اقتاد<sup>3</sup> pro من<sup>3</sup> اقتاد<sup>3</sup> Tab. p.  
208 v. 4. Post articulum levem vocalis ejusmodi in suetã pronuntiatione  
suo loco manet, ut والابن<sup>3</sup> *val-ibnu*; at poetae pro eo *va-libnu* di-  
stinguere possunt, v. Sac. anth. p. 140, antep. 143, II. Arabs. Fãk. p.  
64, 7. Raro a articuli post vocalem servatur, ut praecedens longa jam  
ex illo a promotò corripitur, ut في<sup>3</sup> العرش<sup>3</sup> pro في<sup>3</sup> آل<sup>3</sup> Izzedd. av. p.  
24, 1. — 3) In fine vocabuli ا radicale ex hac ratione facile in ي

transire, v. 427. Praecipue formae in penultimâ longum *a* ante *f* vocali brevi efferendum collocantes facillime a longo hoc *a* vocalem in fine tenuem prorsus absorberi patiuntur, ut non in rhythmō tantum finali, sed medio etiam versu saepius dicatur  $\text{السَّامَا}$  pro  $\text{السَّامَا}$  vel alio casu (haec enim ultimae vocalis discrimina jam cessant),  $\text{هَيْجَا}$  pro  $\text{هَيْجَا}$  Tab. p. 122, 13.  $\text{بَشَا}$  pro  $\text{بَشَا}$  etc. Similiter ante suffixum  $\text{أَدَاك}$  pro  $\text{أَدَاك}$  Izzedd. av. p. 78, 4.

2. Quae ex *formarum doctrinâ* huc pertineant, maxime sunt varia, 818 singulatimque e suis causis cognoscenda. Repetamus pauca. Si vocalis in nominibus nonnunquam contra morem vel producitur vel corripitur, id ex formae analogiâ non temere fieri reputandum est, velut si  $\text{قَتَم}$  pro  $\text{قَتَم}$  poni schol. ad Ham. p. 163 annotat, vel  $\text{كَلَم}$  pro  $\text{كَلَام}$  Ibn-Khac. p. 50, 9. 52, 1. cl. §. 240, unde id satis elucet; vel si contra  $\text{بِنْبَاع}$  Antar. M. v. 33 pro vulgari  $\text{بِنْبَع}$  ponitur, metro quidem suadente, sed ita ut universa linguae indoles nomina ejusmodi paullatim producens nisui huic formativo faveat. Maxima quae poetae in formis praesto est variandi facultas in eo versatur, quod terminationes in vulgari linguâ debiliores vel decurtatas integras restituere vel innovare licet, ubicunque lex syntaxeos non obstat; nam est haec quasi aedificii linguae externi restauratio, quae sensum perspicuum non turbet, sed sustentet. Unde nunatio restitui potest (§. 346), v. c.  $\text{مَكَّة}$ ,  $\text{بُوسَف}$  pro  $\text{مَكَّة}$ ,  $\text{بُوسَف}$ , atque adeo  $\text{مُحَمَّد}$  in vocativo pro  $\text{مُحَمَّد}$  Ibn-Khac. p. 39, 2<sup>1</sup>); fem. mutum et debilius in  $\text{سَبِينِي}$  in clarius et sonorius  $\text{سَبِينَا}$  transformare licet, ut  $\text{سَبِينَا}$  pro  $\text{سَبِينِي}$  Sinai Izzedd. av. 20, 4. Simili ratione modus imperfecti raf'atus pro derivatis g'ezmato vel naçbato quoque restituitur et nominativus pro accusativo, non promiscue, sed in paucis tantum stirpium debilium generibus et formis, in quibus ipsa formatio ansam praebet, satisque raro (v. §. 399 not.; adde  $\text{بَسِي}$  pro  $\text{بَسِي}$  Ibn-Khac. p. 22, 13. Ham. p. 466. v. 3.)

1) Sic enim ibi legendum videtur, cum vocalis brevis in fine versus praeter rhythmum fin. consistere nequeat.



Contrarium autem ex his non licet, ut nunatio temere omittatur vel modus et casus derivatus pro primario veniat. Nec omnino in bono poeta praeter rhythmum f. vocales breves vocem terminantes omittuntur nisi in formis السَّما pro السَّما §. 817, 3 et similibus §. 259 not.; seriores tamen non ubique ab eâ licentiâ sibi temperant. Facilius etiam apparet, formam contractam solvi posse, ut أَجَلٌّ pro أَجَلٍّ. Ceterum formae quaedam ex linguae vulgaris negligentia decurtari se patiuntur, ut لَآكُ, بِكُ tenue *n* amittere possunt ex لَآكُنْ, بِكُنْ; rarissime كَيْفُ pro كَيْفُنْ quomodo? dictum affert e versu Lockett ad Miut Amil p. 117. Simili licentiâ poeta nominum formas in vocativo decurtatas (§. 350) nonnunquam ad alias juncturas transfert.

- 819 3. In *syntaxi* multa singula aliena occurrunt, e quibus plurima supra suis locis notata sunt. Ubivis tamen hic quoque ad rationes et fines attendendum est. Ita collocatio vocabulorum poetis multo liberior patet quam pedestri orationi: at propterea non omnia vocabula licet promiscue collocare. Poeta quis unâ in thesi قَدْ dupliciter posuit, quod in prosâ non esset ferendum: قَدْ جمع — قَدْ كان i. e. *jam collegerat* Kos. ch. p. 62, 13: sed idem, licet nec poetae facile condonandum sit, inde tamen excusationem quandam habet, quod verba duo intervallo quodam ita diremta sunt, ut قَدْ facilius repeti possit. Idem قَدْ post particulas temporis §. 760 sqq. dictas e lege non ponitur, quoniam ad sensum non requiritur: si tamen forte poeta quis id immisceat, ut كَلِمًا قَدْ دَنَا quotiescunque *appropinquavit* semel ob verborum lusum dicitur Izzedd. av. p. 19, v. 3, eum saltem non praeter sensum loqui reputandum est. Subjectum verbo praemissum post إِذَا et similes conjunctiones poetae collocare possunt, ut Ham. p. 104: at idem ab origine non prorsus absonum esse cogitandum est (cf. superius p. 315 not. et locutionem: أَتَيْتُكَ إِذَا اتَيْتُكَ).  
 وَصَدَّ الشَّمْسُ طَالَعَةً *veniam ad te ubi sol exorietur* Hedajet p. 82, 3).  
 In multis nova tentant poetae, quoniam antiquae formae rationes e sensu linguae obscurari coeperunt, ut si لَبَّتْ §. 709 proxime verbo finito jungi-

tur (v. vers. apud Lockett ad Miut Am. p. 92 sqq.), vel negativum لم<sup>و</sup> perfecto modi g'ezmati loco componitur Taâl. c. 24.

## A D D E N D A.

Vol. II. p. 2. not. 2). Cf. etiam اَلْبِسْعُ<sup>و</sup> Elisa propheta Sur. 6, 87. cum margine ed. Petrop.

P. 11, antep. Addi hic poterat, sequiores scriptores similiter صو - و صو - و الصغیر, والبعض ex §. 517 sq. dicere, ut definite *alium*, *aliquem* designent.

P. 13. §. 519. Exactius statuunt magistri (Miçbâh ed. Baillie p. 11. Hedaj. p. 13), كَا non nisi ante suffixum, id vero est plerumque post praeivium substantivum ejusdem flexionis, in كَلِي<sup>و</sup> dualis instar mutari, ut

بِكِلَا الرَّجُلَيْنِ<sup>و</sup>, كِلَيْهِمَا<sup>و</sup> بالرجلَيْنِ<sup>و</sup> utrumque denotans in *viris ambobus*.

Idque ab origine vocolae hujus minime abhorret. Forma كَلَّتْ<sup>و</sup> pro كَلَّتَا<sup>و</sup> rarior bona ex origine, cum dualis terminatio mutuata demum sit, cf. §. 410.

P. 16 not. cf. etiam marg. ad edit. Petrop. Sur. 82, 19.

P. 17, 1-8. Cf. alia in senioribus, qui saepe integrum Korani locum vel adverbia grammatica sic subjungunt, ut بِسَبَابِ لَعَلِّ وَسَوْفَ<sup>و</sup> *flagellis* notionis *fortasse et certe*, Izzedd. av. p. 46, 3. 4. 8. 87, 15. 90, 6. 103, 2. 111, 3-5. — Ibid. addi poterat, adverbium كَذَا<sup>و</sup> *ita*, cum nomen de industriâ non diserte nominandum breviter suppleat, statu constr. jungi, ut

دِي يَوْمٍ كَذَا<sup>و</sup>, فِي يَوْمٍ كَذَا<sup>و</sup> وَمَكَانٍ كَذَا<sup>و</sup> *die et loco hoc illo, e causâ*

*certâ* quadam. Etiam بِيَوْمٍ<sup>و</sup> §. 490 statum constr. admittit, ut مِّنْ<sup>و</sup>

عَذَابٍ يَوْمِئِذٍ<sup>و</sup> *e poena diei illius* Sur. 70, 11, ubi alii genitivi flexionem

يَوْمِئِذٍ<sup>و</sup> probant, cf. marg. ad ed. Petrop.

P. 37, ult. adde Sur. 71, 7. 9. 17. 18. Sur. 75 et 76.

P. 42, 12 adde Sur. 6, 22 cum marg. ed. Petrop.

P. 45, 11. cf. etiam <sup>ء</sup>لا <sup>ء</sup>باس <sup>ء</sup>والك inutile est effugium tuum s. quod fugis Arabs. Fâk. p. 17, 24.

P. 54, 1. adde <sup>ء</sup>ما لك <sup>ء</sup>ونزهدا quid tibi est cum Zaido? Hedaj. p. 47, 7. 8. — v. 19-21 cf. Arabs. Fâk. p. 28, 6. 46, 5 a f. 50, 11. 61, 12 etc.

P. 56 not. Idem de ان notat Lockett ad Miut Amil p. 83; neque id absonum ex origine, ut <sup>ء</sup>ان <sup>ء</sup>حراسنا <sup>ء</sup>اسدا en custodes nostri sunt leones!

P. 61, penult. - ult. Adde, si plura exempla rarioris hujus usus praep. من et عن desideras, Ham. p. 101. v. 3. Izzedd. av. p. 104, 4. 105, pen. Wakidi Mesop. p. 7, 6. Henz. fr. p. 126. Ad p. 62, 11-24. cf. porro Arabs. Fâk. p. 12, antep. 90, 8. et exemplum relativae enunciationis in Hedaj. p. 106, 5 laudatum: ما رايت رجلا احسن في عينه: non vidi virum in cujus oculo collyrium pulcrius sit quam in Zaidi oculo.

P. 69, 5-7. Similiter <sup>ء</sup>حبيب et <sup>ء</sup>محبوب carus cum الي. Supple tamen ex §. 653. p. 143, ل post elativos aliud per se innuere.

P. 71, 19 sq. In hac formulâ nunc ب potius ita interpretor, ut ex §. 587 pro denotet: pro parentibus tu mihi es! i. e. non minus venerandus (et lugendus) quam parentes mei. Sic enim locutio multo simplicius et verius sonat; accedit quod usus praep. ب, de quo illic agitur, praeter negativam thesin arctissimis finibus circumscriptus est, ut non temere eo confugiendum sit.

P. 87. §. 595. Genitivi post <sup>ء</sup>مد usum ulterius extendunt Miut Amil p. 64 sq. Miçbâh p. 35 sq.

P. 89, 4. <sup>ء</sup>نزلت من علي الغرس descendit ab equo probat etiam Hedaj. p. 141, 8.

P. 90, 4. cf. <sup>ء</sup>الي عند i. q. in conspectum s. faciem cujusdam prodiens Abulf. ann. T. 1. p. 102, ult.

P. 114, antep. cf. Sur. 75, 25. 36.

P. 119, 1-5. Apparet inde per se, اذن ceteris in juncturis omnibus naçbatum inferre non posse, cujusmodi Miçbâh p. 45, 4-9 enumerat has:

1) si graviori voci اذن postpositum est, ut انا اذن اكرمك *ego tum honorabo te*; vel si conditio arcta praecedit, ut ان تاتي اذن اكرمك *si ad me venies, tum honorabo te*; 2) si sine vi dicitur statum describens, ut اذن اظنك كاذباً *tum puto te mentiri*.

P. 123, 13. cf. porro hujusmodi theses: جعلنا الانهار تجري *fecimus*

fluvios currere (*ut fluvii currant*), يلعبون — ذرهم *sine eos ludere* (ut ludant) Sur. 6, 6. 92. 110. In ultimo exemplo, nisi imperfectum ab imperativo satis sejunctum esset, g'ezmatus poni poterat ex §. 732.

P. 126, 18. cf. porro Sur. 73, 17. 76, 7. Arabs. Fâk. p. 89, 21.

P. 134, antep. cf. etiam اظنك كاذباً — اظنك كاذباً *cibare — orbum* Sur. 90, 14. 15.

Ad §. 652, 1. adde لا ponendum esse simili e causâ, si participium vel infinit. ex §. 555 cum لا compositum est, ut لا كاشف له *non est qui retegat eum* Sur. 6, 33. 115. 10, 106. Ad p. 140, 16 adde Sur. 5, 91.

P. 147, 17 sqq. Disertius hoc ita accipe, ut هو non praedicati proxime sit, sed subjectum repetat: nam ubi utriusque genus differt, genus hujus هو e subjecto pendet, ut Henz. fr. p. 111, 7. Quare هو post pronomen primae vel secundae personae inde derivandum est, quod lingua in hoc هو ideam tantum *existendi* seu copulae inter subjectum et praedicatum servavit.

P. 154, pen. add. رأى *vidit se* etc. Sur. 96, 7.

P. 158 *not.* Cum Kamuso faciunt alii, ut Miçbâh p. 67, 7. Hedaj. p. 66.

P. 161, 16. Ut, quousque accusativus extendi possit, cernas, cf. et haec: رايت رجلاً سيقاً معه *vidi virum ita ut ensem secum haberet* Ham.

p. 28, 18. هو مقتولاً *en eum interfectum* Arabs. Fâk. p. 46, 11.

P. 168, 25. 26. Hoc exactius expositum v. §. 730.

P. 171, 16. لكن *etiam brevius ita dicitur, si negativo proxime oppo-*

nitur arctiusque propterea cohaeret, ut لا معي لكن معكم *non mecum sed vobiscum.*

P. 173, 24. cf. etiam ثم السبيل بسرة *deinde viam complanavit* Sur. 80, 20.

P. 179 not. 2). Similem locutionem Kām. sub كل affert hanc: المراد التناهي وأنه بلغ الغاية فيما يصغده به. *est is omnium sapientissimus,* addens *هو العالم كل العالم*

P. 182, 10 adde لمن — لبيوتهم *Sur. 43, 32,* cui nos substituere possumus: *quorum domibus.* Sed talia quomodo apta sint, singulis locis consideranda. — Ad p. 185, 10 adde Tab. p. 166, 7. 8. 176, 10.

P. 206, 14. Adde simplice لا utendum esse, si, quod rarius fit, adjectivum in appositione laxiore comitatur, ut *إلى ظل لا ظليل* *in umbram — non umbrosam* Sur. 77, 30. 31.

P. 208 not. Praeter Kām. idem pluribus dicit Hedaj. p. 154, 1-5.

P. 209, 8. Simplici أو etiam copula postponi potest, ut — *أف* *ergone?*

P. 217, 3. de ناهيك cf. Arabs. Fāk. p. 10. 12 bis. 18, 14. 51, 15. 59, 7. 88, pen. 91, pen. 94, 19 etc. et cum eo alternans حسبك p. 95, a f 100, 5.

P. 247, pen. Adde, infinitivum, si sensus fert, post و vel في in naçbatum transire posse, ut *أعجبتني قيامك وتخرج* *mirum me tenuit surgere te i. e. quod surgas et exeas* Hedaj. p. 112, 8. cll. 113, 2. Arabs. Fāk. p. 101, antep.

P. 256 not. Idem probant Miut Amil. p. 190. ed. Lock. Miçbah. p. 42, ult. 59, 3. Hedaj. p. 125, 2, ubi exempla laudantur haec: يقول أن

ظننت لزيد قائم *Zaidum certe esse scientem,* زيداً عالم *putavi Zaidum profecto stare.*

P. 259, 9. Affertur vel hoc: في الدار زيد والحجرة عمرو *in domo est Zaid et atrio Amr* Hedaj. p. 65, 1. 2.

P. 272, 8. Idem Miçbâh p. 49, 1. Hedaj. p. 118, 2. 3 volunt post interrogativas theses et post  $\text{أين بيمتك}$  *utinam* licere, ut dici possit  $\text{أين بيمتك}$  *ubi est domus tua, ut te invisam?* Sed post negativam enunciationem idem non licet, cum potius  $\text{في}$  cum *naçbato* e §. 628 sequatur.

P. 280, ult. Etiam  $\text{كما}$  (=  $\text{כַּמָּה}$ ), quod rarissimum de *tempore* dicitur, ut i. e. quam primum denotans, affert Lockett ad Miut Am. p. 62.

P. 284 not. 1). Idem quod Haririus ex aliis grammaticis affirmat Lock. p. 70.

P. 306. Haec vocis  $\text{ربمما}$  notio et junctura tamen in Korano jam obvia est;  $\text{ربمما بود الذين كفروا لو كانوا مسلمين}$  *aliquando qui non crediderunt se Muslimos factos esse cupient*; et exemplum cum participio Hedaj. p. 138, 7. Ponit nempe  $\text{ربمما}$  casus singulos plures, ut si futuri temporis verbo jungitur, quid fieri usque possit, indicet, unde oritur notio *aliquando, fortasse*.

\* \* \*

### Ad Vol. I. nunc pauca haec supplere sufficiat:

Pag. p. 114, 6-11. Usus perfecti de re futurâ in Korano latius patet videturque mihi vestigia quaedam hebraei perfecti cum  $\text{ו}$  relativo servare, de quo v. gr. hebr. min. §. 480. Nam orator in rei futurae circulo jam versans brevius perfecto uti potest post copulam  $\text{و, ف, ثم}$ , quae rarius omittitur, praesertim ubi  $\text{قالوا, قال}$  interjicitur; hoc enim in praeteritae quoque rei narratione sine copulâ ita interjicitur, sermonis mutati notationem exhibens brevem, ut in aramaeis scriptis participium, in N. T. praesens ei respondeat:  $\text{אָמַר, אָמַרְוּ, אָמַר}$ ,  $\text{λέγει, λέγουσι}$ . Cf. de illo usu perfecti Sur. 5, 119-128. 6, 22-29. 128. 130. 10, 52. 49, 12. 50, 17-20. 67, 9. 10. 11. 24. 73, 13. 74, 42. 78, 17-19. 79, 34-35. 98, 8. Nonnunquam conjunctio  $\text{وَأذ}$  *et cum* praemissa est.

P. 118, 19. Hic disertius erat dicendum, discrimen esse inter perfectum simplex cum  $\text{كان}$  junctum et eandem juncturam accedente  $\text{قَدْ}$ . Nam  $\text{كان فعل}$  plusquamperfectum indefinitum prorsus exprimit, *fecerat* nescio quando; at  $\text{كان قد فعل}$  vel  $\text{كان فعل}$  plusqpf. disertius ad aliam actionem trahit *jam* (cum hoc accideret) *fecerat*. Hinc  $\text{قَدْ}$  omittitur

praesertim in relativis enunciationibus, quae ampliore definitione non egent. Cf. Tab. p. 12, 6. 20, 1. 34, 17. 38, 20. 80, 16. 88, 16. 90, 16. 140, 9, 154, 17. 168, ult. 184, 13. 222, 2. 226, 12. 230, 5. Abulf. ann. ant. p. 28. 4 a f., 70, 12. 78, 1. 166, 14. Quidam scriptores, velut Tabari, كان فعل pro simplici فعل disertius dicere magis frequenter solent quam alii.

P. 177, 1 sqq. cf. nunc Vol. II. p. 192, not. 2).

P. 222. Adde, nomina pauca propria formae فعال vocalis finalis mutationem respicere, ut ob *d* fortissimum praemissum deinde semper tenue *i* sequatur, ut سكاب nom. equi Ham. p. 101 c. Tebr. schol. حذام Miçbâh p. 17, 3-8. Hedaj. p. 77, 3. 4.

Ibid. not. quod de origine persicâ opinatus eram, nunc multo pluribus probatum video, cf. فيرونر و دادويه الفارسي Tab. p. 56 sqq. 68, 15. شبرويه Abulf. ann. ant. p. 94, 4. درستويه Kâm, p. 991, 1, quae omnia originem suam satis produnt. Poetae brevius dicere possunt دادوي Tab. p. 224, pen.

P. 223 not. Collato Hedaj. p. 19, 2-4 sensus potius est, nomina peregrina, quorum notio constet, non determinata aequae ac arabica perfectam flexionem subire.

P. 227 not. Suffixum ني nonnunquam etiam praeter imperativum in ن contractum invenitur in Korano, ut Sur. 3, 20. 6, 81. 71, 3.

P. 285, 14. Poterat hoc ex admirandi formatâ transferri (*quam honorati sumus ut avunculus et filius*): sec in versu abrupto aegre certius quid eligitur.

P. 287, 8. cf. similia Sur. 79, 16. 81, 15. 89, 9.

P. 334, 17. اللاي in prosâ quoque oratione v. Abulf. ann. ant. p. 90, 4. 6. Arabs. Fâk. p. 97, 5 a f. cll. Sur. 65, 4 bis.

P. 368. De كآ v. jam Vol. II. p. 229 sq.





